BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXVIII*
E
44

LIV
F
55

16 a
1

XXVIII*
E
44

Johann Jacob de Sandrart Invent et Sculpsit

NAPOLI

EXCELLENTIUM FAMILIARUM IN GALLIA GENEALOGIÆ.

Quæ cum hasta astat præstans Virago,
Numinis instar habens magni & successibus instans?
An, quæ ex Jovis prodiisse cerebro proditur,
Minerva nervis consilique vi pollens,
Factisque, magna quæ minatur, exæquans?
Non totus, Lector, falleris.
Palladis quippe germana ea est non pallida,
Palat'aque & arces, æquè atque illa, condere amat & incolere,
felice præ aliis mortalibus nascendi & noscendi sorte,
uno, ad diviniores in homine impetus notandos idoneo, nomine
NOBILITAS.
Ea verò non temerè in uno quopiam incipit séque exserit,
excelsi animi atque invicti roboris specimina edendo,
quin cum progenie propagetur;
quare etiam generis dignitas appellabitur,
in quo maximæ emineant ac refulgeant virtutes,
vitæ communi communiendæ salutares & commodæ:
ut adeò excellentes familiæ facilius deficiant, quàm cessent,
ideóque pauci mali, seu degeneres, reperiantur.
Illustri rei argumento tot argutæ sunt tabulæ,
totæque sparsæ ad eas notæ,
totidemque, quot in iis comparent, ad victoriam,
æternitati consecrata nomina;
vel in uno occidentali Francorum regno,
unde laudatæ Divæ duo nunc in collo inhærent ordines regii.
Famulas porrò præbet operas
Sceptrum equidem gestans, & in summitate, florum Regem, *lilium*,
ut flos Regum dicatur meritò,
togæque *trina* intexta præferens,
quòd Heroibus leges dicere soleat, moresque & ritus ponere,
Ars Heraldica:
Historia autem, quæ chartis commendat memoranda,
an ea congruant satis cum *Tempore* rationes confert,
oculósque considerate in ipsum defixos tenet,
dum *Horis* suis haud illepidè circumfunditur:
florido inprimis susceptæ exequitur stylo,
qualis in Aulis, in Curiis, in Panegyribus,
ad tersas detinendas aures adhiberi meretur.
Fama favet meritis, & clara *trophea* perennant,
Seu sint *ingenio*, sive parata *manu*.

F. J. G. M.

EXCELLENTIUM FAMILIARUM IN GALLIA GENEALOGIÆ

A

PRIMA EARUNDEM ORIGINE USQUE AD PRÆSENS ÆVUM

deductæ

ET

NOTIS HISTORICIS,

Quibus

MEMORABILIA REGNI GALLIÆ, REGUMQUE ET CLARORUM TOGA ET SAGO VIRORUM FACTA MORESQUE AC DIGNITATES RECENSENTUR, ILLUSTRATÆ,

Cum

ICONIBUS INSIGNIUM

&

Indicibus necessariis.

Auctore

JACOBO WILHELMO IM HOFF.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

NORIMBERGÆ,

Sumtibus JOH. ANDREÆ ENDTERI Filiorum.

Anno clɔ Iɔc LXXXVII.

GENEALOGIE

PRIMA FAMINDEM ORIGINE DUCIT

NOTIS HISTORICIS

ICONIBUS INSIGNITA

MAGNIFICIS ET NOBILISSIMIS

LIBERÆ S. R. I. CIVITATIS NORIMBERGENSIS SENATORIBUS.

HIstorico-Genealogici ſtudii amor poſtquàm mihi annis ab hinc pluſculis veniſſet, DOMINI, atque uſu adeò creviſſet, ut quibusvis aliis oblectamentis facilè illud anteferrem, impetum denique cepi experiundi, num aliquod operæ pretium in eo fecerim, illevique chartis privatis notitiam Procerum Germaniæ noſtræ, quam poſteà urgentibus amicis in lucem publicam exponere auſus ſum. Tentato ita ſemel vado, quo ſucceſſu, in neutram equidem partem debeo ſtatuere, ſubido me inceſſit exercendi porrò ſtylum in alia cultioris orbis gente. Ambigenti autem ac deliberanti quam eligerem, cùm in mentem veniſſet doctorum civilis prudentiæ atque inprimis Ciceronis monitum, *ne quis in aliena gente ac republica nimis curioſus eſſe velit*, parùm abfuit, quin à propoſito reſiliiſſem. Retentus tamen ardore, quo jam flagrabam, dum mecum reputo, quo pacto & animo meo & conſilio illi morem gererem, ſuccurrit gens Galliea, regione quidem, lingua atque imperio à nobis diverſa, ſed ſi mores ejus atque ortum conſideres, prorſus aliena vix dicenda.

Illos

Illos enim quàm insana κακοζηλία nostros facere studeamus, in propatulo est, hunc verò à Germanis Gallos trahere, quis in historia migrationum adeò est hospes, ut ignoret? Nimirum post proturbatos sedibus suis Aborigines Gallos, qui, ut Cæsar ait, ab Dite Patre se prognatos prædicabant, cùm variis successivè nationibus Gallia in prædam cessisset, occupata tandem atque asserta fuit à Francis. Hi antiquissimis temporibus Catti & Sicambri nominati vastum Germaniæ tractum inter Rhenum, Isalam, Amisiam, Visurgim & Albim usque ad Oceanum incoluerunt, & crebris eruptionibus clari non ita multò post quàm Galliam invasissent, emisso examine in relictas tunc à Burgundionibus Mœnum inter & Nicrum sedes, quas ipsi Septentrionem versus proximè contingebant, eas in suam ditionem redegerunt, & regioni Franconiæ nomen reliquerunt, quod ad omnem posteritatis memoriam transmissum hodiè durat. Hac ratione persuasus Gallos in appellationem gentis alienæ nobis ex toto non venire, obsecundavi genio, & præsens opus de excellentibus illorum familiis literis commendavi. Non hic attollam verbis, quanti qualecunque est mihi constiterit, quod id sciam nemini proclive credere, nisi qui ipse periculum in simili negotio fecerit. Illud modò testabor ingenuè magis quàm arroganter, plus laboris temporisque consumtum in eo mihi fuisse, ac putaveram, licet, ut Poëtæ verbis utar, urceus tantùm exeat, cùm amphora cœperit institui. Erat enim mihi in animo post Regum, Principum ac Ducum Pariúmque Genealogias, stemmata etiam aliorum sago & toga illustrium virorum, illorum inprimis, qui Officiis Coronæ, ceu vocant, sunt functi, persequi, atque adeò tertiam etiam ac quartam classem subjungere; à quibus equidem æquo tandem animo manum sustuli, cum de consilio suo Polyhistor Germaniæ nostræ longè clarissimus Dn. Philippus Jacobus Spenerus ad me scripsisset; illud enim omne præoccupare nefas arbitratus pensum cum eo lubentissimè partitus sum. Vobis autem, PATRES CONSCRIPTI, quicquid hoc est opusculi inscribere ac nuncupare sustineo, quia nulli convenientius possum: sive enim spectem ejus argumentum, Rectoribus reipublicæ haud indignum, sive contempler animos illos Vestros, non aliis solummodò studiis, sed & huic, quod elegimus, impensè faventes, sive supputem beneficia, quæ hactenus in me meósque cumulatè contulistis, & porrò collaturos Vos esse, bona spe nos implevistis, non mihi visus fui nulli congruentius hoc munus dedicaturus, quàm Vobis, quibus denique sicuti negotiorum, quæ mihi injungere dignati estis, ita etiam otii, quod equidem haud multum ab illis reliquum mihi esse nostis, rationem extare par est. Quare fretus æquitate ac benevolentia vestra de verbis, quibus huic munusculo meo favorem conciliem, non laborabo, nec more ineptientium Rhetorum Apollinem fatigabo, sed in hoc sincerissimo voto desinam, ut Deus Optimus Maximus quæ geritis benè vertuncet, utque rempublicam Vestram, quam pulchrè ordinatam & constabilitam à majoribus Vestris, religiosissimis ac sapientissimis mortalibus, accepistis, pari pietate ac prudentia sartam tectam servetis ad immortalitatem. Valete. Noribergæ Anno post Christum natum CIↃ IↃC XXCVII. XVI. K. Martii.

AD

Ludovici C. de Vendome obitum refert Anſ. ad a. 1446. *Mariæ*, Franciſci C. de S. Paul gnatæ *ortum* ad d. 30. Maji a. 1539. *conjugium prius* ad a. 1557. *poſterius* ad a. 1563. *deceſſum* verò ad d. 7. Apr. a. 1601. *Maturina de Vendome* nata eſt, è *ſecunda uxore Johannis Baſtardi de Vendome*, cui nomen erat *Ægydiæ Perdreau*. Tab.17.

Regis *Henrici M.* liberis addendus *Anonymus*, *Dux Aureliani* vulgò nuncupatus, & *natus d. 16. Apr. 1607. denatus d. 17 Nov. 1611.* Corrigendum *nativus*, quod paſſi ſumus in *natali* R. *Ludovici XIII.* qui d. 27 Sept. a. 1601 fuit. *Duciſſæ* verò *Montpenſeriæ menſis natalis* à typotheta omiſſus, *Majus* eſt. Sereniſſimi *Delphini filios tres* ſub initium hujus anni Verſaliæ ſolemni cerimonia luſtratos nomina acceperiſſe, nempè Ducem Burgundicum *Ludovici*, Andinum *Philippi* & Bituricenſem *Gaſtonis*, lippis ac conſoribus notum eſt. Tab.18.

Armandi Pr. Contii nativitatem Anſ. ad d. 11. Oct. refert, *Ludovicus Pr. Condæus*, dum ſub prelo calebat hoc opus, vitam cum morte commutavit d. 11. Dec. 1686. Tab.19.

Philippina de Montefpedon Dom. de Beaupreau (ſic enim legendum, non Beaupré) *vidua* erat *Renati Dom. de Monteian* Mareſcalli Fr. cum à Carolo Rupiſurionio ducereetur. In *anno emortuali Aloiſiæ*, Ludovici D. Montpenſ. filiæ, *Abbat. de Farmoutier*, numeri poſteriores inverſo ordine extant, legendum enim a. 1586. Tab.20.

Ludovicus I. Pr. de Courtenay obiit m. Nov. 1672. Filio ejus natu maximo è *Maria Lamet*, quæ *Antonii Franciſci M. de Buſſy* gnata erat, mares duo nati ſunt. Tab.21.

Franciſci I. C. de Dunois & Longueville filii maſculis addenda etiam fœmella, nempè *Anna* nup. a. 1494. Andreæ Dom. de Chauvigny & de Chateauroux, Vicec. de Broſſe. Catharina Helionori D. Longav, f. *deceſſit* cæca a. 1638. Antonia verò Caroli Gondii uxor anno 1618. Ex filiabus Henrici II. D. Longav. *Carola* nobis dicta, *Aloiſiæ* nomen cum illo conjunctum habuit, *nata* d. 4. Febr. 1644, *denata* d. 30. Apr. 1645, ſoror ejusdem *Mariæ Gabriellis obiit infans 1650. Filius naturalis* poſtremi *Ducis de Longueville*, cujus cædem Anſ. ad d. 12. Jun. refert, *Caroli Ludovici* nomina gerit, legitimatus d. 7. Sept. 1672. *Henricus* I. M. *de Rotelin obiit* d. 11. Maji 1651. Uxor ejus *Catharina Lomenia*, d. 28. Feb. 1667. Filii eorum ſecundogeniti uxor prima parentem habuit *Johannem le Bouteillier de Senlis V. Com. de Moucy*, ductaque ab illo eſt d. 12. Nov. 1653, deceſſit verò d. 30. Jun. 1669. Secunda nata eſt *ex Henrico de Conflans Vicec. d' Auchy*, nupſitque illi a. 1672. Tertio Henrici I. filio, *Franciſco*, qui *Comes de Neauſle* dicitur, uxor eſt N. *de Bicncourt*, & frater natu minor *Gabriel Abbas B. V. de Joſaphat*. Sorores iisdem ſunt *Maria Catharina*, monialis, & *Maria Magdalena* dicta *Domicella de Rothelin*. Tab.22. Tab.23. Tab.24.

Ludovici Joſephi Vindocin. natalem in noctem inter 30. Jun. & 1. Jul. incidiſſe Anſelmus refert. Tab.25.

Antonii nothi Dom. de la Chappelle uxorem idem auctor vocat *Mariam de Brnan*, Andreæ Dn. de Wacquen filiam. Tab.26.

Carolo Baſtardo de Bourbon matrem ille tribuit *Aloiſiam d' Albret Dom. d' Eſtouteville*. *Johanna*, Annæ Vicec. de Lavedan gnatæ, *marito* nomen fuit *Wilhelmi Dom. de Montvallat*, *Magdalena* verò ejus ſoror nupta erat *Ludovico de la Carne*. Fœmellæ IV, quæ in progenie penultima Vicecomitum de Lavedan leguntur, ex Anna B. de Barbaſan & Andrea d' Antin natæ ſunt, quod ſigno notandum fuiſſet. *Ludovicus M. de Malauſe* deceſſit d. 1. Sept. 1667, æt. 59. Liberis ejus è ſecundo conjugio ſuſceptis addi debent *Carola Domic. de Malauſe* & *Henrica Domic. de la Caſe*. *Gilberta*, Philippi B. de Buſſet filiæ, *marito* nomen fuit *Joachimo de Chabanes-Saigne Dn. de Truſſy*. *Ludovicus I. C. de Buſſet* diem natalem habuit XV. Octobris, uxori ejus d. 15. Jan. 1672. ductæ parentes erant *Georgius de Bermondé Com. d' Oradour & Franciſca Garnier*. Habuit idem *ſorores*, videlicet *Magdalenam* n. m. Nov. 1644, nuptam N. *Andraut*, dicto *de Langeron M. de Maulevrier*, in puerperio extinctam, nec non *Annam Aloiſiam* natam 18. Jun. 1646. uxorem N. *de Saux M. de Tavanes* a. 1671, ductam. Tab.27. Tab.28.

Claudii Com. *de Vertus* liberis addendæ *Philippina Franciſca Abbat. de Nidoiſeau*, *Conſtantia Franciſca Dom. de Cliſſon*, *Angelica Margarita Domic. de Chantocé*, *Magdalena*, mortua, & *Anna Domic. de Goëllo*. Porro erat illi *nothus*, dictus *Carolus d' Avaugour ex Anna de Lureau* genitus atque a. 1615. legitimatus. Comitis de Vertus hodierni ſocer *Thomas le Lievre* titulum geſſit *Marchionis de la Grange*, *Fourille & Uriel*, munúsque Primi Præſidis in Magno Conſilio.

In Genealogia SABAUDICA, & quidem Tab. I. notandum, Humbertum II. Com. Sabaud. *deceſſiſſe*, d. 18. *Octob.* non Novembr. Amadeum IV. Com. Sabaud. an. 1253. nec 1235, Eleonoram verò hujus ſororem Azzoni Aceſtino IV. nuptam *obiiſſe*, d. 10. Maji an. 1262. Tab. II. add. Ludovici Sabaudi I. B. de Vaud *natalis*, qui menſis Octobr. ann. 1250, erat, & not, *tertium* ejus *uxorem*, cum ab illo duceretur, *viduam* fuiſſe *Caroli de Merlo Dom.* Tab.29. Tab.30.

Tab.31. *de Drueſte*, in Sicilia atque a. 1341. d. 30. Octob. fato conceſſiſſe. Tab. III. gradu 4. *Catharinæ*, quæ Humberti Baſtardi de Sabaudia gnata fuit, *mariti ſecundi cognomen* corrig. & ſcrib. *Rivoire*. Gr. 7. add. *Jani Com. Gebenn. uxor ſecunda*, ea erat *Magdalena de Bretagne & Broſſe*, *Johannis C. de Penthevre fil.* Gr. 8. corrig. *Caroli II. D. Sabaud. & Bernardi* fratrum *emortuales*,
Tab.32. prior enim a. 1489, alter a. 1467, eodem ſcilicet quo natus erat, obiit. Tab. IV. not. *Ducis Sabaudiæ hodierni natalem* ab Anſelmo *ad d. 14. Maji* referri, & add. *natales fratrum Comitis Sueſſionenſis. Philippus* enim, vulgò *Princeps de Sabaudia* dictus, natus eſt d. 8. Apr. *Emanuel* jam defunctus & *Comes de Dreux* appellatus, d. 16. Oct. 1661, *Eugenius Franciſcus, Eques de Soiſſons*, d. 18. Oct. 1663, *Franciſca* eorundem ſoror d. 21. Dec. 1668. in lucem prodierat. *Emanuelem Philibertum* Principem *de Carignan* pronuper die ſcilicet 12. Febr. *prole* ſed *ſequioris ſexus* au-
Tab.33. ctum eſſe, hoc ipſo temporis articulo perlatum ad nos eſt. Tab. V. Lin. 21. pro Cbardé leg. *Cardé*, & lin. ult. *Felicis Dn. de Farillan emortualis* corrig. & ſcrib. 1644.

Tab.35. In LOTHARINGICA Genealogia ejusdémque Tab. II. addi poſſunt *emortuales* Mariæ, Antonii f. nec non Johannæ & Jolandæ Friderici fil. prima Vicecom. de Rohan uxor obiit d. 23. Apr. 1455, ſecunda Reg. Neap. 1480, tertia Landgr. Haſſiæ, a. 1500. *Ludovicum Com. Valdemont.* Renati D. Lothar. F. Anſelmus *in obſidione Neapolitana d. 23. Aug. a. 1528. occubuiſ-*
Tab.36. *ſe* tradit, Tab. III. notandum, *Caroli II. Ducis Lothar.* mortem à dicto auctore ad d. 14. Maii referri, & *Chriſtinæ* ejus filiæ *Ducisſæ Etruriæ* obitum ad d. 19. Decembr. *Caroli III.* verò Ducis Lothar. *natalem* ad d. 6. April. a. 1604. *Nicolaus Franciſcus* ejusdem frater *deceſſit* d. 26. Jan. 1670. ſexagenarius, *uxor* autem *ejusdem* a. 1634. (nec 1656.) ducta d. 2. Aug. 1648. Tab.
Tab.37. IV. add. *emortualis Renatæ*, Claudii D. Guis f. Abbat. Rem. is erat d. 3. Apr. 1602. porrò *alterius Renatæ* Abb. S. Petri Rem. Henrico D. Guiſ. natæ & d. 26. Jun. 1626. mortuæ, nec non *Johannæ* ejusdem ſororis d. 8 Oct. 1638. defunctæ. *Caroli Cardin. Lotharingi obitum* Anſelmus refert ad d. 26. Dec. *Caroli Ducis Meduanii natalem* ad d. 26. Mart. *Caroli Emanuelis C. de Sommerive* ejus filii *mortem* ad a. 1609, & *Ludovici D. de Joyeuſe ortum* ad d. 11. Januar. *Mariæ Domicellæ de Guiſe* ſuperſtes lucem primùm aſpexit *d. 15. Aug.* & *Franciſcæ Renatæ* ejus ſoror *d. 10.*
Tab.38. *Jan.* 1621. *Henrica*, harum è fratre neptis *deceſſit* a. 1655. Tab. V. not. Carolum II. D. Elbov. *natum* eſſe d. 5. Nov. Ludovicum C. d' Armagnac d. 7. Dec. & Carolum C. de Marſan d. 8. April. Iſtius, Com. Armaniacenſis ſcilicet liberis add. *Armanda* & *Franciſca*. Alphonſo Henrico Pr. Harcurio geniti ſunt: *Annæ Mariæ Joſephi Com. de Montlaur*, n. 30. Apr. 1679. *Suſanna & Franciſcus.*

Tab.42. Familiæ GRIMALDÆ Tab. IV. Gr. 9. pro Bichy leg. *Buhy*, & add. *natalis Mariæ Eliſabethæ Ducisſæ de Rohan*, is annus 1661. eſt, denique not. Antonium C. de Moret *nothum* poſt ſe reliquiſſe, dictum *Equitem de Moret.*

Tab.48. ROHANEAM familiam *Anſelmus* à priſcis Vicecomitibus *de Porhoët* derivat, è quibus *Eudo* II. ducta in matrimonium *Berthæ Couonis III. Comitis Britanniæ filiæ* ac hærede eadémque tum vidua Alani Nigri Dom. *de la Roche-derieu*, titulum *Comitis Britanniæ* aſſumſit, ſed prolem ex ea nullam ſuſtulit. Fuit Eudo II. filius *Godofredi Vicecom. de Porhoet*, cujus frater natu minor *Alanus I. Vicecomes de Rohan* extitiſſe, uterque verò *Eudonem I. Vicecom. de Porhoët* genitorem habuiſſe dicto autori videtur. Quod ad deductionem ſtirpis huius attiner, in eo ſolo ille à nobis diſcordat, quod *Alanum IX. & X. unum eundémque* fuiſſe tradit, atque adeò *Alano IX. tres uxores* tribuit videlicet poſt Margaritam Britannam, etiam Mariam Lotharingam nec non Peronellam Malliacam, quas Alano X. tabula noſtra aſſignavit, hácque ratione *Johannes II. Vicecom Rohani & Petrus Dn. de Pontchateau profiliis Alani IX.* è ſecundo tertióque ejus matrimonio natis, *habendi* ſunt, à qua quidem ſententia, ne quid diſſimulem, non abhorreo.

CL. II. Tab. 3. A *Carolo* FUXIO Dom. *de Villefranche*, cujus mentio Tab. III. familiæ ſuæ occurrit, longiorem progeniem ad noſtram usque ætatem productam de manaſſe ex. *Anſelmi Hiſtoria Mareſc. Fr.* colligere licet, dum ait à Gaſtone Fuxio Capitali de Buch, præter Comites de Candale & de Gurſon deſcendiſſe etiam Dynaſtas *de Villefranche*, è quibus in præſentia ſuperſit *Margarita Henrica de Foix Domina de Villefranche*, nupta primò N. *Dom. d' Eſcliuac*, poſteà N. . . *de Lupiac Dom. de Montcaſſin.*

Tab. 7 *Matthæi* II. MONTMORANCII *uxor prior Gertrudis patrem* habuit *Rudolphum II. Com. Sueſſionenſem*; liberis ex ea natis addit Anſelmus *Johannem Dom. de Roiſſy*, *Johannam* verò *Theobaldi Com. de Bar le Duc conjugem* è numero filiarum illius eximendam eſſe cum Bucheto arbitratur, eandémque Wilhelmo II. Dom. de Dampierre genitam fuiſſe tradit. *Matthæus III. obiit* a. 1270. *Philippina* Johannis II. Dn. de Montmorancy filia a. 1516. *Margarita* ejus ſoror a. 1498. Aloiſiæ de Budos *uxori ſecundæ Henrici Montmor. Comeſtabilis* vir prior fuit Jacobus de Grandmont Dn. de Vacheres; Laurentiam etiam Claromontanam
Tab. 8. *tertiam illius uxorem* nuptam ante eum ſuiſſe legi Johanni Dom. de Deſimieux. In *ſchemate prognologico Ducisſæ de Luxembourg*, quod *pag.* 144. exſtat, addi poteſt nomen uxoris Philiberti Babou ſic ſe habens: *Maria Gaudin Dom. de la Bourdaiſiere & de Thuiſſeau.*

Philippo

Philippo Emanueli GONDIO *Com. de Joigny* præter bigam filiorum in schemate no- Tab.21.
stro notatam, *tertium* etiam fuisse accepimus *Marchionem de l'Isle d'* or dictum, casu a. 1622. è vita sublatum; quare eum ipsum esse suspicor, de quo in *Mercurio Polito m. Sept.* a. 1679. mentio facta & relatum fuit, quod nascendi sorte fratres suos anteverterit, quodque cùm ruri ageret, & aliquando equum indomitum & ex facili furentem conscendisset, paulò post devecti ab eo & in vicinam silvam rapti corpus exanimum, idque discerptum & laniatum repertum fuerit. Addi eadem Tabula potest *memortuales Henrici Ducis Radesiani*, qui a. 1659. erat.

Caroli Honorati d' ALBERT *Ducis de Chevreuse* liberorum superstitum hanc syllo- Tab.30.
gen libellus novissimus *de Statu Franciæ* dedit: 1. *Carolus Eduardus* n. 1669. 2 *Maria Theresia* n. 1671. 3. N. dicta *Domicella de Montfort*, 4. *Ludovicus Augustus Nicolaus Vicedominus Ambianensis*, 5. N. *Domicella de Chateaufort*, 6. *Ludovicus Nicolaus Comes de Chateaufort Catharina* ejusdem soror consanguinea & natu minima nupsit a. 1683. N. *Scaglia Comiti de Verruë*.

Franciscus CREQUIUS Marescallus Franciæ vitam cum morte commutavit d. 4. Febr. Tab 34.
anno quo hæc scribimus 1687. habuitque post quinque dierum intervallum fati sui pedissequum fratrem natu maximum *Carolum Ducem Crequium*.

Dux etiam ESTRÆUS *Franciscus Hannibal* II. legationi suæ Romanæ immortuus Tab.47.
est, correptus apoplexia d. 29. Januarii.

Domicella *des Porcelets* quam *Paulus Josephus* BRANCACIUS *Comes de Rochefort* du- Tab.85.
xit, patrem habuit Henricum des Porcelets March. du Baye & de S. Roman, C. de Laudun & de Rochefort, Senescallum Arelatensem.

Notandum ad extremum in anno emortuali Franciſci Colinii Andeloti transpositos T. 101.
esse numeros legendumque pro 1596. *1569*.

Habes L. B. quæ posteriore cura observata à me fuere; quod supereſt Tuam oro benignitatem, ut sphalmata typographica, quæ fortè reperies, sed ut spero, nec multa, nec talia, ut sensum impediant, æqua ipse manu corrigas, & condones argumento mendis oppidò obnoxio, & denique contentus indicio duorum σφαλμάτων nempè quod pag. secunda Introductionis ad Classem II. lin. 8. post vocem calcaria, omissa sint hæc verba: *Comitis Campaniæ vexillum Regium seu militare*, quodque pag. 160. lin. 9. *f.* postremi legendum sit, ad dignitatem *Cardinalis* Presbyteri, favore Tuo nostram in hisce studiis augeas industriam.

Ad

Ad

VIRUM

Nobilissimum ac Strenuissimum

DN. JACOBUM GUILIELMUM Im Hoff/

Patric. Norimb. Splendidissimum,

Dominum & Fautorem inprimis colendum.

QUæ Tibi docto Charis ore dictat,
Dum sacros Regum titulos avaræ
Invides Lethæ, numerisque nectit
Verba sonoris?
Tu stylo certè mihi figis aures
Aureo, qualem dedit antè dulci
Livio Pitho, generis vetusti
Splendor, IM HOFI!
Deditam ne quò moveam lepori
Languidus mentem, nitido moraris
Flore defixum; videoque mœsto
Lumine metam.
Te tamen censes minùs eloquentem;
Te tamen credis minùs eruditum.
Semet haud possunt oculi, tuentes
Cuncta, tueri.
Interim velo variæ modesto
Emicant dotes animi. Sed ejus
Ampliùs facti properabo certam
Reddere causam.
Plura, quàm sciret, legitur * togatus
In bonis Xerxes habuisse, cura
Non gravi partis, & ab actuoso
Patre relictis.
Improbus si quem labor & cupido
Divitem fecit, scit id, & frequenter,
Sit licet parvus, numerare gaudet
Æris acervum.
Hoc modo caudex aliquis Minerva
Siquid invita tamen assecutus
Artis est, id scit, meminitque multo
Lætior æstu:
Per jocum ludumque virente contrà
Qui legens ævo monumenta vatum,
Ingeni felix, capit, absque fastu
Omnia discet.

* *Lucullus, apud Horat. Epist. l. 6. v. 40.*

Operosò hoc opere genealogico, eoq; politissimo, ad finem legendo perducto, dictionis elegantia & nitore captus scribeb.

J. G. M.

AD

LECTOREM.



Olent præloquia citra fastidium legi à pauciſſimis, quare malo uti Laconiſmo, quàm in ipſo limine tædio eſſe, & miſſis ambagibus commemorabo tantùm, quibus auxiliis præſidiiſque inſtructus ad hoc ſcriptionis genus acceſſerim: id enim Te, L. B. cognoſcere, utriusque noſtrùm intereſſe arbitror. Ergò ſcire Te velim & vivis & mortuis adjutoribus ad hoc opus uſum mæ eſſe; mortuorum nomine appello libros Gallorum Hiſtoricos ac Genealogicos, quorum copia & præſtantia plerisque, ſi non omnibus cultioris orbis nationibus palmam illi præripuiſſe dici poſſunt. Digna profectò eſt laude atque admiratione ingens clarorum in gente illa ingeniorum induſtria, quam eruendis & pertexendis illuſtrium familiarum originibus, ſtemmatúmque flexuris ac deductionibus adhibere ſolent: dum, (ut celeberrimi Ferrarii verba huc accommodem,) omnia tabularia excutiunt, ſupremas morientium voluntates, pacta connubiorum, tabellionum acta & ephemerides, Principum conventa, templorum & cœnobiorum archivia, Regum diplomata, quin & ſellariorum ſcrinia, chartásque emporeticas, omnia demum, quibus vita uſus atque humanitas regitur & ſuſtentatur, felici curioſitate rimantur, nihil intactum prætereunt, lacerásque vetuſtatis reliquias amorum injuria nondum victas pertractant, codicésque ac membranas ſitu putres, carie rugoſas ac tineis perfoſſas, exoleſcentibus literis peregrino notarum ductu aciem fugientibus, evolvunt. Teſtantur id luculenter & abunde tot vaſta atque auguſta opera, auſpiciis Principum Virorum à clariſſimis Scriptoribus, quos inter nominaſſe ſufficiat Sanmarthanos, Ducheſneos, Guichenonios, Vignieriòs, Buchetos, Hozierios, Juſtellos, Laburerios, Laroquios, edita, qualia certè extra Galliam fruſtrà quæſiverîs. Ex iisdem verò aliisque haud mali commatis auctoribus, quæ hoc opere traduntur, deſumpſi atque excerpſi, & ſicubi aqua mihi hærebat, ſpirantes in conſilium auxiliumque felici ſucceſſu adhibui. Celebranda quippe & omni laudis genere efferenda mihi eſt ſingularis ac prolixa humanitas dyadis Virorum genere & fama non domi tantùm ſed foris etiam longè clariſſimorum PETRI SCÆVOLÆ SANMARTHANI Scævolæ F. Conſiliarii & Hiſtoriographi Regii, & CAROLI HOZIERII Petri F. Genealogi Regii & Judicis Generalis Armorum Franciæ: hi enim literis à me ſalutati, & facto inſtituti mei indicio rogati, ut laboranti opem ferre dignentur, tantùm abeſt, ut peregrini ignotique hominis deſideria inſuper habuerint ac deſtituerint, quin potius mira facilitate manus mihi porrigendo, operamque ſuam addendo vota noſtra ſuperarint. Quod verò extraneis teſtimonium reddo, eo non fraudabo Virum popularem Nobiliſſimum & omni liberali doctrina plurimóque rerum uſu ornatiſſimum, CHRISTOPHORUM NICOLAI DE GREIFFENCRANZ, Ser. Ducis Holſato-Gottorpienſis Conſiliarium: hujus enim in omnia pariter intentam bonitatem & accinctam expertus ſum, usque adeò ut ex ejus cimeliis plurima operi huic adjumenta at-

ta atque ornamenta accesserint. Ut is verò omnes humanitatis numeros impleret, nuper admodum Vienna, ubi nunc Celsissimi Principis sui negotia procurat, fasciculum librorum mihi nondum visorum hos in usus ad me transmisit, videlicet Tabulas Genealogicas pro Sereniss. Delphino æri eleganter incisas, *ejusdemque jussu, cum Herili nomine legatione apud Gallorum Regem fungeretur, sibi traditas, pratereáque* Patris Anselmi Monachi Ord. Augustin. nudipedalis Historiam Genealogicam Familiæ Regiæ & officialium Coronæ, *sermone Gallico scriptam. Quoniam verò libros illos post excusam jam tum magnam operis hujus partem accepi, & tamen multa, in primis quoad domum Regiam, in iis reperi, quæ Sanmarthanorum, quos in ea sectatus eram, curam ac diligentiam effugerunt, aut ab iisdem discordant, multa etiam in chronologia elimata, videor mihi facturus operæ pretium, si quæ notata à me fuere, Tibi B. L. impartiam.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

Ad

FAMILIAM REGIAM.

Class I. Tab. 1. ANSELMUS Roberto Forti gnatam tribuit *Richilden* Richardo Com. de Troyes an. 959. nuptam, Hugonis Magni Ducis Franciæ uxorem primam *Judithan*, eandemque Rothildæ filiam appellat; *Ottonis D. Burg. obitum* ad d. 22. Februar. an. 965. è Chronico Flodoardi refert, Henrico Duci Burgund. quem eundem cum Eudone fuisse arbitratur, filium *nothum* assignat, nempe *Eudonem Vicecomitem de Beaune*, Beatrici eorum sorori *maritos duos*, & *priorem* quidem *Comitem* quendam *Rheinfeldensem* fuisse, *Robertum Regem* ann. 1031. *decessisse* tradit, hujus sororem Hadervvindiu vocat *Hadvvigin* sive *Avoyam*, *uxorem*, primò Reineri V. Com. Hannoniæ, posteà Hugonis Com. Dagsburgici, Gislindæ virum *Hugonem Dominum d'Abbeville fatorem Comitum de Ponthieu*, *Alisam* autem Niveruii Comitissam hoc loco *prateriens*, Henrico I. Regi *sororem* tribuit *Hadvviden* Reginaldo Com. Nivernii nuptam. *Philippi I. Regis inaugurationem* ad d. 23. Maji a. 1059, *Roberti*, qui hujus frater fuit, *decessum* ad a. 1060, *Philippi* & *Ludovici* VII. Ludovici VI. Regis filiorum *natales* ad annos 1116. & 1120, *Mariæ* denique filiæ Ludovici VII. nuptæ Henrico C. Palat. Campan. *obitum* ad d. 11. Mart. 1198. refert. *Flori*, qui Regis Philippi I. gnatus fuit, *filia Isabella* ex hærede *de Nangis* genitæ *virum* dat *Anselmum Dom. de Venisy.*

T. 2. *Nativitatem* Philippi Augusti refert ad annum 1165, Johannis, Alphonsi, Philippi & Isabellæ, liberorum Ludovici VIII. ad mens. Septembr. 1219, d. 11. Novembr. 1220, d. 1. Decemb. 1221. & mens. Mart. 1224, Ludovici, qui Sancti filius primogenitus fuit, ad d. 21. Septembr. Regis Philippi Audacis ad Kal. Maji. Isabellam Balduini V. C. Hannon. filiam eandémque uxorem primam R. Philippi Augusti *decessisse* ait d. 15. Mart. 1190, postquàm gemellos secum denatos enixa esset, Alphonsum Pictonum Comitem d. 21. Aug. 1271. Ludovicum, R. Ludovici IX. filium, a. 1260, R. Philippum Audacem d. 5. Octobr. hujus sororem Isabellam an. 1271. filium autem primogenitum a. 1276. è veneno, R. Philippi IV. uxorem d. 2. Apr. sororem verò ejusdem Margaritam, quæ a. 1299. mulier facta est, a. 1317, R. Philippi Longi conjugem Johannam d. 21. Januar. 1329, Ludovicum ejusdem filium, d. 10. Januar. 1316. septimo vitæ suæ mense, Blancam Ducissam Aurelianensem, Regis Caroli IV. gnatam d. 7. Februar. 1392. Petro Com. Alenzonio, R. Philippi III. fratri, *filios duos* tribuit sed ævi brevissimi, nempè *Ludovicum* & *Philippum*. Inter liberos Ludovici Sancti *Johannes duos & totidem Blancas* enumerat, & *Johannem primum* d. 10. Mart. 1247. adhuc infantem, *Blancam* autem *primam* a. 1243. triennalem obiisse & *Johannem* R. Ludovici Huttini *posthumum* d. 15. Novembr. 1315. natum, *quatridui* tantùm *spatio* vixisse affirmat. R. Carolo IV. *è prima uxore prolem duplicem Genealogis hucusque incognitam* tribuit, nempe *Philippum* a. 1313. natum & præmaturè mortuum, nec non *Johannam* d. 18. Maji 1321. defunctam; *è tertia* etiam *uxore* eidem *gnatam huic cognominem* a. 1326. natam fuisse tradit.

Fide

Fide ejusdem antoris *natus* est Ludovicus Comes d' Evreux m. Majo 1276, *decessere* verò Carolus Com. d' Estampes illius gnatus d. 5. Septembr. non 14. Aug. Maria D. Brabantiæ hujus soror ann. 1335, Philippus Com. de Longueville, Caroli II. Reg. Navarr. frater d. 29. Aug. 1363. relictis post se *nothis Lanceloto* & *Robino*, Maria Regina Arragon. illius soror a. 1346. Johanna denique, Caroli Mali R. Nav. filia, quæ secundo Henrico IV. R. Angl. d. 26. Jan. 1402. nupsit, d. 10. Jul. 1437. Tab. 3.

Roberti I. II. & III. Comites Artesiæ *nati* sunt annis 1216, 1248. & 1287, postremi verò filius Johannes Comes d'Eu mens. Aug. a. 1321. *Pugnam Massoranam*, in qua Robertus I. occubuit, ad d. 9. Februar. 1249. Anselmus refert, uxoremque ejus *obiisse*, ait d. 29. Septembr. 1288, Blancam ejusdem gnatam d. 2. Maji 1302, Catharinam, Roberti III. filiam m. Novembr. 1368. Eidem Roberto præter gnatos in Tabula enumeratos etiam *Ludovicum* tribuit, qui a. 1326. invivis fuerit. Hugo M. C. Veromanduorum *obiit* d. 18. Octobr. 1102, filii ejus Rudolphus a. 1152, Simon 1148, Henricus, *malè* à Tilleto *Comes de Chaumont* è dicti auctoris sententia *appellatus*, ann. 1130. Rudolphi I. uxor tertia & Eleonoræ ejus filiæ maritus quartus *prætereuntur*. Tab. 4. A. B.

Philippum, Caroli I. R. Sicil. filium tertium anno 1266. diu superfuisse, atque an. 1269. Isabellem de Ville-hardouin, Wilhelmi Pr. Achajæ filiam ac hæredem duxisse, ann. 1274. ab Imperat. Constantinopolit. sororio suo regno Thessalonicensi donatum fuisse, demumque triennio post decessisse *Anf.* ait, & filiabus dicti Regis *Isabellam* addit, Genealogis cæteris incompertam. Margarita Com. Valesii, Caroli II. R. Neap. filia *obiit* d. 31. Decembr. 1399, Leonora Reg. Sicil. d. 9. Aug. 1341, Carolus Martellus Rex Ungar. a. 1247. Maria Reg. Ungariæ, d. 17. Septembr. 1382. coronata, a. 1392, Robertus Rex Neapol. d. 19. Januar. 1343, denique Johanna II. Reg. Neapol. d. 2. Februar. 1435. Stephano Duci Sclavoniæ tribuitur *uxor è domo Bavarica* prognata. *Carolo Pr. Achajæ*, Philippi Tarentini filio a. 1313. *desponsatam* fuisse *Johannam Valesiam*, Caroli Comitis Vales. goatam, sed *illum ante consummationem matrimonii casum* fuisse, auctor noster affirmat, *matrimonium ejusdem cum Margarita Sabauda silentio involvens.* Porrò Petro ejus fratri Despotæ Romaniæ *nomen Philippi* tribuit, & *sponsam Beatricem*, Ludovici I. D. Borbonii gnatam. Johanni Duci de Duras ante Agnetem Perigordensem uxorem fuisse tradit *Mathildem de Hannonia*, Florentii Dom. de Braine filiam, Ludovici de Burgundia Pr. Achajæ viduam, a. 1317. ductam, sed sterilem. *Caroli D. de Duras supplicium* in an. 1348. refert, Ladislai R. Neap. *primas nuptias* in a. 1390. Eidem *unicam* tantùm *filiam naturalem Mariam* scilicet, reliquas Rinaldo de Duras tribuit. *Caroli Roberti Regis Ung. coronatio* in a. 1310. incidit, quod quidem emendando παραγράμματι typothetæ dictum esto. Tab. 5.

Roberti I. Com. de Dreux anno 1188 ex *Anf.* sententia mortui, uxori primæ nomen *Agnetis de Garlande C. de Rochefort*, quæ Anselmi Dom. de Gournay Senescalli Franciæ filia, & Almarici III. Dn. de Montfort vidua fuerat; secundæ cognomen *d' Evreux*, tertiæ *de Baudement* tribuitur. *Robertus Dn. de Beu*, Roberti III. C. Droc. F *decessit* a. 1266. ejus *nepotis cognominis uxor prima vidua* fuit *Domini de Courlandon*, nec ex isto genere orta, datur eidem *soror Maria*, Bartholomæo Dn. de Montbazon nupta. *Isabellæ*, quæ Roberti IV. Dom. de Bagneux soror est, *maritus* nomen habuit *Petri Trousseau Dom. de Launoy.* Nicolaus Viced. d' Esneval *obiit* a. 1540. *Johannes B. de Morainville* postremus suæ gentis habuit filium *nothum*, *Franciscum* è Margarita le Roy susceptum, atque à R. Henrico IV. a. 1606. natalium jure donatum. *Uxoris primæ Johannis II. C. Droc. cognomen* malè typotheta expressit, scribendum enim erat *Beaujeu*; & *gradu penultimo* hujus tabulæ legendum *Boisguerout* pro Bosquerotet. Tab. 6.

Alisa Com. de Blois, Johannis I. D. Brit. filia *obiit* a. 1288. Johanna Roberti de Flandria uxor, Arturi II. D. Br. f. d. 24 Mart. 1364. Johannis V. D. Britan. conjux secunda Johanna Holland, Thomæ Com. de Kent in Anglia gnata, a. 1386. Arturus III Dux Brit. habuit *notham* dictam *Jacobinam* a. 1443 legitimatam & Arturo de Brecare nuptam. Circa *annum genialem Petri II. D. Brit. & Franciscæ Amboisiæ* erravit typographus, scribendum enim erat a. 1431, d. 21 Jul. Tab. 7.

Henrico D. Burg. Anselmus *filias tres* tribuit, videlicet *Hildegardin*, quam Sanmarthani ilius sororem dixerunt, nuptam Guidoni Godofredo Com. Pictonum, *Beatricem*, uxorem Guidonis I. Dom. de Vignory, & *Helenam*. *Alisam*, Eudonis II. D. Burg. gnatam, post Borbonium *nuptiis secundis Eudoni de Deole Dom. de Chateauroux* in manum conveniisse, hocque mortuo *monasticam* ad Fontem Evraldi professam a. 1201. decessisse, porrò *Isabellam* sive *Elisabetham* Hugonis II. D. Burg. filiam *nuptam primò* fuisse a. 1284 *Imp. Rudolpho* I. tradit, ejusdemque secundi mariti *Petri* cognomen ita effert: *de Chambely Dom. de Neausle.* Tab. 8.

Eudo-

Tab. 9. *Eudoni II. Dom. de Montagu* tribuuntur ab auctore noſtro *uxores duæ*, quarum *poſterior Johanna de la Roche-du Vanel* appellatur, *mater* ex illo facta *Agnetis de Montagu*, nupæ Johanni *de Villars Dom. de Montuiller.* Johannis Dom. de Sombernon uxoris cognomen efferendum de *Beaujeu*, nec Beavier. Philiberto II. Dom. de Couches præter Johannem natum etiam fuiſſe ajunt *Oudetum* Scutiferum, nec non *Catharinam* elocatam d. 7. Nov. 1404, *Alexandro de Bleſy.* Johanni II. etiam filii duo aſſignantur, nempè poſt Claudium *Philippus*, cui a. 1436. *Aloiſia de la Tremouille*, Guidonis C. de Joigny gnata deſponſa fuerit, *gnata* verò illius, quas in Tab. enumeravimus, ab Anſ. *pratereuntur.*

Tab.10. *Andreas de Burgundia* dictus *Delphinus tres uxores* ex Anſelmi ſententia *habuit*, & *primam* quidem *Semoreſſam de Poitiers*, Aimari II. C. de Valentinois gnatam.

Tab.11. *Nativitas* Caroli Valeſii refertur ab eodem ad a. 1270, Regis Philippi Valeſii ad ann. 1293, Johannis II. ad d. 26. Apr. 1319, hujus filiæ Johanna Reg. Navarræ ad d. 24. Jun. 1343, Catharinæ Com. de Montpenſ. R. Caroli V. f. ad d. 4. Febr. 1377. Johannis Delphini, R. Caroli VI. f. ad d. 31. Aug. 1398, Iſabellæ illius ſororis add. 9. Nov. 1389, Johannæ Duc. Britanniæ ad d. 24. Jan. 1391, R. Caroli VII. add. d. 22. Februar. 1402, & denique R. Ludovici XI. add. d. 3. Jul. 1423. *Obitus* verò Caroli Valeſii add. d. 16. Dec. 1325, Philippi D. Aurelian. (qui R. Philippi filius fuit & *nothum* poſt ſe reliquit nempè *Ludovicum d' Orleans*, Senatorem Pariſienſ. poſteà Epiſc. Pictav. & denique Bellovacenſem, d. 27. Mart. 1396. in Palæſtina mortuum) ad Kal. Sept. 1375, R. Caroli VI. ad d. 22. Oct. Johannæ D. Britann. ejus filiæ ad d. 27. Septembr. 1433. Modo dicto Regi tribuitur *filia naturalis* ex Odetta de Champdivers ſuſcepta, dicta *Margarita Dom. de Belleville*, legitimata a. 1427. & *nupta Johanni de Harpedene.*

Tab.12. *Ludovici D. Aurel. filii* anonymis autor noſter nomina *Johannis* & *Caroli* tribuit, atque illum a. 1393, hunc a. 1394 deceſſiſſe ait. R. *Ludovici* XII. nativitatem ad d. 27. Junii refert, & *Margaritæ Valeſiæ* Ex Reginæ obitum ad a. 1614. *Caroli D. Aurel.* menſis emortualis *Januarius* fuit, non Junius. Sorores naturales R. Franciſci I. matrem habuere *Antoniam de Polignac Dom. de Combronde.*

Tab.13. *Ludovici I. Ducis And. ſocer*, Dux Britanniæ in Tab. nominatus, fuit *Carolus de Blois*, qui uxorio jure titulum illum affectavit. *Caroli* filii illius natu minoris *nuptias* cum gnata Ducis Venuſini, quem *Thomam* vocat, *non fuiſſe peractas* Anſ. tradit, *ſororemque* ei tribuit *Mariam*, natam m. Oct, a. 1370. Circa annum emortualem ejusdem *Caroli* erratum fuiſſe in numero ſeculari ac 3 pro 4 ſcriptum proclive eſt videre. *Jolantha D. Brit. Ludovici II f.* nata eſt d. 12 Aug. 1412. denata verò d. 17. April. 1440. *Nicolaus M. de Mezieres* obiit a. 1568. & *Renata D. Montpenſ.* filia ejusdem a. 1572. Notentur denique *natales liberorum Renati R. Neap.* videlicet Nicolai n. 2. Nov. 1428. Ludovici M. Muſſipont. n. 26. Oct. 1427. Margaritæ R. Angl. n. 23. Mart. 1429. & 25 Aug. 1482.

Tab.14. *Johannis Intrepidi D. Burg.* cædem auctor ille ad d. 10 Sept. refert, porro *Philippi Boni* obitum ad d. 15. Jun. *Mariæ* verò, quæ ejusdem ſoror fuit Duci Cliv. nupta, mortem ad d. 30 Octob. 1463. Numero fractum dicti Johannis Intrepidi addit *Ludovicum natum m. Majo 1377 † 10 Jan. 1378*, & filiabus naturalibus Philippi Boni *Magdalenam, Bomparis Dom. del' Aage, Bar d' Alais* uxorem. *Pralium Azincurtium*, in quo Antonius & Philippus Burgundi fratres occubuere, incidit in d. 25 Oct. quod corrigendo ſphalmati typographico iterato dictum eſto; notetur etiam Carolam Burgundam Johannis Albretani Orvalli conjugem è *ſecundo Johannis C. Nivern. toro* prodiiſſe. *Margarita*, Johannis nothi de Burg. Dom. d' Elverdingue gnata mulier facta eſt ex viro *Carolo de la Grutuſe Dom. d' Exquier.*

Tab.15. *Caroli Com. Alenzonii uxor ſecunda* deceſſit a. 1379. *Dux* verò *Alenzonius* ejusdem nominis lucem primùm aſpexit d. 2. Sept. *Johannem Juniorem* Johannis Sapientis D. Alenz. filium *in fœmellam Anſ. vertit*, dictam *Johannam.* Johannis II. D. Alenz. *nothis* addit *Magdalenam Henrico de Breuil nuptam.*

Tab.16. *Robertus Com. Claromont.* natus eſt a. 1256. *Blanca* ejus filia Comiti Arvern. nupta *obiit* a. 1304. *Margarita*, Ludovici I. D. Borb. f. a. 1362. *Mariæ* ejus ſororis *nuptiæ* ſecundæ incidere in a. 1347. *mors* autem in a. 1387. *Bona D. Sabaud.* Petri D. Borb. f. *deceſſit* d. 19. Jan. 1402. *Maria* ejus ſoror monialis Piſcin. d. 10, Jan. 1410. Ludovico I. D. Borb. tribuitur nothus *Guido Dn. de Cluys & de la Ferté-Chauderon* maritus *Johannæ de Chaſtel-Perron*; Carolo etiam Cardinali Borbonio, Johannis II. Ducis fratri, notha, *Iſabella* nempè, legitimata a. 1491. & *Gilberto de Chantelot Dom. de la Chaiſe* nupta. Porro Caroli I. D. Borbonii liberis naturalibus annumerantur *Rinaldus* II. Prior Commendatarius de Montverdun & *Petrus* Protonotarius Sedis Apoſtolicæ, idemque genitor *Catharinæ de Bourbon, Petro d' Holiſtant* a. 1492. elocatæ. *Rinaldo* I. denique *notho* Archiepiſcopo Narbonæ itidem *illegitima proles* datur, videlicet *Carolus Epiſc. Clarimont.* d. 24. Febr. 1504. mortuus & *Suſanna. Margaritæ*, quæ Johannis II. D. Borb. filia naturalis fuit, *maritus* nomen habuit *Johannis de Ferrieres Dom. de Freſes.*

Ludovici

EXCELLENTIVM
IN
GALLIIS FAMILIARVM
CLASSIS PRIMA,
QVA
STIRPS REGIA CAPETINGICA,
nec non Stemmata
PRINCIPVM EXTRANEORVM
IISDEMQVE ADÆQVATORVM
continentur.

FAMILIARVM
PRIMÆ CLASSIS

Nomenclatio secundum idioma Gallicum & Tabularum, quas singulæ implent, numerus.

LA MAISON DE FRANCE, Tab. XXVIII.

DE SAVOYE.	Tab. V.	DE LORRAINE.	Tab. V.
GRIMALDI.	IV.	DE LA TOVR-D'AVVERGNE.	V.
DE ROHAN.	III.	DE LA TREMOILLE.	IV.

GENEALOGIAM FAMILIÆ REGIÆ INTRODVCTIO.

Ergente ſenſim ad ſenium Romano Imperio, cùm ejus provinciæ quarumvis gentium excurſionibus relictæ eſſent, Galliam præter Vandalos, Alanos, Suevos, Gothos & Burgundiones tentarunt etiam *Franci*, origine Germani, primùm circa a. CCCC, & proceſſu temporis pulſis ac devictis cæteris univerſam ſuæ ditionis fecerunt, novúmque regnum, quod etiamnum in Galliis floret, condiderunt. Ex illa itaque tempeſtate ad præſens usque ævum imperium Galliæ penes *Reges* fuit, qui in *claſſes* ſive *familias tres* ſolent dividi, videlicet in *Merovingicam*, *Carolingicam* & *Capetingicam*. Prima à *Merovæo*, qui poſt mortem Clodionis regnum rapuit, nomen

men fortita, per CCCXXXIII annos duravit, usque ad *Childericum* III, quem ob vecordiam *Pipinus*, suggestu Zachariæ Pontificis Romani, loco movit, & ad vitam monasticam a. 751. relegavit. Erat *Pipinus* filius *Caroli Martelli*, functúsque æque ac parens Majoratu domus, curarum regni molem diu solus sustinuerat; unde studia Procerum & populi acquirere, eóque aditum sibi ad regnum parare haud difficulter potuit; rerum potitus secundam condidit familiam, quæ vel à filio ipsius & successore *Carolo Magno* vel à patre *Carolo Martello* Carolingica dicta est. Regnavit ea per CCXXXVI annorum spacium, usque ad *Ludovicum* cogn. *Ignavum*, quo a. 986 absque liberis mortuo delata est summa rerum *Hugoni Capeto*, Comiti Parisiensi, auctori prosapiæ tertiæ. Hæc quò felicius etiamnunc Galliæ imperitat, eò impensius extollere ejus originem satagunt eruditorum ingenia. Quemadmodum verò recentiores Gallici Scriptores id inprimis sedulò operam dederunt, ut insitæ cuivis genti philavtiæ velificarentur, Regésque suos à peregrinæ originis vitio vindicarent; ita dum vel à prioribus familiis, quas Galliam rexisse dictum est, vel alicunde è claro inter priscos Gallos viro derivare illos studeant, in diversas dilapsi sunt opiniones. Scilicet postquam in redarguenda ac refellenda vulgata antehac & plerisque imbibita sententia, ac si Hugo Capetus à *Witikindo Saxone* genus duxerit, operam neutiquam lusisse sibi visi sunt, (vid. præter alios *Sanmarth. Hist. Geneal. de la maison de Fr. l. 11. c. 1. p. 198. & seqq.* & *Blondel. Geneal. Franc. plen. assert. Tom. 2. p. 52. & 53.*) eò omne studium industriamque contulerunt, ut unius ejusdémque stirpis cum *Carolingis*, vel omninò cum *Merovingis* Capetingos esse testatum facerent. Exinde verò variæ natæ sunt opiniones: illorum enim, qui *Carolingorum* gentilem *Hugonem Capetum* facere laborarunt, aliqui à *Martino Duce Austrasiæ*, qui Pipini Heristalli è fratre Clodulpho nepos fuerit, nonnulli ab *Hugone* dicto *Abbate*, *D. Burgundiæ*, Caroli M. filio vel legitimo, vel naturali, quidam à *Pipino*, eodem Carolo post Ludovicum Pium nato, rursus alii ab *Hugone C. Arelatensi*, Lotharii II Regis Lotharingiæ filio, illum derivarunt. Qui verò cum *Merovingorum* stirpe Capetingicam conjungere conati sunt, hujus originem vel ad *Ansbertum Senatorum*, quem Clodionis cogn. Comati è filio Alberico nepotem fecere, vel ad *Sigebertum* quendam, qui Theodorici, Childeberti II R. Austrasiæ filii, nothus fuerit, retulerunt. Superioribus annis magno assensu excepta, atque à *Sanmarthanis geminis* etiam digna habita fuit, cui in *Historia* sua *Genealogica domus Francicæ* (*Lib. II. c. 2.*) accederent, illa sententia, quam *Carolus de Combaud Baro ab Autueil* in *Historia* sua *Ministrorum Status* primitus evulgavit, postea *Johannes du Bouchet* in *Historia de origine familiæ Regiæ* uberius excoluit, uterque verò industriæ *Andreæ Ducheſne* acceptam retulit. Hæc *Caroli M.* & *Hugonis Capeti* prosapias in *Pipino Heristallo* connectens, & ab ejus filiis *Carolo Martello* & *Childebrando* deducens, *Pipini* porrò originem à *Ferreolo* quodam, è priscorum Gallorum Principibus orto, *Tonantii Ferreoli* filio, & *Ansberti Senatoris* patre, repetit. Verùm enim verò licet post illos autores, nemo, quantum quidem scio, repertus hactenus sit, qui hanc *Carolingorum* æque ac *Capetingorum* à *Pipino Heristallo* deductionem oppugnare sustinuerit, extitere tamen, qui injuriosos illos in decus Francorum gentis fuisse putarunt, eò quod Regum suorum originem ex *Gallica*, non Francica stirpe derivarint. Primi inter hos memorantur *Adr. Valesius* & *Faber Chanterellus* (*le Fevre Chantereau*) quorum *ille* in *Annalium* suorum *Francia vol. 1. p. 27, 28 & 29.*) *hic* in peculiari Tractatu, *la Critique contre l' histoire du Sieur du Bouchet*, sententiam illam exagitarunt. Novissimè adversus Buchetum ejusque adstipulatores in arenam descendére *Joh. Baptista Goth Dux Espernonius* & *Adrianus Jordanus* è Societate Jesu, sed dispari armatura instructi, nec ipsi leviter inter se dissidentes ac discordantes. Utriusque scripta intra hoc quinquennium lucem publicam subiere, *prioris* a. 1680 sub titulo: *Histoire de la veritable origine de la troisieme race des Rois de France*, *Jordani* verò a. 1683 inscriptum: *La Critique de l' origine de l' Auguste maison de France*. *Espernonii* Ducis systema eò tendit, ut ostendat *Carolingos* ac *Capetingos unius* quidem *ejusdemque originis* esse, & descendisse *Hugonem Capetum* à *Childebrando*, *Caroli Martelli*

telli fratre, sed diversa graduum serie ab illa, quam Buchetus enumeravit; porrò *Pipinum Heristallum*, qui *Caroli Martelli & Childebrandi parens* audit, *nepotem* exti. isse *Arnulphi Sancti*, Domestici Regum Dagoberti II & Clotarii II, & post mortem uxoris suæ *Dodæ* Episcopi Metensis; (in quo iterum Bucheto assentitur) hujus verò *Arnulphi* parentes fide Historica edoceri non posse, quamquam dubitandum non sit, quin is à *Merovingis* genus duxerit. Posterius hoc assertum *duplici pericope*, quarum primam è *Pauli Diaconi Historia Episcoporum Metensium*, alteram è *Petri Bibliothecarii Chronico* excerpsit, it firmatum. In illa Paulus Diaconus *Arnulphum ex nobilissimo fortissimòque Francorum stemmate ortum* fuisse prædicat; id Espernonius ita interpretatur, *strictissimè* sumendo vocem *stemmatis*, significari à Paulo *speciatim* ipsum *Regium genus*, non generatim illustre aliquod inter Gallos. In altera Petri Bibliothecarii pericope memoratur, *a. 751 à Pipino Legatos Romam missos esse ad Zachariam Pontificem Maximum, ut qui ex antiqua stirpe Merovingorum fuerit, regnaret in Gallia; exaudisse Pontificem & mandasse Gallis, ut in eorum Regem haberent Pipinum.* Exinde manifestum esse arbitratus est Espernonius, quod *Pipinus*, qui *Carolingorum fator* fuit, à *Merovingis* sanguinem duxerit, quodque adeò etiam *Capetingi* genus suum jure meritóque ad eosdem referant. *Jordanus* verò sicuti omnis in eo est, ut demonstret *unam eandemque stirpem* esse, quæ jam per quindecim secula summam rerum in Galliis tenuit, ita in deductione multis modis ab Espernonio dissentit. Principio *Arnulphum* S. à *Marovæo* ejusque prosapia descendisse negat, ostenditque argumenta ab Espernonio allata usque adeò stringentia non esse, ut ex iis inferri istud queat, interpretationem vocabuli *stemmatis*, qua usus ille est, diluit, auctoritatem *Petri Bibliothecarii* elevat, denique si vel maximè à *Merovæo* genus duxisset *S. Arnulphus*, de materno id potius quam paterno intelligendum esse, hoc verò à *priscis Francorum Regibus*, qui *ante Merovæum* vixerunt, à quibus tamen ipse quoque ortus sit, illum derivasse, statuit. Ejusdem itaque *Arnulphi* majores, quos ritè enumerari posse negavit Dux Espernonius, eruisse & ad liquidum perduxisse Jordanus sibi videtur. Recensebo illorum seriem, additis, ubi opus est, observationibus quibusdam è tractatu illius excerptis, cumque ad *Arnulphum* S. ventum fuerit, subjungam ex eodem autore enumerationam posterorum ipsius usque ad *Robertum Fortem*, notaturus simul, ubi ab Espernonio pariter & Bucheto ille dissentiat.

FRANCUS. Ita *Francorum Rex primus*, eodem nempè, quo gens, nomine vocatur, qui seculo à nato Christo tertio imperantibus Valeriano & Gallieno vixit.

GENEBAUDES. Regnavit Maximini & Constantini ætate.

MALLOBAUDES. Constantii, Valentiniani & Gratiani;

PRIAMUS. Theodosii Magni;

MARCOMIRUS. circa eadem tempora.

PHARAMUNDUS. Hujus existentiam, quam recentiores nonnulli, & maximè Dux Espernonius, in dubium trahunt, prolixè & multis rationibus Jordanus propugnat, eúmque juvenem à *Marcomiro* patre suo Imperatori Honorio obsidem datum fuisse è *Claudiano* docet, cui etiam post occisum ab Honorii Duce Castino Theodemarum *Galliæ Belgicæ* regnum delatum fuerit. Firmat hæc ex *Chronico Prosperi* (alius à S. Prospero) quod ab a. 375 usque ad a. 455 pertingit, quo tempore auctorem vixisse conjicit, ejusque fidem contra adversarium suum defendit.

CLODION. Hunc tempore Valentiniani III vixisse, & *Pharamundi*, nec Theodemari, filium fuisse asserit. Porro *Merovæum*, quem *Clodioni* successisse, & primæ Regum prosapiæ nomen dedisse

 largitur,

largitur, natum è *Clodione* fuisse negat, *privignum* tamen ejusdem illum facit, utpote è priore secundæ conjugis ipsius marito ortum, qui filio *Clodionis* impubere extruso regnum occupaverit, Romanorum Duce Ætio, cui contra Attilam, occasione hujus circa *Clodionis* successionem discordiæ excitum, suppetias tulit, adjuvante.

SIGIMERUS. Hic *Sidonio Apollinari*, illustri viro, & Arvernorum, cum senex esset, Episcopo (cujus libri extant) memoratus, à Jordano dicitur *Clodionis filius* fuisse, & uxorem duxisse gnatam *Tonantii Ferreoli*, Senatoris Romani & Præfecti Prætorio Galliarum, qui gener erat Imp. *Aviti*, nepos Consulis *Syagrii*, atque *Ægidii*, quem adversus Childericum, Merovæi filium, Franci *Regem* elegerant, patruelis. Atque ab hac ipsa Sigimeri cum hostibus Childerici, qui regnum ipsi debitum usurpabat, affinitate fidem opinioni suæ accedere putat, quam de cætero ex *Prisci Rhetoris* aliisque testimoniis & argumentis adstruit; silentium verò auctorum, qui regnante & præpollente Merovæo ejúsque posteris, metu aut neglectu tacuerint, utcunque excusat, alios denique, qui *Sigimerum* hunc Burgundum aut Visigothum faciunt, refellit.

FERREOLUS. Hunc *Sigimeri filium* fuisse adversus Buchetum aliósque, qui eum Ferreoli Tonantii gnatum faciunt, statuit, eidémque nomen ab *avo materno*, ut sæpè fit, obtigisse ait, *fratres* porrò *duos* eum habuisse natu minores, nempè *Sigimerum* II, Athalarici R. Ostrogothorum in Italia Comitem, & *Mundericum* Regio titulo usum; *uxorem* verò *Clodovæi Gallorum Regis filiam*, dein *secundo matrimonio* aliam Romanæ, ut conjicit, stirpis *Deuteriam* sive *Ætheriam*.

ANSBERTUS. *Ferreoli filius* ex *secundo* conjugio, qui tamen Imperatoriæ stirpis fuisse dicitur, sed, ut Jordanus existimat, non ex paterna linea, verùm ob *aviam*, Imperat. *Aviti* neptem. *Fratres* ei ex *Historia vitæ S. Clodulphi* tribuit *Aigulphum* Episcopum Metensem, è filia Clodovæi natum, *Firminum* Episc. Uticensem, qui ambo vitæ sanctimonia inclaruerunt, præterea *Deotorum* Episcopum Arisidiæ, & *Gamardum*, patrem *S. Goëtici* & *Reinfredi*. Uxorem eidem cum Bucheto assignat *Blitildem*, Clotarii I Gallorum Regis filiam, idque prolixè adversus dissentientes, inter quos Adrianum Valesium etiam numerat, tuetur.

ARNOALDUS. *Ansberti filius* natu maximus, & *S. Ferreoli* Episcopi Uticensis a. 581 mortui, *frater*, quem ex Aquitania sedem in *Galliam Belgicam* transtulisse, & à Rege *Guntharo*, qui erat ejus *avunculus*, Regis Guntrami frater, benignè exceptum fuisse, posteà Abbatiam *S. Martini* in monte *Villæ Longæ*, fundasse, veterum tabularum fide tradit, uxorémque ei tribuit *Odam*, illustrem ex Suevis fœminam, qua mortua ille cilicium in cœnobio à se, ceu modo dictum est, exstructo sumserit, tandémque *Episcopus Metensis* in locum S. Aigulphi patrui sui factus fuerit.

ARNULPHUS. Is est, quem *Regum Clotarii & Dagoberti Domesticum* extitisse, & post uxoris suæ *Dodæ* mortem *Episcopum Metensem* factum, denique

denique in *Sanctorum* cœtum relatum fuisse : superius dixi. Ab eo *Carolingos* æque ac *Capetingos* communem sanguinem ducere vulgata jam est opinio, *Bucheto* etiam & *Espernonio* probata. *Chifletius* eundem filium facit Ducis Bodegisili, qui Munderico, Cloderici filio, Sigiberti nepote, Merovæi Regis pronepote ortus fuerit, idque chartarum, *Leodii* & *Divione* recens inventarum, fide firmare conatur; earum verò omnisque hujus asserti levitatem prolixè *Jordanus* ostendit.

ANCHISES sive ANSEGISUS. Hunc *Arnulphi* gnatum *Clodulphi* Episcopi Metensis fratrem fuisse consentiunt ; *Buchetus* alium adhuc ei fratrem tribuit *VValachisum* , húncque patrem extitisse ait S. *VVandregisili* , & *Berthæ* , Sigifrido C. Verdunensi nuptæ, *Uxorem* Anchisi Dux Espernonius assignat *Beggam*, Pipini Ducis & Magistri Palatii Austrasiæ filiam.

PIPINUS. *De Heristallo* cognominatus , *Anchisis* filius unicus, Magister Palatii regii, mortuus d. 16 Dec. a. 714. Uxorem habuit *Plectrudin*, Hugoberti filiam, quam repudiasse postea, atque *Alpheiden* duxisse Bucheto ejúsque vitula arantibus fertur. Pernegat id Espernonius , & *Alpheiden*, qua *Carolus Martellus* , Carolingorum fator , natus est , nonnisi *concubinam* Pipini fuisse mordicus tuetur; *Plectrudi* verò *filios tres* tribuit, videlicet *Drogonem* Ducem Campaniæ & Burgundiæ , maritum *Adelarudis*, Waratonis filiæ , genitorem *Arnoldi* & *Hugonis* a. 708 mortuum, *Grimoaldum* (qui in conjugio habuerit *Theodosindam*, Raboti D. Frisiæ gnatam, & filium naturalem tantùm post se reliquerit *Theobaldum* Magistrum Palatii Regii sub Dagoberto) & *Childebrandum*.

CHILDEBRANDUS. Hic Bucheto *Caroli Martelli* frater germanus audit, à quo nec Jordanus dissentire videtur; is cæterùm adversus Chifletium, qui *Childebrandum* è *Longobardis* ortum esse tradidit, acriter & omni contentione pugnat. *Filii* eidem *duo* tribuuntur, *Theodericus* Comes Augustoduni & Dux Burgundiæ, cujus progenies in tertiam usque generationem duravit, & *Nebelongus*.

NEBELONGUS. Hunc Espernonius *Comitem Augustodunensem*, Buchetus & Jordanus *Matricensem* (de cujus Comitatus situ multa adversus Chifletium disputat *Blondellus Geneal. Fr. plen. assert. Tom. 2. pag. 101. & seqq.*) vocat. Circa progeniem ejus plurimum itidem à cæteris discrepat Espernonius : is enim *filios duos* Nebelongo assignat, *Childebrandum* II scilicet & *Theodebertum* ; hunc *Comitem Matisconensem* appellat, & filio quidem *Roberto*, nepotibus verò ex eo nullis auctum fuisse tradit. *Priore* autem natum præter alios esse ait *Eccardum C. Augustoduni*, hunc *patrem* extitisse *Nebelongi* II, quo demum genitus fuerit *Robertus Fortis*, idque variis chartis adstruere nititur ; eas verò diversum ab eo, quo ab Espernonio allegantur, sensum admittere, neque antichronismis illam deductionem vacare Jordanus ostendit.

THEODEBERTUS. Ab hujus , nec Childebrandi II, stirpe oriundum esse *Robertum Fortem* & Buchetus asserit, & Jordanus multis rationibus probat. Hic quidem Theodeberto *immediatè* illum genitum

tum fuisse statuit, Buchetus verò & cum eo Sanmarthani *alium* illis interserunt *Robertum*, quo is demum qui *Fortis* cognominatus est, natus fuerit, atque firmandæ suæ sententiæ afferunt pericopen veteris tabulæ, quæ *Cæsaroduni Turonum* in cœnobio *S. Martini* custoditur, in qua *Rex Robertus avi sui cognomini* mentionem expressis verbis faciat. Verum imposuisse Bucheto, nec sincerè illam pericopen excerpsisse, quisquis eam cum ipso communicaverit, Espernonius pariter & Jordanus asseverant, cum neque in archetypo Turonensi, neque in apographo, quod *Sanmarthani gemini in Gallia Christiana* exhibuére, verba illa de *Roberto, Regis Roberti avo*, legantur.

ROBERTUS cogn. FORTIS. Is demum est, quem *Hugonis Capeti proavum* fuisse nemo Scriptorum dubitavit, quamobrem ab ipso initium Genealogiæ stemmatis Regii facturus sum, jamque ad alteram dissertationis partem accedo.

De *insignibus* scilicet *Regum Galliæ* sive SCUTO LILIATO dicenda quædam restant; non autem est animus multifarias opiniones, quæ apud auctores, ut cujuscunque captus ac genius erat, de origine insignium illorum leguntur, recensere, & cramben multis coctam repetere; solius *Joh. Labureris* cordatissimi Scriptoris sententiam, ex ejus *Introductione ad Historiam Regis Caroli VI* (qui liber pauciſſimorum forte Germanorum manibus teritur) excerptam, in medium afferam & curioso Lectori examinandam dabo. Sic autem ille vernaculo quidem suo idiomate, fatur: Primo è „ tertia prosapia Galliæ Regi cum nondum essent insignia, quæ cum filiis suis natu„ minoribus communicaret, necesse is habuit mutuare illa à ditionibus, quæ vel lo„ co apanagii, vel per connubia ipsis obvenere. Vereor omninò, ne quis plus quàm „ satis audacem me reputet, quod Reges nostros aliquando insignia non habuisse di„ cere sustineam; verissimum tamen id esse & ratiocinatione & consuetudine evin„ cam. Quod si enim veritati consentaneum hoc est, insignia ideò institua fuisse, ut „ personarum aliquæ sint notæ, quibus discerni inter se possint (factum autem id esse „ occasione expeditionum Christianarum in Orientem adversus Barbaros auctor in ante„ cedentibus ostenderat) verisimillimum etiam mihi videtur Reges nostros, utpote „ qui ipso fastigio suo à reliquis distincti, alio discriminis signo non indigebant, mul„ tò ante morem illum introduci passos esse, quàm sese ei accommodarent, quod qui„ dem tandem fecerunt, decoro potius quam necessitati obtemperantes, idque illa „ demum ætate, qua *Philippus Augustus, Ludovici Crassi* nepos, rerum potiebatur. Si „ quis antiquiora esse lilia, conspicique ea in monumentis ante Regis illius ævum posi„ tis, mihi oggerat, non vacillo, tantúmque abest, ut magis movear sepulcris Re„ gum nostrorum primæ & secundæ familiæ, quàm sigillis quibusdam *Philippi* I & „ *Ludovici Crassi*, in quibus flosculum liliis nostris similem videre est, ut potius indidem „ originem insignium Galliæ derivare sustineam. Flos iste Sceptrorum & Corona„ rum Summatium virorum ornamentum est necessarium, & quemadmodum Sce„ ptrum, quod potestatis regiæ symbolum est, flore illo significabatur, utpote qui „ nonnunquam solus Regum quorundam nostratium manus implere in eorum sigillis „ cernitur, ita volentes illi adsciscere insignia, quibus paludamenta sua equorúmque „ phaleras exornarent, illustria & honorifica magis deligere nequivere, quam illud Re„ giæ suæ dignitatis emblema. Atque hanc esse rationem prorsus existimo, quod ex„ trinsecus non nisi medietas flosculi illius appareat; utque eò magis pateat omnibus, „ de sceptro potius decerptum illum fuisse, quam de flore lilii, quod hoc modo mu„ tilum esset, relicta illi fuit basis sua, nec non parva trabs, quæ vicè compagis flo„ rem cum sceptro copulabat. Objecturus fortassis mihi aliquis est, *Veromanduorum* „ Comitem, ex *Hugone de Francia, Henrici I*, qui *Ludovici Crassi* avus erat, filio ortum

in

in capite ſcuti ſui lilia jam tum geſtaſſe, petam hujus aſſerti probationem, & nullam » timebo, qui certus ſum, viſa mihi fuiſſe ſigilla Comitum Veromandenſium inſigni- » bus omninò vacantia. Quid? quod auſim propugnare, flores illos, capiti *ſcuti teſ-* » *ſellati*, quale *Veromandenſe* eſt, inſertos, Comitatus & oppidi *Fani Quintini* inſignia » extitiſſe, adſcita ab illis, ut ſignum eſſent dominii Regii, cui Comitatus iſte acceſſit » per matrimonium inter *Philippum Auguſtum* & *Iſabellam de Hannonia* contractum. Quo- » niam itaque ſigillo jurisdictionis plerumque Dominus ipſe uti ſolebat, creditum fuit » teſſeram, quæ Veromanduenſi ſigillo impreſſa erat, ad Comites ſpectare, cum illa » Jurisdictionis ſive dominii tantum ſymbolum eſſet; atque ex hoc fonte iſta mana- » vit traditio, quam præterea refellunt exempla aliarum in regno civitatum primi com- » matis, quæ vel ex conceſſione vel veneratione capita ſcutorum ſuorum inſignibus » Francicis decorarunt. Primus cæteroquin è Franciæ Regum filiis, qui lilia inſigni- » um loco uſurpavit, *Philippus* extitit *Comes Bononiæ*, *Philippi Auguſti* ex *Agnete de Me-* » *rania*, tertia ejus uxore gnatus, quod tamen Rex ille non tam conſuetudini tum- » gliſcenti, ut inſignia eſſent hæreditaria, quam neceſſitati indulſit, quò ſcilicet condi- » tionem Principis memorati confirmatiorem redderet; erat enim is prognatus è ma- » trimonio non planè legitimo. Ex illo demum tempore cæteri Principes poſtgeniti » inſignia Francica, diverſis notis diſtincta, arrogarunt; verùm id beneficii retrorſum » ad lineas longo ante tempore ortas trahi non poſſe quisquis facilè intelligit. » Hæc *Laburerii* eſt ſententia haud ſane abſona, qua tanquam inſigni colophone prælo-quio huic finem facio, manúmque jam tabulis, Θεὸς τόξῳ πολεμίζει (ceu jubet *proverbium*) admoveo.

GENEALOGIA F
EJUSDEMQU

ROBERTUS cogn. FORTIS Comes Aurelian
Franciæ, occ. a. 867. ux: *Aliſa.*

EUDO Com. Aureliani, Pictavii & Pariſiorum, Du
Marchio Franciæ, deniq; REX, electus a. 888. † 3. Jan. 8
ux. *Theodoreda.*

Arnulphus, Rex Aquitaniæ, præmatu-
rè mortuus.

Hugo Mag
reliani, C
Imp. f. 2. *E*
Heinrici A

3. HUGO CAPETUS Dux Franc. M. Aurel. C. Paris. el. in REGEM, & Remis d. 3. Jul. 987. in auguratus, † 24. Oct. al. 22. Nov. 996. *Aliſa, Wilhelmi D. Aquitan. f.*

3. Otto Dux Burgund. † 20. Febr. 963. ∞ *Leudegardis, Gisleberti D. Burgund. f. & her.*

3. Eudo Dux
gund. poſt
trem.

ROBERTUS, Sanctus, Devotus & Sapiens cogn. REX. coron. 1. Jan. 988. † 20. Jul. 1032. al. 1033. æt. 60. vel 61. 1. *Bertha, Conradi R. Burg. f. Eudonis C. Carnut. vid. repudiata a. 996.* 2. *Conſtantia, cogn. Blanca, Wilhelmi C. Arelat. & Provinc. f. 998. † m. Jul. 1033.*

Hadervvindis nup.
Reinero III. C.
Hannoniæ.

Hugo, coron. vivo patre a. 1017. † 17. Sept. 1026.

HEINRICUS I REX, inaug. a. 1027. † 4. Aug. 1060. æt. 55. *Agnes, Jaroslai ſ. Baſilii Ruſſiæ R. f.*

R

PHILIPPUS I REX, n. a. 1053. coron. 22. Maji 1060. † 29. J
1. *Bertha, Florentii I C. Holland. f. 1067. repud. 1085.* 2. *I*
Simonis C. Montfort. f. 1093.

1. LUDOVICUS VI CRASSUS, REX, n. 1081. cor. 3. Aug. 1108. † 1. Aug. 1137. *Adelais Humberti II C. Sabaud. f. 1115.*

1. Heinricus † inf.

1. *Conſtantia nup.* 1
C. Campan. 2. Bo
Pr. Antioch. 1106

Philippus coron. 1129. † m. Oct. 1131. æt. 16.

LUDOVICUS VII. JUNIOR, REX, n. 1119. coron. 25. Oct. 1131. † 18. vel 20. Sept. 1180. 1. *Eleonora, Wilhelmi D. Aquit. f. & her. 1137. repud. 1152.* 2. *Conſtantia, Alphonſi VIII. R. Caſtil. f. 1152. † 1159.* 3. *Aliſa, Theobaldi C. Campan. f. 1161. † 1205.*

Heinricus *Epiſc. Bellovac.* poſtea *Archiep. Remens.* † 13. Nov. 1175.

Robertu
DE D
Vid. T

1. *Maria nup.* Heinrico C. Campan. † m. Mart. 1179.

1. *Aliſa nup.* Theobaldo C. Carnut. & Bleſ.

2. *Margarita nup.* 1. Heinrico R. Angl. 2. Belæ III. R. Ungar. † 1197.

3. PHILIPPUS II. AU
REX.
Vid. Tab. ſe

AMILIÆ REGIÆ
E TABULA I.

i, Antisiodori & Nivernii, Dux & Marchio

ROBERTUS Dux Franciæ & Burgundiæ, Com. Parisiorum, Pictav. Aurel. & tandem REX, el. ac coron. 29. Jun. 922. occ. 15. Jun. 923. *Beatrix è Comitibus Veromand. orta.*

gnus Dux Franciæ, Burgund. & Aquit. M. Au- Paris. †16. Jun. 956. 1. *Rotilda, Caroli Calvi* thilda, *Eduardi R. Angl. f. 926.* 3. *Hadvvida* ucupis *Imp. f. 938.*

Emma, nup. Rudolpho Duci Burgund. qui post soceri sui mortem electus est in Regem & inaug. 3. Jul. 929, & obiit m. Jan. 936, illa verò a. 934.

Bur- fra- Heinricus Dux Burg. post fratres †a. 1001. *Gerbergis Hugonis C. Burg. f. Adalberti D. Lombard. vid.*

Beatrix nup. Friderico I D. Lothar. 954.

Emma uxor Richardi I. D. Normann. 960.

Herbertus, *nothus Episc. Antissiod.* el. 968. †994.

Alisa uxor Reginaldi C. Nivern.

Girlinda nup. Hugoni C. de Ponthieu.

Goslinus, nothus, Archiepisc. Biturig. el. 1013. † 19. Nov. 1030.

obertus DUX BURGUNDIÆ. Vid. Tab. VIII.

Eudo,

Alisa nup. Balduino C. Flandriæ 1027. †1079.

ul. 1108. *Bertrada,* Robertus † juv.

Hugo COMES VEROMANDUORUM. Vid. Tab. IV. B.

. Hugoni émondo 2. Philippus Comes de Mante. *Elisabetha, Guidonis II. Dn. de Montleheri f. & her.*

2. Florus, pater *Isabellæ de Nangis,*

2. *Cecilia nup.* 1. Tancredo Pr. Antioch. 2. Ponto Tolosano, C. Tripol. in Syria.

2. *Eustachia uxor* Johannis C. d'Estampes.

s COMES REUX. Tab. VI.

Philippus Archidiac. Paris. †1164.

Petrus DOMINUS DE COURTENAY. Vid. Tab. XXI.

Hugo,

Constantia desponsa 1. Eustachio C. Bolon. & R. Angl. nupta post Remundo C. Tolosano.

GUSTUS q. II.

3. *Alisa nup.* Wilhelmo C. de Ponthieu, 1196.

3. *Agnes nup.* 1. Alexio Comneno Imp. Constantinop. 1179. 2. Theodoro Branas, Dn. Andrinopol.

Philippus, *nothus. Decanus ad S. Martin. Turon.* † *1101.*

AD

TABVLAM PRIMAM FAMILIÆ REGIÆ NOTÆ HISTORICÆ.

ROBERTO virtus bellica cognomentum FORTIS, nec non dignitatem Ducis ac Marchionis Franciæ peperit: cum enim *Dani* sive *Nortmanni* occupata illa ad Oceanum regione, quæ hodienum *Nortmannia* audit, per Armoricam effusi ad Andegavos usque Turonésque penetrarent, & tumultu, populatione ac cæde omnia miscerent, Rex *Carolus Calvus* opus sibi esse animadvertens viro animoso ac forti, qui hos Nortmannorum furores cohiberet, *Robertum* ex omni procerum suorum numero delegit, eidémque *Franciæ* (quo nomine speciatim omnis *Ligerim* inter & *Sequanam* patens districtus veniebat) defensionem demandavit, & convocatis *Compendium* ordinibus axioma *Ducis ac Marchionis Francorum* solemni ritu contulit, quod factum a. 861. Sustinuit *Robertus* Regis de se existimationem, nec simplicem de Nortmannis victoriam reportavit; post multa verò egregia facinora, quod fatum clarorum imperatorum esse solet, in pago rustico, dum ædem, ad quam hostes fugientes sese receperant, oppugnat, & depositâ galea loricâque corpus laxat, incautus cæsus est. *Sanmarth. Hist. Geneal. Fr. Mezeray Abbr. Chron. de l'hist. de Fr. Bussier. Hist. Fr.* Uxor ejus *Adelais* vidua facta *Conrado C. Antissiodori* nupsisse *Sanmarthanis* fertur; alii verò scriptores *ante* Robertum Conrado nuptam illam fuisse ajunt, quod quidem propius ad veritatem accedere videtur, siquidem Conradus jam dum 862. vivere desiit. Pater *Adelaidis* Ludovicus Pius Imp. extitisse vulgò putatur; quod refellit *Dux Espernonius* libro in prœmio citato, illámque ex *Alsatica* familia ortam, atque *Ermengardis*, quæ *Imp. Lotharii* conjux erat, sororem fuisse argumentis haud levibus ostendit.

EUDO post obitum *Hugonis* cogn. *Abbatis* fratris sui uterini, *Comes Parisiorum*, & *Dux Francorum* ab Imp. *Carolo Crasso* creatus, hoc defuncto *Caroli Simplicis*, ad quem regnum hæreditario jure pertinebat, impuberis tutor constitutus, tandémque crescentibus Nortmannorum invasionibus plerorumque procerum suffragiis *Compendii* in *Regem* electus, atque à *Gualtierio* Senonum Archiepiscopo inauguratus est. Verùm dum bello Nortmannico districtus esset, cæteri proceres, qui illi adversabantur, *Carolum Simplicem* Regem salutarunt, eundémque *Remis* coronarunt, faciente solemnia *Fulcone* Remorum Archiepiscopo. Ortum inde est bellum civile, quod ita tandem sedatum fuit, ut diviso regno *Carolus* Belgicam cum Neustria, *Eudo* Aquitaniam & Burgundiam teneret. *Sanmarth.*

ROBERTUS *Eudonis* fratris sui hæreditatem tam quoad facultates, quàm dignitates ex asse crevit, solo regno excepto, quod omne, resipiscentibus proceribus, ad *Carolum Simplicem* rediit; quanquam posteà illud etiam consecutus est, cùm parta sibi victoriis adversus Nortmannos existimatione, conceptáque adversus Regem indignatione, quod is Abbatiam ab ipso pro filio suo expetitam, alii contulisset: præterea quibusdam è proceribus incensum jam & privatæ sortis impatientem instigantibus, *Regem* se *Remis* salutari, & ab Archiepiscopo *Hervæo* coronari patretur. Verùm ambitionis suæ pœnam mox persolvit, sequenti statim anno à *Carolo Simplice* in prælio ad *Axonam* amnem, haud procul Suessione, interfectus. *Mezer.*

HUGONI non tantùm ob præclara facinora cognomentum MAGNI, sed & *Abbatis* eò quod licet secularis aliquas Abbatias tenuit, nec non *Albi*, ad differentiam Hugonis Nigri D. Burgundiæ tribuitur. Auctoritas ejus regnantibus *Ludovico Transmarino* & *Lothario* tanta fuit, ut à Regia potestate non nisi titulo abesset, quem affectasse quo minus videri voluit, eò majore contentione pro illa depugnavit, nec simplici vice arma adversus Ludovicum Regem capessivit; quamquam insignia quoque officia eidem nec non Lotharioipsius filio ac successori præstitisse dicendus sit. *Ducatus Burgundiæ* partem acquisivit, cui reliquam filius ejus secundo genitus ducta in matrimonium *Gisleberti Ducis Burg.* filia & hærede adjecit. *Sanmarth.*

HUGO-

HUGONEM CAPETUM ad regium fastigium per æmulationem avi ac propatrui sui audaciter grassantem, strenuè adjuvit fortuna: ea quippe postremorum è Carolingis Regum animis vecordiam illam ac ignaviam, quæ maximum ad vasta ipsius de invadendo regno consilia concipienda atque exequenda momentum attulit, immisisse dici potest, secundum vetus verbum: *fortuna quos perdere decrevit, stultos facit.* Porrò cùm verendum esset, ne, si *Ludovicus Ignavus* diu inter mortales versaretur, *Hugonem* ambitio, postquam semel animum ejus invasit, ad rapiendum per latrocinium regnum impelleret, atque adeò æternam nomini suo notam inureret, famæ quoque illius consultum voluisse fortuna videtur, dum Regem *Ludovicum* festinata morte rebus humanis exemit, & meliorem, qua cupitis potiretur, viam illi aperuit. Denique cùm supereset è *Carolingica* stirpe *Carolus Dux Lotharingiæ*, ad quem regnum jure pertinebat, ordinaverant fata, ut isti ob acceptatam ab Imp. Germanorum Ottone investituram Lotharingiæ, contemptus atque odium apud Gallos conflaretur; unde nulla ejus ratione habita ad *Hugonem* auctoritate præpollentem & ingenium in promptu habentem proceres prolapsi *Regem* eum salutarunt. Conatus quidem est Carolus D. Lotharingiæ jus suum armis vindicare, sed fatis obluctando nil nisi extimum quæri suo malo sensit. Inauguratus *Hugo* postquàm *Remis* fuit, in id incubuit, ut regnum familiæ suæ firmum ac perpetuum redderet, quare oravit proceres atque exoravit, ut filium *Robertum* successorem sibi designarent, & se vivo coronari paterentur; quod cum eodem adhuc anno factum esset, universas ditiones, quas in patrimonio suo nomerabat, nempè *Ducatum Franciæ*, *Comitatum Parisiensem* nec non *Aurelianensem*, Coronæ, propriis bonis fermè destitutæ, incorporavit. *Capeti* cognomen unde traxerit *Hugo*, variant autores: quidam inde natum putant, quod per jocum ludúmque commilitonibus suis mitram de capite dejicere solitus esset; alii ob acre judicium, quo pollebat, i. genique vim (cujus sedes in capite est) id nominis inditum illi fuisse arbitrantur. Magis ad verisimilitudinem accedere videtur sententia *Paquierii* (*Recherches de Fr. l. 7. c. 42.*) qui grandiore capite eum fuisse, indéque cognomen accepisse memorat. Præter Robertum alium adhuc filium legitimum *Hugoni Capeto* tribuunt *Reinerus* & *Henningius*, nim. *Lambertum C. Andegavensem*, qui pulsus à fratre ad Imp. Ottonem III profugerit, cujusque posteri in Italiam profecti varias ibi illustres stirpes proseverint, sed carere fide historica traditionem istam *Sanmarthani* ostenderunt.

ROBERTUM Regem ante uxores in tabula nominatas *Roselam*, Berengarii Regis Italiæ filiam, Arnoldi C. Flandriæ viduam in conjugio habuisse, sed post brevem consuetudinem frasu Prælatorum regni dimissse à quibusdam tradi, *Sanmarthani* referunt; *Mezeraus* illam *Luitgardin* appellat, & fato suo, non repudio, à *Roberto* separatam esse memorat; divortii verò, quod cum *Bertha* idem ille fecit, causa consanguinitas & Pontificis Romani indignatio allegatur. *Burgundiæ* Ducatum *Robertus* post Henrici patrui sui improles obitum ad Coronam reduxit. eúmque Ottoni Wilhelmo Comiti Burgundiæ trans Ararim, quem Henricus è conjugis suæ Gisellæ marito priore Adalberto Italiæ Rege natum hærere scripserat, militari manu eripuit. Reinardum cogn. Malum Comitem *Senonum* ob injurias Archiepiscopo provinciæ illius illatas Comitatu suo multavit, eúmque patrimonio regio addixit. *Mezer.*

HENRICO I initia regni dura & turbida reddidit mater, arrogantis & præfracti animi mulier: ea enim *Robertum*, quem inter filios suos eximiè diligebat, ad regnum excluso illo, qui nascendi forte potior erat, evehere cupiens, proceres aliquos adversus *Henricum* concitavit & armavit; sed stetit victoria pro meliore causa. Conjugis ejusdem verum nomen *Agnetis* fuisse (*Sanmarthani* alíique Annam vocant) *Menestrerius* è sepulchro eius, quod in templo Abbatiæ *Villiers* Ord. Cistert. repererat, exsculpsit. Huic monumento incumbit imago Reginæ, corona redimitæ, lapidi incisa, quam ambit epigraphe, cujus verba prima hæc sunt: *Hic jacet Domina Agnes uxor quondam Henrici Regis*, reliqua inscriptione per temporum injurias fracta & oblitterata. Inde verò falsitatem cum illius traditionis, quasi ista secundis nuptiis *Rudolpho de Pereane C. de Cressy* in manum convenerit, tum hujus, quod tandem in natale solum reversa, & in Russia mortua sit, palàm fieri prædictus autor colligit, quemadmodum in *Diario Eruditorum Parisiis a. 1682* evulgato *pag. 193.* legitur.

PHILIPPUM I à libidinis & a fulterii probro, quo vulgò & apud Scriptores etiam nonnullos commatis malè audit, vindicare conatus est D. *Blondellus* in *diatribe de formula regnante Christo in veterum monumentis usa*, proferens in medium argumenta haud tralatitia, è quibus apparere censuit, *Philippum* non ex levitate animi, forma & blanditiis *Bertradæ* dementatum, aut contra canonum statuta, sed ex eorum præscripto, immò Romanæ sedis auctoritate munitum *Berthæ* priorem uxorem utpote consanguineam suam & consobrini privignam a. 1085. repudiò libello repulisse, neque eam deinceps ad Regiam reversam, atque à Philippo pœnitentia tacto (ceu à plerisque traditum fuit) revocatam, sed in castro Monasteriolensi supra mare sito a. 1093. mortuam esse. Porrò *Bertha* dimissa non statim ad *Bertradæ* nuptias prolapsum Regem fuisse ait, sed primò *Emmam*, Rogerii Siciliæ Comitis filiam, ambisse, quæ licet à Rogerio ipsi condicta, postquam fraude Raimundi C. S. Ægydii soroni sui Roberto III Arvernorum Comiti in manum convenisset, tunc demum & quidem eodem anno 1093, quo *Bertham* decessisse dictum est, *Bertradam*, quæ ex Simone de Montfort nata, & Fulconi Richino C. Andegavensi per triennium nupta, hunc justo, ab ipsius fastidio (quo priores uxores exturbavit) & Gaufridi privigni odio, metu reliquerat, ductam ab illo esse, nec pellicem, sed uxorem reginámque

FAMILIÆ R

LINEA PRIMO

PHILIPPUS II AUGUSTUS REX GA
coron. 1 Nov. 1179. † 14 Jul. 1223. *1. Isabella*
Waldemari R. Dan. f. 1193. repud. c. a. † 1236. 3.

1. LUDOVICUS VIII REX n. 5 Sept. 1187. coron. 10 Aug. 1223. † 7 Nov. 1226. *Blanca, Alphonsi IX R. Castil. f. 1200. † 30 Nov. 1253. al. 26. Nov. 1252.*

3. Philippus C. de Bologne C
Aumale & Dammartin po
Reginaldi C. de Dammartin f

Philippus n. 9 Sept. 1209 † 1218. sponsus *Agnetù de Donzy, Hervæi C. Nivernii f. & her.*

LUDOVICUS IX SANCTUS REX, n. 25 Apr. 1215. inaug. 1 Decemb. 1226. † 25 Aug. 1270. *Margarita Reimundi Berengarii C. Provinciæ f. 1224. † 20. Decembr. 1285.*

Robertus COMES ARTESIÆ. Vid. Tab. IV. A.

Philippus † inf.

Isabella, n. 2. Mart. 1241. nup. Theobaldo II R. Navarræ 1258. † 17. Apr. 1275.

Ludovicus n. 24 Febr. 1243. † 1259. sponsus *Berengariæ Alphonsi X. R. Castil. f.*

PHILIPPUS III. AUDAX REX, n. 30 Apr. 1245 inaug. 15 Aug. 1271. † 6 Oct. 1285. *1. Isabella, Jacobi I R. Arrag. f. 1262. † 1271. 2. Maria, Henrici III. D. Brab. f. 1272. † 10 Jan. 1321.*

Johannes cogn. Tristan. COMES DE NEVERS & VALOIS d. 1250. † 3. Aug. 1270. ∞ l. *Jolanda, Eudonis de Burg. C. Nivern. f. 1265.*

1. Ludovicus † 1277.

1. PHILIPPUS IV PULCHER REX. n. 1268. inaug. 6 Jan. 1286. † 29 Nov. 1314. *Johanna Henrici I. R. Navarræ. C. Campaniæ f. & her. 16 Aug. 1284. † 2. Aug. 1304.*

1. Carolus COMES DE VALOIS. Vid. Tab. XI.

LUDOVICUS X. HUTINUS REX GALL. & NAVARRE n. 3 Oct. 1289. inaug. 3 Aug. 1315. † 5 Jun. 1316 *1. Margarita Roberti II. D. Burgund. f. 21. Sept. 1305 repud. † 1313. 2. Clementia Caroli Martelli R. Ungar. f. 1315. † 1328.*

PHILIPPUS V LONGUS REX GALL. & NAVAR. n. 1292. inaug. 9 Jan. 1317. † 3 Jan. 1322. *Johanna Othelini C. Burgund. & Mathildis C. Artes. f. & her. 1306.*

CAROLUS IV PULCHER REX GALL. & NAV. n. 1293. inaug. 11 Febr. 1322 † 1 Febr. 1327. vel 1329 *1. Blanca Othelini C. Burg f. repud. 1321. 2. Maria Henrici VII. Imper. f. † 1314 Johanna, Ludovici d' Evreux f. 1326.*

1. Johanna hæres Regni Navarræ & Comitatuum Champagne & Brie, nup. Philippo C. d' Evreux 27. Mart. 1316. † 6 Oct. 1349.

2. JOHANNES POSTHUMUS REX n. 14 Nov. 1316. † post octiduum.

Johanna hæres Comitatuum Burgundiæ & Artesiæ, nup. Eudoni IV. Duci Burgundiæ 1316. † 1347.

Margarita nup. Ludovico C. Fland. & Nivern. † 25 Maji 1382.

Isabella
ni D
nen
de B

GIÆ TAB. II.

ENITA continuatur.

LIÆ, Ludovici VII F. n. 22 Augusti. 1166,
Balduini IV C. Hannon. f. †1180. †1189. 2. Ingeburgis
Agnes Bertholdi D. Meraniæ f. †1196. †1201.

ermont, Morraing, *uxorem Mathildem* †1233.

3. *Maria nup.* 1 Philippo de Hainauc C. Namur. 126. 2 Henrico IV. D. Brabant. 1213. † 1238.

Petrus *nothus, Episc. Noviomag. Veromanduorum.* †9 Oct. 1249.

Alphonsus C. de Poitou †12 Aug. 1271. *nup. Johanna Reimundi V. C. Tolosæ f. † 8 Sept. 1271.*

Carolus COMES D'ANIOU. Vid. Tab. V.

Johannes † juv. sponsus *Jolandæ Petri D. Britanniæ f.*

Stephanus † inf.

Isabella n. 1220. † in monast. Longchamp. 23. Febr. 1269.

Johanna nup. Scævolæ de Chastillon, Dn. de Montjay. †. ∫. l. 1251.

nta, n. 1252. nup. Ferdinando Pr. Castiliæ 1269. †17 Jun. 1320.

Petrus C. d'ALENÇON & CHARTRES † 1283, æt. *Johanna de Chastillon, Johannis C. de Blois f. 1263.* †1292.

Robertus COMES DE CLERMONT & Dn. DE BOURBON. Vid. Tab. XVI,

Margarita nup. Johanni I. D. Brabant. 1269.

Agnes ux. Roberti II D. Burgund. 1272. †1327.

Robertus juv.

2. Ludovicus COMES D'EVREVX. Vid. Tab. seq. III.

2. *Margarita nup.* Eduardo I. R. Angl. 1300.

2. *Blanca desponſ.* 1. Johanni C. de Namur. 2. Johanni d'Avesnes C. d'Ostrevant, nupta Rudolpho D. Austriæ 1300. †1305.

Robertus † juv. sponsus *Constantiæ Friderici III. R. Siciliæ f.*

Margarita desponſ. Ferdinando IV. R. Castil. 1294. *sed nunquam nupta.*

Isabella, nup. Eduardo II. R. Angliæ 1309. †. 1357.

Blanca † in juv.

1. Guidoino Vien- 1. Johanni B. ougney.

Blanca monialis. †26 *Apr. 1358.*

Ludovicus n. & † 1317.

2. Ludovicus † statim à baptismo.

3. Anonymus.

3. *Maria † juv.* 1342.

3. *Blanca nup.* Philippo D. Aurelian.

haberi voluisse. Præterea quamvis *Philippus* obstrictum cum *Bertrada* coniugium duplici excommunicationis fulmine, primò ab Hugone Lugdunensium Archiepiscopo, Pontificis Legato in concilio Augustoduni a. 1094 habito, postea autem anno sequenti ab ipsomet Pontifice Urbano II percussus fuerit, à Paschali tamen Urbani successore a. 1102 iterum absolutum esse, & usque ad extremum vitæ articulum cum *Bertrada* convixisse, filiósque ex ea suscepitos ad spem regni, si quid *Ludovico* è *Bertha* genito humanitus contigisset educasse refert. Inprimis autem id in diatribe illa *Blondellus* agit, ut vanitatem illorum, qui tempore interdicti monumenta & acta publica præterito Regis Philippi nomine, formula *Regnante Christo* consignata fuisse prodiderunt, detegat ac refellat. Cæterùm auxit *Philippus* I patrimonium Coronæ *Comitatu Bituricensi*, quem à Comite *Herpino* emit.

LUDOVICUM CRASSUM quoad regnavit turbida procerum suorum ingenia exercuere, cúmque eandem illa utcunque in ordinem redegisset, extremo vitæ suæ tempore cum Clericis collisus, atque à Præsulibus *Parisiorum* ac *Senonum* excommunicatus est, quod tamen Papa Honorius rarùm non habuit. Vivente patre suo desponsata ei fuerat *Luciana*, Guidonis C. de Rochefort filia; sed hoc matrimonium peractum non est. *Adelaïs* autem Sabauda post Regis mariti sui obitum *Matthæo I Dn. Montmorancii* nupsit, posteáque Abbatiam in *Monte Martyrii* haud procul Parisiis diffito condidit, ibique a. 1154. supremum diem explevit. *Mezer. Sanmarth.*

PHILIPPUS, *Ludovici Crassi* F. in *Regem* jam inauguratus, cùm in Parisino suburbio equitaret, porcus præterea rum ium turba conterritus, in equum ejus incidit, impíi itúsque cruribus prostravit quod upedem, Princeps equi mole obtritus, haud multò post obiit. *Busser. Mezer. Sanmarth.*

LUDOVICO JUNIORI regnóque ejus bis à Pontifice Romano sacris interdictum fuit, primò quod ille *Petro de la Chatre* pio ac erudito viro in Archiepiscopum Bituric. electo adversatus esset, postea ob crudelitatem ab ipsius militibus in Campania, cujus Comes Theobaldus Petri fautor erat, commissam. Atque hanc quidem tantum abest ut Rex probaverit, ut potius quo illam lueret, votum pro religione seculi sui de suscipienda adversus infideles expeditione nuncupaverit, idque persolverit. Reversus in regnum re non ex sententia in Oriente gesta, cum conjuge sua *Eleonora*, quæ comes itineris fuerat, levitatis convicta divortium fecit; illa verò cùm mox *Henrico D. Normanniæ*, postea *Regi Angliæ* nupsisset, & amplarum jam tum ditionum in Gallia dominum, *Aquitaniæ* etiam ac *Pictonibus* auxisset, hostem Galliæ regibus terribilem & tantùm non exitiabilem armavit. *Mezer. Busser.*

PHILIPPUS, *Ludovici Crassi* filius natu minor antequam Ecclesiasticum *Archidiaconi Parisiensis* munus susciperet, in conjugio habuit filiam *Theobaldi C. Campaniæ*, à qua ob consanguinitatem separari se à *Samsone* Remorum Archiepiscopo passus est. Cùm postea in *Episcopum Parisiorum* electus esset, ea modestia fuisse prædicatur, ut tiaram *Petro Lombardo* Theologiæ Scholasticæ Architecto cederet. *Sanmarth.*

AD TAB. II.



Quas pro *Philippo* I vindicias scripsisse *Blondellus* paulò ante dictus est, eas eadem diatribe etiam pro PHILIPPO AUGUSTO de'lit, & demonstrare fatetur, justam secundum Canones, utpotè à vera non obtentui sumpta consanguinitate petitam causam habuisse *Philippum Augustum* ab *Ingeburgi* uxore sua fœcunda diverten di, Episcopósque divortium probandi; hinc *Agnetem* quam tertiis nuptiis sibi junxit, immeritò adulteram vocari, quippe quæ soluto per censuram Ecclesiasticam matrimonio illo solemni more ducta fuerit; neque etiam post relaxatam a. 1200 interdicti sententiam, quam Papa à Canuto Daniæ Rege *Ingeburgis* fratre instigatus adversus *Philippum* Regnúmque Galliæ promulgaverat, *Agnetem* non in perpetuum, sed ad tempus à se Regem separasse, *Ingeburgim* autem pro legitima conjuge nunquam amplius habuisse, aut toro reddidisse, sed ad qualemcunque gratiam recepisse. Coronæ Gallicæ patrimonium & potentiam primus insigniter auxisse idem hic *Philippus*, atque adeò *Augusti* cognomen impleviss prædicatur, námque *Johanne sine terra* Angliæ tyranno victo, *Normannos, Britones, Andegavos, Turones, Pictones, Arvernos, partémque Aquitaniæ* subditionem suam redegit; *Artesiam* etiam, quam Philippus Flandriæ Comes, cum ipsi soror sua Elisabethæ & Balduini C. Hannoniæ filiam desponsisset, dotem constituerat, illo mortuo, socero omnem hæreditatem Flandricam cernere cupienti, extorsit.

LUDOVICUS VIII antequam patri in regno Galliæ succederet, ab Anglis in Regem adversus Johannem sine terra, quem crudelitas sua invisum & infamem reddiderat, electus, & Londini m. Majo a. 1216 solemni ritu coronatus fuit. Cum verò haud ita multò post mutassent animum Angli, studiisque suis ad Henricum, Johannis filium inclinarent, *Ludovicus* perærsus levitatis gnes istius in Galliam rediit. Sed nec avito regno diu præfuit, utpote fatorum malignitate præmaturè raptus; in eo tamen post obitum felix, quod cum multa & fortunata sobole uxorem viduam post se reliquit, probitate & prudentia omnes sui sexus supergressam: ea enim donec ad legitimam ætatem pervenit *Ludovicus* regni hæres, tutela ejus nec non administratione regni summa

ſumma laude defuncta eſt, adverſariorúmque ſuorum occultas & apertas machinationes virili animo aut eluſit aut evertit, de qua re egregiè ut omnia ſcripſit *Antonius de Varillas in hiſt. de la Minorité du Roy Louis IX.*

LUDOVICI IX expeditiones ſacræ, quibus, nec non probitate morum ſuorum, promeruit, ut divinis poſt fata honoribus honoraretur, notiſſimæ ſunt; ſuſceptæ autem fuere majore animo quàm fortuna; prior enim ei *libertate*, altera *vita* conſtitit; illam Saraceni ad *Damietam*, ſed accepto lytro reddidam, hanc contagium ad *Tunetum* ipſi eripuit. Conjugium ejusdem cum filia natu maxima Comitis Provinciæ inter præcipua prudentiæ politicæ ſpecimina, à Regina matre, dum Regis impuberis tutelam gerebat, edita, *Varillaſius* numerat, idque magnum ad debellandum Comitem Toloſanum, Albigenſium patronum, momentum illi attuliſſeat; eò quod Provinciæ Comes à ferenda Toloſano, cui conſanguinitate junctus erat, ope affinitate iſta detinebatur. Ad hanc verò conſequendam arte uſa eſt cordata mulier: nimirum cum Provinciæ Comes ſequioris tantum ſexus prolem haberet, ne in mentem ipſi veniret ſuſpicari, non tam filiam ejus, quam ditionem, cujus hæreditas illam tanquam primogenitam manebat, apperi, ultrò legem hanc Regi filio ſuo Regina parens impoſuit, ut is uxorio nomine ſucceſſioni in Comitatum Provinciæ renunciaret, ſoceroque poteſtatem faceret, quamcunque è cæteris filiabus ſuis vellet, hæredem inſtituendi. Hanc conditionem ambabus ille manibus arripuit, móxque filiam ſuam natu minimam *Beatricem*, quam eximio amore complectebatur, hæredem ſcripſit; agnati verò Toloſani calamitatem compreſſis, ut ajunt, manibus aſpexit. Nihilo tamen minus in Regiam tandem familiam transiit *Provincia*, cum *Beatrix* mortuo patre, *Carolo C. Andino*, Regis ſororii ſui fratri, ceu poſtea dicetur, nupſiſſet. *Toloſanus* autem *Comitatus* duplici jure & belli & hæreditatis ad patrimonium Regium devenit; victo enim & ad deditionem adacto Comiti ea lege ditiones ſuæ reſtitutæ fuere, ut ille filiam quam habebat unicam *Johannam*, *Alphonſo* Regis fratri natu minori nuptui locaret, & ſi *Alphonſum* & *Johannem* ſine liberis decedere contingeret, tum illæ, *Comitatus* nempe *Toloſanus* & *Pictavienſis* ad Regem devolverentur, quemadmodum etiam factum eſt. Aucta præterea eſt Corona Francica, regnante *Ludovico* IX Comitatu *Beaumont ſur Oiſe* per ceſſionem Comitis *Theobaldi*; Comitatu *Maſcon* per venditionem factam à *Johanne de Dreux*; Comitatu *Clermont* poſt mortem *Philippi* Regis patrui, denique Dominiis *Beaumont le Roger & Briſne*, quæ *Rudolphus de Meulant* in Regem tranſtulit. *Sanmarth. Neſler.*

Poſt JOHANNÆ *Philippi C. Bolon.* filiæ improlis obitum graves circa hæreditatem ejus contentiones ortæ ſunt, ita tandem compoſitæ, ut *Ludovico Sancto* Regi, defunctæ patrueli, Comitatus *Clermontanus* accederet; *Matthæus Dn. de Trie* Comitarum *Dammartin* obtineret, Dominium *Fiennenſe* ad *Wilhelmum*, *Balduinum* & *Michaelem de Fiennes* rediret, *Bolonienſem* denique Comitatum *Comites Arverniæ* ſibi vindicarent. *Sanmarth.*

PHILIPPUS III. erat natura miti & prona ad hauriendos pietatis ſenſus; ideò patris ſtudia æmulatus, abſtinentiam, caſtimoniam & aſperitatem in corpus exercuit; ſed virtutibus regiis multum impar, *Broſſio* obnoxius, & indole ad alienum ductum mollíore. AUDAX appellatus eſt ſeu *Confidens*; nullo quod ſcribatur peculiari facinore, crediderim quod in ea naturæ mollitudine intrepide in belli pericula ſeſe objiceret. *Buſſier.*

JOHANNI cognomentum TRISTANI ex nativitate ortum eſt, quippe quæ Damietæ contigit, illa tempeſtate, qua parens ejus captivus *triſtem* inter Barbaros vitam agebat; *Comitatus Valeſius* apanagium ejusdem erat, *Nivernenſis* verò acceſſitab uxore, quæ poſt *Johannis* in obſidione Tunetana obitum, *Roberto C. Flandriæ* nupſit. *Sanmarth.*

PETRUS apanagii loco accepit Comitatum *Alenzonium* & *Perticenſem*, porrò cum uxore ſua dotis loco Comitatum *Carnutenſem*, denique ex hæreditate ſoceri *Bleſenſem*. Hic poſtquam *Petrus* ejusque conjux improles obiere, ad familiam *Caſtillionæam* relapſus eſt; *Carnutenſem* Rex *Philippus Pulcher* emptionis titulo acquiſivit, reliqui cum regio patrimonio connexi iterum ſunt. *Sanmarth.*

LUDOVICUM *Philippi Audacis* filium primogenitum veneno ſuſtulit *Petrus dela Broſſe*, quem patris ſui cibirurgum *Philippus* cubiculo ſuo præfecerat, adeóque in ſinu geſſerat, ut tantùm non à nutu ejus penderet: hoc flagitium hominis cum vereretur, ne *Maria*, uxor Regis ſecunda, animum mariti occuparet, favoríque ſuo detrimento eſſet, illam primò clam apud Regem odii atque invidiæ adverſus privignum in ſpem regni adoleſcentem inſimulavit, poſtea toxico ipſi propinato parricidii eam egit. Regíque id ſceleſtis artibus adhibitis perſuaſit. Verum patefacta tandem Reginæ innocentia, fator ille farinórque ſcelerum in patibulum raptus commeritas pœnas dedit. *Buſſier.*

PHILIPPUS PULCHER primus *Navarræ* Regnum cum Gallico cunjunxit, quod *Johannæ* uxor ipſi unà cum Comitatu *Campaniæ* & agro *Brigenſi* attulit: illud quidem mox à corona Gallica eadem via matrimoniali iterum disjunctum fuit, Campaniam verò & Brigenſem agrum *Philippus VI* per tranſactionem cum *Philippo* III & *Johanna* Regibus Navarræ a. 1335 initam, Coronæ in perpetuum aſſeruit. Grave de cætero bellum *Philippus Pulcher* cum Flandris geſſit, ancipiti fortunæ uſus & poſt victoriam *Furnenſem*, immani viciſſim clade ad *Cortracum* affectus. Cum Pontifice etiam Romano Bonifacio VIII in acerrimam incidit contentionem, eique mandare ſibi atque imperare auſo vulgatum illud reſcripſit: *Sciat tua magna fatuitas nos in temporalibus nemini ſubeſſe*; quam contumeliam ille mox fulmine excommunicationis in Regem vibrato ultus eſt. Mortuo Bonifacio novi Pontificis electio novas turbas dedit, anſamque tandem præbuit ingenti in Eccleſia Romana, ſchiſmati & translationi ſedis pontificiæ in Galliam; ea verò in ipſo principio funeſta penè

FAMILIÆ RE

LINEA EBROI

LUDOVICUS DE FRANCIA, Philippi
d' Eſtampes, de Baumont le Roger. † 19
Dn. de Couches f. 1300. † 23 Apr. 1311.

Philippus C. d' Evreux, & per uxorem *Johannam, Ludovici X. R. Gall. & Nav. fil.* REX NAVARRÆ. †26. Sept. 1343.

Carolus COMES D' ESTA
† 24 Auguſt. 1336. *Mari*
Biſcaia, Ferdinandi Pr. Hi
1335.

Carolus II Malus REX NAVARRÆ, n. 1332. † 1 Jan. 1386. *Johanna Johannis R. Galliæ f. 1353.*

Philippus C. de Longueville, † 1364. *ux. Jolanda de Flandria, Henrici IV. C. de Bar. vid. 1352.*

Ludovicus C. de Beaumont le Roger, DUX DE DURAS. † 1372. *Johanna de Sicilia, Caroli D. de Duras f. 1370.*

Johanna, monialis, † 4 Jul. 1387.

Blanca, nup. po VI 1349. † 1398.

Carolus III REX NAVARRÆ n. 1361. †. 8 Septembr. 1425. *Eleonora Henrici II R. Caſtil. f.* 1379. † 5 Mart. 1416.

Philippus † *inf.*

Petrus Comes de Morraing n. 1366. † 29 Jul. 1412. *ux. Catharina, Petri II. C. Alenſonii f.*

Maria, ſo Ag Den

Carolus Princeps Navarræ, n. 15 Aug. *1397.* †*1402.*

Johanna nup. Johanni C. de Foix † ſterilis 1420.

Ludovicus n. 1402. †ſexto menſe.

Maria. †*juv.*

Margarita †*juv.*

Blanca Hæres Regni Navarræ, nupta
1. Martino R. Siciliæ 1401
2. Johanni Arragonio Duci d
Pegnafiel, Ferdinandi Regis Ar
ragon. fil. ſecundog. 1420. † 1
Apr. 1441.

Ludovicus de Beaum. III C. de Lerin, Comeſt. Nav. † 1530. *Brianda Manrique, Petri D. Nageræ f.*

Ferdina

Ludovicus de Beaum. IV C. de Lerin, Comeſt. Navarræ † 1565. *Ducis Cordua, f.*

Brianda hæres Comitatus de Lerin, nup. Didaco de Toledo D. Alvæ.

Franciſca.

EGIÆ TAB. III.

...gua
CENSIS continetur.

... Audacis Regis F. COMES D' EVREUX,
...9. Maji 1319. *Margarita Artesia, Philippi*

...MPES. ...a C. de ...ssan. f.	*Johanna, nup.* Carolo IV Pulchro R. Galliæ 1326. † 1370.	*Maria, nup.* Johanni III. D. Brabant. 1313. †30 Octobr. 1325.	*Margarita nup.* Wilhelmo X. C. Arverniæ & Bolon. 1325.

...Philip- ...Gall. ...† Oct.	*Maria, ux.* Petri IV Reg. Arragon. 1338.	*Agnes nup.* Gastoni Phœbo C. de Foix. 5 Jul. 1349.	*Johanna nup.* Johanni II. Vicec. de Rohan. 1377. † 20. Nov. 1403.	Ludovicus C. d' Estampes. † 6 Maji 1400. *Johanna Rudolphi C. d' Eu f. Scævole de Brienne D. Athenarum vid.* 1357. † 1389.		Johannes.

...nup. Alphon- ...ragonio C. ...	*Johanna, nup.* 1. Johanni C. de Montfort, D. Britanniæ 1386. 2. Henrico IV. R. Angliæ.	*Bona † ante patrem.*	*Blanca, † æt.* 13.	Carolus *nothus* † 1432. *Anna de Courton. Dn. de Guiçun.*	

...p. ...i ...ch	*Beatrix, ux.* Jacobi Borboni, C. de la Marche.	*Isabella, nup.* Johanni C. d' Armagnac.	Carolus de Beaumont † ante patrem.	Ludovicus de Beaumont I Comes de Lerin & primus Navarræ Comestabilis † 1462. *Johanna de Navarra, Caroli III. Regis fil. natur.*	Johannes de Beaumont. Eq. Ord. Hier.	*Catharina, nup.* Johanni Yxar.

Ludovicus de Beaumont II. Comes de Lerin M. de Huescar, Comest. Nav. † 1508. *Leonora de Arragonia, Johannis II Regis fil. natur.* 1468. — Philippus de Beaumont.

...dus de Beaum.	Petrus de Beaum.	*Catharina nup.* Jacobo Infanti Navarræ.	*Anna ux.* Johannis Mendozæ.	

...ian. *Aldonça*

Maria.

Regi fuit ob grave vitæ periculum, in quod casus adversus, qui in coronatione Clementis V *Lugduni* contigit, & de quo plura narrandi inferius occasio dabitur, illum induxit. Ejusdem denique instinctu Templarii extirpati fuisse, Guido verò Comes de Lusignan, la Marche & Angoulême, hos Comitatus suos coronæ donasse memorantur.

LUDOVICUS X HUTINI cognomen habuit, quod lingua veteri Gallica *tumultum* sonat & seditionem; quia nempè à patre ad tumultus premendos erat designatus, vel quia puer inter æquales ad pugnas & bella aptus videretur. Vitam citò, secundo scilicet regni sui anno amisit, accepto veneno tam vehementi, ut paucissimis horis animam egerit, nec unquam parricidii auctor compertus est, ceu *Bussierus* tradit. De calamitatibus domesticis, quibus idem *Ludovicus* nec non ipsius fratres PHILIPPUS LONGUS & CAROLUS PULCHER laborarunt, ejusdem auctoris verba referre placet: *Tribus filiis Philippus Pulcher uxores dederat; Ludovico Margaritam Burgundiæ Ducis fil. Philippo Johannam Othelini Burgund. Comitis fil. ac Carolo Blancam Johannæ sororem. Earum duæ, licet maritos formosissimos nactæ, incendente libidine patiebantur adulteros,* (Philippum scilicet & Gualterium de Launoy fratres è nobilitate Normannica ortos, ceu *Mezeræus* memoriæ prodidit) *adeò procaciter abusæ licentia, ut maritis flagitium innotuerit: Johanna etiam in suspicionem vocata. Habita quæstione hæc innocens, Margarita & Blanca fontes dicta & carceri perpetuo mancipatæ; adulteris mors per acerbos cruciatus illata.* Sed *Margaritam*, cùm altera Ludovici conjux ad regni fines accederet, linteis in carcere suffocatam fuisse idem auctor tradit, quam tamen *Saumarthani* biennio ante naturæ concessisse perhibent. *Blanca* autem velum in monasterio *Maubuisson* sumsit. Atque cum illa fratrum triga defecit stirps Regum Capetingorum primogenita, regnúmque ad lineam collateralem, *Valesiam* scilicet, translatum fuit. Ad quam priusquam accedamus, reliquos ramos, qui è primogenito propullularunt, sed dudum exaruere, perlustrare juvat.

AD TAB. III.

COmites *Ebroicenses* è Regia Gallorum stirpe orti scutum liliatum *fascia diagonali, ex argento & minio tessellata* distingere consueverunt, addito posteà clypeo *Navarrensi*, qui *rubeus carbunculum* quem vocant, *linearem, clausum* & *sparulis distinctum aureum* continet.

LUDOVICO paterna dispositio assignavit Comitatum *Bellomontanum* ad *Oesiam*; *Philippi Pulchri* verò fratris sui liberalitas addidit XV mille libras annuas capiendas è Comitatibus *Evreux, Beaumont le Roger, Meulan, Estampes* & *Gien*; quo ipso tempore in *Comitatum* pagus *Ebroicensis* evectus fuit. *Ludovicus Hutinus* denique castrum & districtum *Negropelissanum* ei adjecit.

PHILIPPO *Com. Ebroicensi* uxor *Johanna* regnum *Navarræ* attulit: ea quippe post obitum Regis *Caroli Pulchri* patrui sui, à quo ut & fratre ejus *Philippo Longo* exclusa è regno illo fuerat, trium Navarræ Ordinum decreto, mense Majo a. 1328 *Pompelonæ* in æde Dominicanorum fratrum facto, in eam regionem accita, & paterno avitóque regno restituta est; atque m. Martio proximè consequuto, in eadem civitate magno populi concursu sibi nec non *Philippo* marito diadema regium impositum. Obiit ille *Algeziræ* in Granatensi regno, quò pietatis & religionis studio ad sacrum contra Mauros bellum profectus fuerat. *Arn. Oihenardus Not. Vasconiæ l. 2. c. 15.*

CAROLO II *Nav. Regi* adhuc impuberi *Philippus* pater uxorem quæsierat *Iohannam Britannam Penthevri & Goëlli Comitissam*, Guidonis Britanni filiam, quia tamen virgo jam viro idonea, *Carolus* verò longè à pubertate aberat, placuit Philippo Galliæ Regi, ut à pactis hujus matrimonii, jam inter parentes utriusque partis initis, discederetur, quo facto puella in manum alterius viri *Caroli Blesensis Castillonei* convenit; adulto autem *Carolo* tradita est in conjugium *Iohannæ*, Johannis Gallorum Regis filia. Habuit verò ille pellicem *Catharinam Licaraguam* nobilem fœminam è qua natus ei est filius naturalis *Leonellus* auctor clarissimæ stirpis *Marescallorum* qui *Navarrorum* cognomentum habuere, cujus stirpis surculos viriles adhuc superfuisse fua ætate in domo *Philippi Navarri* viri illustris; muliebrem verò progeniem latos in *Ablitensem, Lacarranam Mauleonensem, Speletanam* & *Arellaniam* familias traduces misisse *Oihenardus loco citato* memorat. *Iohannæ* quoque *Caroli* Regis *filiæ naturali* in ipsius testamento mentionem extare, idem autor tradit, nuptámque fuisse alicui viro anno 1400 *Iohanni* scilicet *Bearnio* Lordæ arcis in Bigerronum Comitatu præfecto, è quo conjugio genita fuerit filia *Blanca* quæ *Vice Comiti Cardonæ* nupsit. MALI cæteroquin cognomentum Carolo Regi improbitas sua peperit mitiore pro tot flagitiis, quibus contaminatus erat, appellatione, ceu *Bussierus* censet: fuit enim, ceu memoriæ proditum est, turbulentissimo ingenio, civilium in Gallia bellorum fax & tuba, perjurus, sicarius homóque impurissimus. Dignum autem moribus suis turpique vita exitum habuit: namque contracto continuis libidinibus morbo, & dissipato nativo calore cum huic resuscitando medici præscripsissent, ut linteo aqua vitali macerato involveretur, & ita involuto atque intra culeum insuto cubicularius ut filum abrumperet, forficis defectu, candelam ei admovisset, repente flamma decurso filo culeum invasit, & reperto

reperto ob aquam vitalem fomite, momento universum incendit; ita ut Rex benè ustus & assatus post septem dierum acerbissimos cruciatus, animam tandem evomeret. *Bussier.*

LUDOVICUS à fratre *Carolo* Rege Comitatum *Bellimontis Rogerii* in Normannia, atque insuper *Anethi* ditionem seu Castellaniam, pro rata portione hæreditatis parentum Philippique fratris a. 1365 mense Junio accepit, eoque *Comitis Bellimontis* assumpto titulo, *Bellomontiorum* nomen in *Navarram* transtulit: post conjugium cum *Johanna Dyrrachii Principe* priori titulo *Ducis* axioma adjunxit, quod solo biennii spatio sustinuit, obiit enim a. 1372 sepultus *Neapoli* in æde Carthusianorum fratrum. Aliquot ante annos, dum Navarris pro Rege fratre cum summo imperio præesset, è nobili puella *Maria Lissarassua* duos procreaverat liberos, filiam scilicet *Iohannam* quæ *Petro Lassagano* nobili Vascitano nupsit, & filium *Carolum*, qui *Comestabiles Navarræ* profecit, quorum stirps extincta per fœminas in familiam *Ducum Albanorum* traducta est, ceu è tabula apparet. *Oihenardus.*

CAROLUS III à paternis vitiis longissimè remotus, & probus, pacificusque prudens fuisse prædicatur. Cessit *Carolo* VI Galliæ Regi omne jus suum, quod in Comitatus ac Dynastias *Champagne, Brie, Evreux, Beaumont le Roger* & quædam Normanniæ loca ipsi competebat, per transactionem a. 1404 initam, vicissimque ab illo accepit assignationem XII mille librarum super Dominiis *Beaufort* in Campania, *Solaines, Nogent, Nemours* aliisque adsitis, quæ Rex Galliæ conjunctim in *Ducatum* erexit, quem *Nemorensem* vocari voluit. Extra matrimonium procreavit Navarrus *Lancelotum de Navarra* Episcopum Pompejopolitanum a. 1420. mortuum, *Godofredum*, qui *Comes Carteſii & Navarræ Mareſcallus* extitit, & *Iohannam* quæ primò *Inico d'Ortis d'Eſtuniga*, postea *Ludovico de Beaumont C. de Lerin* nupsit. *Sanmarth. Oihenard.*

PETRUS Comitatu *Moretonii* à Rege fratre donatus nullis exuxore *Catharina Alenſonia* liberis susceptis lethali morbo occubuit ad *Sacrum Cæſarem* Biturigum oppidum, vulgò *Sancterre*, & Lutetiam deportatus in templo Carthusianorum fratrum, quorum studiosissimus fuerat, humatus est. *Oihenard.*

BLANCAM *Martino Siciliæ Rege*, cui unicum eundemque brevis ævi filium peperit, mortuo, antequam *Johannis Arragonii* matrimonium iniret, secundas in Gallia cum *Ludovico Bavariæ Duce* nuptias fecisse, autor est *Monſtreletus* illius ævi scriptor Gallus *volum. 1. cap. 57 & 58. ſuæ hiſtoriæ*, inde tamen non ita multo post in *Navarram* adductam fuisse, *Johanni Arragonio* collocandam; hunc quidem gnati unici ac filiarum duarum parentem fecit. Ille, cui nomen erat *Carolo*, Princeps fuit doctissimus, historiámque Regum Navarræ literis mandavit; sed cum novercæ odiis premeretur hujusque instinctu pater ei regnum Navarræ, maternam nempe hæreditatem, detineret, arma à Navarrenis & Catalanis adjutus capiens, victus prælio in patris poteſtatem pervenit, receptatandem libertate *Barcelonæ* anno ætatis quadragesimo, qui seculi quinti & decimi, sexagesimus & primus fuit, ἔτη μὲν vita concessit. Sororum ejus major natu *Blanca* Henrico IV Regi Castiliæ nupsit, sed auctoritate Ecclesiastica ab eo separata *Lascuri* in Benearnia a. 1464 diem obiit. Altera *Leonora* Gastoni IV C. de Foix & Bigorre in manum convenit, qua via Navarræ Regnum ad *Fuxios* devolutum est. (*Oihenard. Sanmarth.*) Occasione verò dissidii illius inter Regem Johannem ejúsque filium Carolum *Bellomontanorum* & *Grammontanorum* acerrimæ & capitales inimicitiæ ortæ sunt, prioribus, quorum antesignanus erat *Ludovicus II Comes de Lerin*, filii, posterioribus, quibus *Petrus Mareſcallus Navarræ* Ducem se præbuit, patris partes tuentibus. Hæ inimicitiæ, diu continuatæ & multis *Grammontanorum* occisionibus ob truculenta adversæ factionis ingenia infames, tandem regnum Navarræ, cum id à *Fuxiis* ad *Albretanos* pervenisset, laceraruntque, & *Ferdinando Regi Catholico* magnam ejus partem, quæ Hispaniæ vicina est, occupandi ansam præbuere; de qua re breviter, sed eleganter, *Varillaſius in Praxi Educ. Princ. lib. 2.* egit.

FAMILIÆ REG

Qua

LINEA ARTESIENSIS nec non

A.

ROBERTUS DE FRANCIA, Ludovici VIII Re
Mathildis, Henrici D. Brabant. & Lotharing. fil.

Robertus II C. Artesiæ, occ. 1. Jul. 1302. *1. Amicia de Courtenay Petri Dn. de Conches f.* †1275. *2. Agnes de Bourbon, Archambaldi Dn. de Bourbon f. Johannis Burgundi vid. Johannis II C. Hannon. f.* 1298. †1300.

1. Philippus de Artesia Dn. de Conches, occ. 11. Sept. 1298. *Blanca Johannis II. D. Britanniæ f.* 1280. † 19 Mart. 1327.

Robertus de Artesia III C. de Beaumont le Roger † 1343. *Johanna Caroli C. de Valois f.* 1318.

Margarita, nup. Ludovico de France C. d' Evreux 1300. † 23. April. 1311.

Johannes de Artesia Comes d' Eu, † 6. Apr. 1386. *Isabella de Melun, Johannis C. de Tancarville f. Petri C. de Dreux vid.* 1362. † 1389.

Carolus de Artesia C. de [illegible] *gonis Dn. de Bauçay f. & vid.* †1402.

Johannes de Artesia Dn. Peronæ † 1362.

Robertus de Artes. C. d Eu † 1387. *Johanna D. de Duræ f.* 1387.

Philippus de Artes. C. d' Eu, Comestabilis Galliæ † 3 Jun. 1397. *Maria, Johannis D. de Berry, f.* 1392. †1434.

Caro †.

Carolus de Artesia C. d'Eu † 25. Jul. 1472. *nx.* 1. *Johanna Philippi Dn. de Savoyse f.* 1448. †1449. 2. *Helena de Melun, Johannis Vicec. de Gand f.* 1454. †1473.

Bona, nup. 141 14[illegible]

I

HUGO MAGNUS DE FRANCIA, Henrici I lois, de Chaumont & d' Amiens per uxorem *C. Vales. & Ambian. fil. & har.* †1101.

Rudolphus I Fortis C. Veromand. †1155. *1. Eleonora, repud. 2. Alisa de Guyenne. 3. Laurentia Alsata Theodorici C. Flandriæ f. Henrici C. Namur. vid.* 1152.

Simon *Episcopus Noviomagi Veromond.* cr. 1121. † in Seleucia 10 Febr. 1142.

Matthildis, nup. [illegible] Dn. de Bauge.

Rudolphus II C. Verom. & Vales. †1158.

Elisabetha, C. Verom. nup. Philippo Alsato, C. Flandriæ † 1182.

Eleonora, C. Vales. nup. 1. Godofredo de Ha[illegible] helmo C. Nivernii. 3. Matthæo Alsato C[illegible] Matthæo II C. Bellomont. 5. Stephano [illegible]

EGIÆ TAB. IV.

VEROMANDENSIS exhibetur.

eges F. COMES ARTESIÆ, occ. m. Dec. 1249.
. 1237.

& h. 1259. *Margarita.* — *Blanca, nup.* 1 Henrico R. Navarræ, C. Campan. 1269. 2. Edmondo de Anglia C. Lancastriæ.

Robertus †juv. — *1. Mathildis Comitissa Artesiæ nup.* Othelino C. Burgundiæ 1291. †27. Oct. 1329.

Johanna, nup. Gastoni I C. de Foix * 1301. †1343. — *Maria, nup.* Johanni de Flandria C. Namuri 1313. — *Isabella Monialis* †1344.

ezenas. *Johanna, Hu-* *Godofredi de Beaum.* — *Catharina, nup.* Johanni de Ponthieu C. d'Aumale.

olus … — *Isabella* †*cal.* — *Johanna nup.* Simoni de Thouars C. de Dreux 1362. — Wilhelmus d' Eu *nothus.* — Ludovicus Arteſius †puer.

p. 1. Philippo Burgundo C. Nivernii 13. 2. Philippo Bono D. Burgundiæ 44. †1425. — *Catharina, nup.* Johanni Borbonio Dn. de Carency.

B.

I Regis F. COMES DE VERMANDOIS, de Va- *Adelheidin, Herberti C. Veromi. & Adelheidis de Creſpy*

udolpho ncy. — *N. nup.* Bonifacio M. Anconæ. — *Elisabetha, nup.* 1. Roberto de Beaumont C. de Meullent 1096. 2. Wilhelmo de Varenne C. de Surrey in Angl. — Henricus C. de Chaumont. ux. . . . .

anonia. 2. Wil- Bolonia. 4. de Sancerre. — N. *nup.* Hugoni Dn. de Gournay. — Hugo de Chaumont, Comestab. Galliæ. — Philippus de Chaumont †1175.

AD TAB. IV.

A.

ARteſiæ Comites, & qui ex illis prodiere, ſcuto Regio liliato *faſciolam quadrifidam rubeam*, ita ut in ſingulis ſegmentis *terna argentea caſtella* exprimerentur, addiderunt.

ROBERTO filio ſuo ſecundogenito *Ludovicus* VIII Rex per tabulas ſupremas aſſignavit civitates *Atrebatium*, *Fanum Audomari*, *Ariam*, *Hesdinum* & *Lenenſe* caſtrum; ex his *Comitatus Arteſienſis*, unde *Robertus* ejúsque poſteri cognomen mutuati ſunt, compoſitus fuit. Comitem ſe dedit *Robertus* Ludovico IX Regi fratri ſuo in expeditione ſacra in Palæſtinam, ſed in primo ſtatim prælio, quod cum Saracenis ad *Maſſoram* Syriæ urbem commiſſum eſt, fortiſſimum ſpiritum effudit; profligatos enim Barbaros dum Francorum primi, quorum agmen *Robertus* ducebat, ardentiore impetu proſequuti ſunt, ita ut in ipſam urbem unà cum fugientibus raperentur, circumventi ac cincti ab hoſtibus univerſi cùm ipſo *Roberto* nec non *Rudolpho C. de Coucy* Viro fortiſſimo trucidati fuerunt. Vidua Roberti *Mathildis* ſecundis poſteà nuptiis *Guidoni de Chaſtillon C. de S. Paul* in manum convenit. *Sammarthan.*

ROBERTUS II dignitate *Paris Galliæ* à Rege Philippo Pulchro a. 1297 ornatus fuiſſe legitur. Militari gloria omnes ævi ſui Principes facilè ſuperavit; ſed compluribus factis fortibus inclutum, multisque bellis pro Rege geſtis ſuperſtitem ingens illa & ignominioſa clades, qua à Flandris Galli in campis *Cortracenſibus* affecti ſunt, abſtulit & paludoſo cœno immerſit. *Buſſier. Sammarth.*

PHILIPPUS *Dn. de Conches*, materno jure, prævertit fata parentis, eodemque fato, quo ille avusque vitam amiſere, intercidit, nempe in pugna ad *Furnas* in Flandria commiſſa, multis vulneribus confoſſus. *Iid.*

Inter ROBERTUM III & MATHILDEN ejus amitam acris diſceptatio exarſit circa hæreditatem *Roberti* II, ambobus *Arteſienſem Comitatum* affectantibus; *illo*, quia *Philippum* patrem indubium, ſi ſuperſtes fuiſſet, hæredem repræſentaret, *hac*, quod propinquior patri defuncto ac nepos exiſteret, neque in *Arteſia* jus repræſentationis niſu receptum eſſet. Prævaluit *Mathildis*, utpote quæ *Othelino C. Burgundiæ* nupta filias duas ex eo ſuſceptas in Regiam domum elocaverat, eóque ipſo haud difficulter impetraverat, ut controverſia in Parium curia ventilata pro ſeſe definiretur, & Arteſiæ Comitatus *Roberto* abjudicaretur. Is ægerrimè id ferens juſſuum armis proſequi tentavit, ſed à Rege *Philippo Longo* in ordinem coactus nováque ſententia perculſus eſt, qua *Mathildi* Arteſia confirmata fuit; accepit tamen à Rege in delinimentum doloris Comitatum *Bellomontanum* in Nortmannia, quem poſteà *Philippus Valeſius* ad regnum evectus in *Pariatum* erexit: apud hunc enim tum ob affinitatem, tum ob officia ipſi præſtita plurimum gratia *Robertus* valebat, qua fretus litem de Comitatu Arteſiæ reſumſit, ſed fruſtratus ſpe ſua, eò quod Rex anteceſſorum ſuorum conſtituta reſcindere nollet, ad malas artes deflexit falſas fingendo & producendo tabulas, cúmque idcircò à Rege correptus eſſet, ſua erga ipſum merita inſolentius commemorando, & verbis aſperioribus exprobrando, iram odiumque ejus in ſe concitavit; hinc à Parlamento proſcriptus, pulſique uxor ac liberi in euſtodiam rapti ſunt. Ille primò ad Ducem Brabantiæ, poſteà in *Angliam* confugit, ubi à Rege Eduardo benignè exceptus & *Comitis Richemondiæ* titulo auctus, belli & calamitatum, quas Angli Gallis proceſſu temporum intulerunt, fax & tuba fuit. Tandem verò cum ab Eduardo in Britanniam ad ſupperias Montfortio Comiti ferendas miſſus *Venetorum* civitatem (*Vannes*) occupaſſet, Gallis eam recuperare conantibus & per murum irrumpentibus, graviter vulneratus fuit, cumque vix hoſtium manus effugiſſet, transmittendo in Angliam è plagis mortuus eſt. *Sammarth. Buſſier.*

JOHANNES à paternis conſiliis abhorrens, Regi Galliæ *Iohanni* fidem illibatam præſtitit, & calamitatis, in quam ille poſt pugnam *Pictavienſem* incidit, particeps factus eſt, quare Comitatu *Eu* in Normannia, quo fiſcus *Rudolphum de Nesle* Comeſtabilem multaverat, inveſtitus fuit. *Sammarth.*

PHILIPPO *Comiti d' Eu* ſua in Regem Carolum VI Regnumque merita *Comeſtabilii* axioma pepererunt; ſed Zelus, quo ſacra loca luſtrandi & adverſus infideles pugnandi correptus fuit, infeliciter ipſi ceſſit: cùm enim poſt expeditionem cum *Ludovico II Duce Borbonii* in Africam ſuſceptam *Hieroſolymas* tenderet, captus à Turcis & diu detentus eſt, liberatus tandem

Sigis-

Sigismundo Regi Ungariæ cum globo nobilium Gallorum auxilio adversus Turcas adfuit, in clade verò *Nicopolitana*, quam sua inimicitate Christianis accendit, iterum in Turcarum potestatem delapsus, demum *Bursæ* in vinculis spiritum posuit. *Sanmarth.*

CAROLUS *Philippi* F. fortissimam Regno Galliæ adversus Anglos operam navavit, captivitatémque, in quam in pugna *Azincurtiana* incidit, per XXIII annos toleravit; ejus gratia Comitatus *Eu* in *Pariatum* a. 1458 erectus fuit, qui *Carolo* absque liberis mortuo ad *Burgundos* devolutus est. *Sanmarth.*

B.

HUGO COMES VEROMANDUORUM magnitudine animi sui, cujus in expeditione sacra, qua *Godofredum Bullionæum* comitatus est, egregia documenta edidit, MAGNI cognomentum implevit. Vita post cladem, quam Alexii Comneni Imp. Constantinop. perfidia Christiani passi sunt, *Tarsi* in Cicilia concessit. *Sanmarth.*

RUDOLPHO I. *C. Verom.* fortitudo bellica & merita in Galliam FORTIS cognomentum & *Senescalli* munus, quod illa tempestate primas inter officia Regni tenebat, peperit. Primæ conjugis quam repudiavit, origo non satis explorata est, licet sint qui eam *Theobaldi M. Comitis Campaniæ* sororem fuisse scripserunt. *Sanmarth.*

Post RUDOLPHI II. obitum *Comitatum Veromanduorum* crevit ejus soror natu maxima ELISABETHA, quæ cum sine prole decessisset, maritus ejus pariter & ELEONORA defunctæ soror illum appetierunt, unde contentio orta, quæ tandem sopita, pactúmque fuit, ut post utriusque mortem Comitatus *Coronæ Gallicæ* uniretur, quod etiam factum. *Sanmarth.*

FAMILIÆ RE

LINEA ANDEGAVE

CAROLUS DE FRANCIA Ludovici VIII F. C
REX UTRIUSQVE SICILIÆ coron. 6. Jan.
Jan. 1285. *1. Beatrix, Raimundi Berengerii C*
Burgundia, Eudonis C. Nivernii f. † 5 Sept. 1305

Ludovicus † 1248 paulò post nativit.

Carolus II REX HIEROS. & SICIL. cor. 1289. C. AND. & PROVINCIÆ, † 6. Maji 1309.
Maria Stephani R. Ungar. f. † 25 Mart. 1323.

Philipp
1266.

C. Clarimontani.

Philippus PR. TARENTI IMP. CONSTANTINOP. TITUL. † 26 Dec. 1332. *1. Tomaæ Nicephori Despotæ Romaniæ f. 1292. 2. Catharina Caroli de Francia C. Valesii f.*

Margarita nup. Carolo de Francia C. Valesio.

Robertus REX HIER. & SICIL. cor. 1309. † 6 Jan. 1343. *1. Johannis de Petri III R. Arragf. 1297. 2. Sanctia, Jacobi R. Majoricæ f.* 1302. † 28. Jul. 1345.

Ludovicus *Monachus Ord. Fr. min. cisc.* postea *Episc. Tolos. & Apost.* † 19 Aug. 1297. canonizatus 1317.

Carolus Martellus, n. 1272. REX UNGARIÆ cor. 8 Sept. 1290. † 1301. *Clementia Rudolphi Imperatoris fil.*

1. Blanca nup. Reimundo Berengario de Arragon. C. de Prades.

1. Margarita nup. Gualterio de Brienne D. Athenarum.

1. Carolus Pr. Achaiæ per ux. *Margaritam de Sabaudia. Philippi Pr. Pedem. & Isabellæ P. Achaiæ f.* occ. in pr. Monaitin. 1315.

1 Petrus despota Romaniæ † ante patrem. *N. Jacobi III. R. Majoricæ f.*

Maria nothæ decol. 1352.

Ludovicus † 12 Aug. 1310. æt. 9.
Carolus Dux Calabriæ † 10. Nov. 1328. *1. Catharinæ Alberti I Imp. f. 1313. † 1323. 2. Maria Caroli Valesii f. 1324. † 1328.*

Beatrix nup. Johanni II Delphino C. Vienna.

Carolus Robertus REX UNGAR. coron. 1310 † 16 Jul. 1342. *1. Mariæ Casimiri D. Polon. f. † 1315. 2. Beatrix Henrici VII Imp. f. 1318. 3. Elisabetha Ladislai R. Polon. f. † 1387.*

Clementia nup. Ludovico Hutino R. Galliæ 1315. † 1328.

Maria † juv.

2. Johanna Regina Hierof. & Neap. n. 1326. nup. 1 Andreæ de Ungaria 1333. 2. Ludovico Tarentino 20 Aug. 1346. 3. Jacobo R. Majoricæ. 4. Ottoni D. Brunsuic. occ. 22. Maji 1382.

2. Carolus Martellus n. 22. Aprul. 1327. † post octid.

3. Stephanus Dux Slavoniæ, & Dalmatiæ n. † 26. Dec. 1332.

3. Andreas o. 1327, 30 Nov. REX NEAP. cor. ⊙ cum uxore *Johanna Caroli D. Calabr. f. regni hæredes 1343. occ. 18 Sept. 1345.*

3 *Ludovicus* Magnus, n. 5 Mart. 1326. cor REX UNGAR. 1342. POL. 1370. † 11 Sept. 1382. *Margarita, Caroli IV. Imper. f. † 1349. 2. Elisabetha Stephani R. Bosniæ f.*

3. Ladislaus n. 1324. † 1329.

5. Carolus n. & † 1321.

nup. 1 Carolo D. de Durás 1343. 2. *rapta* à Roberto de Baux C. Avelini, *quem postea 1345. trucidari curavit: nup.* 3. Philippo II Pr. Tarent. 1355. † 20 Maji 1366.

Rinaldus de L

3 *Catharina desponſ.* Ludovico de Francia D. Aurelian. 1374. ante nuptias.

3 *Maria* REGINA UNGARIÆ *nup.* Sigismundo M. Brand. postea Imperatori. † 1395.

3 *Hedvvigis* REGINA POLONIÆ *coron.* 15 Oct. *1384. nup.* Vladislao Jagelloni M. Duci Lithuaniæ 14 Febr. 1386. † 12 Jun. 1400.

⊙ Carolus Robertus Dux Calabriæ n. 25. Decemb. 1345. † 1348.

Johan
Scla

EGIÆ TAB. V.

Qua

ENSIS PRIOR recenſetur.

COMES D' ANJOU & DU MAINE, natus a. 1220. 1266. HIEROSOLYMITANUS Titularis 1276. † 7. C. *Provinciæ f. & har.* 1245. †. 1267. 2. *Margarita de*

us † Robertus † 1265. — *Beatrix nup.* Philippo de Courtenay Imp. Conſtantinop. — *Blanca nup.* Roberto III de Bethune C. Flandriæ.

Beatrix nup. 1. Azoni M. Eſtenſi. 2. Bertrando de Baux C. de Montescagioſo.

Maria nup. 1. Sanctio Aragonio R. Majoricæ. 2. Jacobo de Xerica ſive Aragonia.

Johannes DUX DE DURAS. † 5. Apr. 1335. *Agnes Elia C. de Perigord. f.*

Leonora nup. Friderico Aragonio R. Siciliæ.

Blanca nup. Jacobo II R. Arragon. † Oct. 1310.

Petrus C. de Gravina occ. in pr. Monteſcinenſi 31. Aug. 1315.

Triſtanus † juv.

Johannes † juv.

Raimundus Berengarius † 1307 ſponſus *Margaritæ f. Roberti*

Stephanus † in Luſit.

Robertus Pr. Moreæ, occ. in pr. Pictavienſi 1356.

Ludovicus de Duras, C. de Gravina † 1362. *Margarita de S. Severin, Roberti Cdc Carigliani f.*

Carolus Dux de Duras decoll. 23. Jan. 1347. *Maria, de Siciliâ, Caroli D. Calabriæ f.*

2. Johanna vel Irene nupt. 1. Leoni I. 2. Leoni II Regibus Armeniæ.

2. Maria † 1363 innup.

2. Margaritæ nup. 1. Eduardo R. Scotiæ. 2. Francisco de Baux D. Andriæ.

2. Philippus Pr. Tarent. † 25 Novembr. 1368. 1. *Maria de Sicilia, Caroli D. de Duras vid. 2. Eliſabetha Stephani D. Sclavon. f.*

2. Ludovicus REX NEAP. per uxorem *Johannam Andreæ de Ungariæ viduam* † 5. Jun. 1362.

2. Robertus Pr. Tarent. Imp. CONSTANTIN. † c. 10. Sept. 1364. *Mariæ Ludovici I Ducis Borbon. f.*

1. *Maria † innup.* 1355.

Agnes. Ludovicus † ante Patrem.

Carolus Parvus Dux de Duras, REX NEAPOL. cor. 1381. UNGAR. 1385. occ. 1. Januar. 1386. *Margarita de Duras Caroli patrui f. 1368.*

Margaritæ nup. Carolo Parvo R. Neap. 1368. † 6 Aug. 1412.

Clementiæ † innup Agnes, nup. 1. Cani Scaligero Pr. Veronæ 1363. 2. Jacobo de Baux. † 1387.

Johannæ nup. 1. Ludovico de Navarra C. de Beaumont le Roger. 2. Roberto de Arceſia C. d'Eu † 1387. Ludovicus n. Dec. 1343 † 14. Jan. 1344.

2. Philippus † inf.

1. Carolus † juv.

Clementia nothæ nup. Antonio de Mendoleæ. *Eſclabonda nothæ nup.* Ludovico de Capua C. de Altavilla.

Catharina † *inf. Franciſca* † *juv. m. Jun. 1348.*

D.

Eliſabetha nup. Philippo Pr. Tarentino.

Ladislaus REX NEAP. cor. 11. Maji 1390. † 6. Aug. 1414. æt. 40. 1. *Conſtantia de Clermont, Manfredi C. de Motica f. 1382. repud. 1392.* 2. *Mariæ, Iacobi I R. Cyprif. 1403.* † *1404.* 3. *Maria Johannis Dn. Anghiani f. Raimundi Urſini de Baux vid. 1405.*

Maria n. 1369. † 1371.

Johanna II REGINA NEAP. n. 1371. *nup.* 1. Wilhelmo D. Auſtriæ 1389. 2. Jacobo Borbonio C. de la Marche 1415. † 25 Mart. 1435.

Rinaldus de Duras, *nothus* Pr. Capuæ. — *Catharina nothæ.* — *Camilla nothæ.* — *Hippolyta nothæ.*

Franciſcus de Duras Pr. Capuæ.

uras Pr. Capuæ. † *circa* 1493. 1 Sept. æt. 25. *Camilla Tomacella.*

AD TAB. V.

Omites *Andini*, è primogenita Regum Capetingorum linea orti, ſcutum liliarum *lambella* ſive *faſciola quatuor ſegmentorum* diſtinxerunt, quod *Regnum* inde ab eo tempore, quo illi ad *Neapolitanum regnum* pervenere, nota hujus regni eſſe cœpit. Novam porrò ſubdiſtinctionem ſcuto illi addidere primò *Philippus Pr. Tarentinus*, inducto ei *ſcipione diagonali argenteo*, tum *Dux Dyrrachius decuſſim coccineum* imprimendo, denique *Dux Calabriæ limbum argenteum* circumdat. Io.

CAROLO, ſexto inter filios, Rex *Ludovicus* VIII in tabulis ſupremis Comitatum *Andinum* cum regione *Meduanenſi* aſſignavit; *Ludovicus* IX eidem nuptias *Beatricis*, cujus ſororem ipſe in matrimonio habebat, quamque pater hæredem inſtituerat, conciliando, auctor acquirendi *Comitatus Provinciæ* extitit. Clemens IV. Pontifex Romanus Gallici ſanguinis & gentis hujus fautor, Germanorum verò oſor, ipſum ad *regna Neapolitana & Sicula* adverſus Manfredum, Friderici II Imper. nothum, qui illa fraude invaſerat, vocavit, Romámque cum conjuge delatum coronavit. Atque in illis occupandis meliore fortuna, quàm jure, extrema etiam ergà *Conradinum* prædicti Imperatoris è filio legitimo nepotem & verum illorum regnorum hæredem, immanitate (cujus exemplum nec inter Barbaros, à quibus pari calamitati implicitus manſuetè habitus fuit, viderat) uſus eſt. Sed ultorem hujus truculentiæ habuit *Petrum Arragoniæ Regem*, quem Conradinus jurium ſuorum hæredem in ferali pegmate nuncupaverat; hic alterum ex illis regnis, *Siciliam* nempè *trans Pharum* ei eripuit, Principibúsque indigna nece ab ipſo ſublatis omnium Gallorum illic ea tempeſtate degentium ſanguine veſpera ſamoſa diei 30 Mart. a. 1282 parentavit. Jus in *Hieroſolymitanum* Regnum ſibi *Carolus* quæſivit, ex ceſſione *Mariæ Principiſſæ Antiochiæ*; hæc Fridericum, qui itidem Filius nothus Imperatoris cognominis erat, maritum habuit, & prætenſionem, quam in regnum illud ſibi habere videbatur, in eum tranſtulit. *Sanmarth.*

CAROLUS II vivo patre in pugna navali cum Arragonio in freto Siculo commiſſa victus captúsque fuit, cúmque in vindictam Conradini ultimo ſupplicio, die, quæ paſſioni Salvatoris ſacra eſſe ſolet, afficiendus eſſet, ſententia cognita, vultu ad conſtantiam compoſito diviſſe memoratur: *lato ſe animo ea die periturum, qua pro ſalute generis humani mortem obiiſſet Jeſus Chriſtus.* Permovit hæc oratio *Conſtantiam* Petri Arragonii uxorem, ut ſe & ipſi propter Chriſtum veniam, daturam reſponderet. Dimiſſus itaque, patri interea fatis functo in regno Neapolitano ſucceſſit, *Siculum* verò *Petrus* ad filios transmiſit, quos inter *Jacobus*, Alphonſo natu maximo mortuo, ut ſibi avitum Arragoniæ regnum adverſus *Carolum Valeſium*, qui ei inhiabat, firmaret, illud per pactum *Carolo Neapolitano* ceſſit, filiámque ejus in uxorem duxit; hic verò *Carolo Valeſio* itidem genero ſuo pro prætenſionibus ſuis in Arragonicum regnum *Andinum Comitatum* cum tractu *Meduanenſi* per tabulas a. 1290. d. 18. Aug. datas, tradidit. Sed Jacobi frater minor natu *Fridericus Arragonius* novas in Sicilia turbas *Carolo* dedit, & tantas, ut hic pacem ab illo nuptiis filiæ ſuæ *Eleonoræ* cum dote *Siciliæ* mercari neceſſe haberet. *Sanmarth.*

CAROLUS MARTELLUS poſt mortem *Ladislai IV. Regis Ungariæ* avunculi ſui imprólis, ſucceſſionem in regnis illis ad ſe tanquam proximum hæredem pertinere arbitratus, diadema à Cardinale Legato Papæ Nicolai IV imponi ſibi curavit, & habuit inter Proceres Ungaricos qui ipſi benè cupiebant; verum majore horum parte *Andreæ*, qui ab *Andreæ* II Regis, *Ladislai* proavi, filio natu minore *Stephano* prognatus erat, adhærente, regnum quoad vixit, occupare nequivit.

ROBERTO *regnum Neap. & Comit. Provinciæ* teſtamentum paternum attribuit, ſed controverſiam de utroque ei movit fratris filius *Carolus Rex Ungariæ*: ea magnis contentionibus coràm Papa *Clemente* V agitata fuit: is tandem pro *Roberto*, ob eximias quibus eminuit virtutes, ceu illius ævi ſcriptores prædicant, pronunciavit, eúmque *Avenione* coronavit.

PHILIPPO, cui pater *Tarentum* ſub *Principatus* axiomate aſſignavit, prætenſionem in *Imperium Byzantinum*, titulumque attulit uxor ſecunda, quæ matrem habuit *Catharinam de Courtenay*, cujus jus inferius explicabitur; filii *Philippi* eodem porrò titulo uſi, Imperio autem potiti nunquam ſunt.

CAROLUS ROBERTUS vulgò *Carobertus* dictus regnum *Ungariæ* patri negatum poſt longas inter Ungaros diſcordias tandem annitente Pontifice *Bonifacio* VIII obtinuit, & in campis *Peſthanis* Rex creatus eſt; atque in eum ſimulatæ procerum magnis Viri ſunt emendatæ virtutibus; ut nemo Regum anteferretur, pauci pares putarentur, quemadmodum *Joh. Nadanyi in Floro Ungarico l. 2. c. 25.* refert.

LUDOVICUS MAGNUS *Poloniæ* regnum cum Ungarico conjunxit, atque in illo *Caſimiro Magno* avunculo ſuo, ſuffragantibus Polonis, ſucceſſit, & à *Jaroslao* Archiepiſcopo Gneſnenſi ſolemni ritu inauguratus eſt, fuiſſe prædicatur à *Nadanyo* (*Fl. Ung. l. 3. c. 2.*) vir tam fortis, quàm benigni ingenii, in eruditos liberalis & Aſtrologiæ inprimis ſciens. Moriturus filias duas duobus regnis, aſſentientibus primoribus, præfecit.

ANDREÆ infelicitatem loquatur *epitaphium* quod in templo Cathedrali Neapolitano exſtat, & ſic ſe habet: *Andreæ Caroli Pannoniæ Regis filio, Neapolitanorum Regi, Johanna uxoris dolo & laqueo ne-*

cato,

cato, Urſi Mitutuli pietate hic recondito: ne Regis corpus inſepultum, ſepultumve facinus poſteris remaneret, Franciſcus Bernardi F. Capicius ſepulchrum, titulum, nomenque P.

Quam STEPHANUS *Dux Sclavoniæ* conjugem habuerit, ignorarur: licet enim quidam ſcriptores in uxorem è *Bavarica* domo, alii ex *Auſtriaca* Alberti II Ducis filiam tribuerint, ad liquidum tamen id perductum non eſt, cum apud auctores, qui harum familiarum hiſtoriam literis prodiderunt, nulla ejus mentio occurrat.

LUDOVICUS, *Philippi Pr. Tarentini* F. à *Johanna Neap.* regina poſt *Andream* apud *Aſellanas* quæ nunc urbs *Averſa* dicitur, ſuſpendio miſerè ſublatum, in thalami regnique conſortium vocatus, mox etiam calamitatis eius & fugæ, qua audito Ludovici R. Ungar. Andreæ fratris adventu, ſceleris conſcientia viribúsque ſuis diffiſa in Galliam ſe ſubduxit, conſors factus eſt. Data verò poſtea intercedente Pontifice Romano, *Ludovico* & *Johanna*, à Ludovico R. Ung pace, & regno, quod is occupaverat, reſtituto, Neapolin illi rediere, cumque *Ludovicus* accepto à Pontificio Legato diademate urbem ſolemni pompa ingrederetur, ex equo, quo vehebatur, fortè exterrito excuſſus eſt, coronámque in ſolum impactam comminuit, quem caſum in prodigium tractum nulla tamen memorabilis adverſitas excepit, ſupervixitque ei *Ludovicus* adhuc ultra decennium. *Sanmarthan.*

JOHANNA I tot viros paſſa hærede tamen ex ſe nato caruit, eúmque ex aliena domo arrogare neceſſe habuit: cum enim ab hoſtibus, quos ſuis ſibi moribus adſciverat, inprimis *Urbano* VI *Papa* & *Ludovico Rege Ungar.* in anguſtias redacta eſſet, ad externa præſidia converſa *Ludovicum Ducem Andinum* Caroli V Regis Galliæ fratrem adoptavit, hæredemque regni Comitatuúmque ſuorum conſtituit; quo ipſo tamen interitum ſibi magis acceleravit, quàm ſecuritati conſuluit; urgente nimirum Divina Nemeſi, & flagitiorum pœnas exigente: *Carolus* enim *Dyrrachius*, quem Ludovicus Rex Ungar. militiæ ſuæ præfecit, poſt aliquot proſpera prælia exercitum ad urbem Neapolitanam admovit, Reginámque antequam filius ejus adoptativus in auxilium adventaſſet, in poteſtatem ſuam redactam, juſſu Regis Ung. eodem mortis genere, quo illa maritum primum peremerat, necem procurante alio *Carolo Dyrrachio*, hujus patruo, eodémque in loco, ceu nonnulli Scriptores perhibent, è medio ſuſtulit. Id de cætero non prætereundum fortaſſis eſt, quod *Johanna* civitatem *Avenionenſem*, quæ ad Provinciæ Comitatum ſpectabat, *Pontifici Romano Clementi VI* a. 1348 vendidit. *Sanmarth.*

CAROLUM DYRRACHII Ducem *Ludovicus Rex Ung.* in ſuam poteſtatem redactum fratris ſui, cujus necem ille procuraverat, manibus immolavit, & cadaver ejus capite truncatum, eundem in locum, quo *Andreæ* corpus abjectum fuerat, projici curavit. *Sanmarth.*

CAROLO (qui propter exiguitatem corporis PARVUS, ob pacem verò quam inter Ungaros & Venetos conciliavit, *de Pace* cognominatus eſt) *Ludovicus Rex Ungar.* ſummam armorum ſuorum, nec non jura ſua in regnum Neapolitanum tradidit, quibus ille fretus, re adverſus Etruſcos proſperè geſta, Romam cum exercitu venit, ubi à Papa Urbano in Regem inauguratus, in regnum penetravit, illúdque capta metropoli, & Regina *Johanna*, poſteaque *Ludovico Andino*, qui ad vindicandam iſtius cædem, hæreditatemque adeundam advenerat, victo, ſibi aſſeruit. Aliquot annorum ſpatio interjecto à parte Procerum Ungariæ, quos Rege Ludovico ſine maſcula prole mortuo, muliebris regiminis tædium ceperat, accerſitus, viam eò affectavit, amicitiámque ſimulans filiabus Ludovici impoſuit, mox tamen occupata Buda animum nudavit, & in Alba Regali Ungarico diademate caput cinxit. Hujus verò perfidiæ & ingratitudinis erga benefactoris ſui gnatas, pœnam meritam citò perſolvit, dum à fautoribus Reginæ in arce Budenſi multis vulneribus confoſſus interiit. *Sanmarth.*

LADISLAUS *Neapoli Rex* Ungarico quidem diademate procurante Papa *Bonifacio* IX. a. 1403, d. 15. Aug. *Javarini* tedimitus, ſed poſt exiguum temporis intervallum à Sigismundo, qui Mariam Reginam in uxorem duxerat, regno illo ejectus eſt, neque amplius eò rediit. In Neapolitano etiam regno ſibi vindicando laboris certaminisque plurimum adverſus *Ludovicum II Andinum* exſudavit, tandem tamen ſuperior evaſit; inde majora affectans, urbium reginæ *Romæ* inhiavit, eámque occupavit; *Etruſcos* etiam domuit, ſed ſuo malo: captus enim forma puellæ Peruſinæ poculum amoris ab illa accepit merè, eáque intra pectus ejus ſe penetravit potio, cui puellæ pater à Florentinis pretio corruptus toxicum miſcuit, ut extemplò & ipſius periret & amaſia. *Sanmarth.*

JOHANNA II priori uti nomine par erat, ita quoque nequitia, & hac forte ſuperior. Regnum poſt fratris ſui fata ad ſe devolutum armis tumultúque miſcuit, cúmque maritum ſecundum adeò excruciaſſet, utis cucullam claustráque coronæ illiúsque contubernio præferret, liberis deſtituta prout varium erat & mutabile modò *Alphonſum Arragoniæ Regem*, modò *Andinas* è poſteriore familia adoptavit, eóque ipſo atroci bello, quod inter Arragonios Gallosque diu flagravit, facem prætulit,

FAMILIÆ RE

LINEA DROCE

ROBERTUS DE FRANCIA Ludovici VI Craſſi Regis F. COMES DE DREUX, obiit d. 11 Oct. a. 1184. U
Agnet, Guidonis Dn. de Braine, de Fere, de Neelle, de Pontarcy, de Longueville, de Quincy & de Baudement fil.

1. Simon de Dreux † ante patrem.

2. *Aliſa nup.* 1. Valerano III. Dn. de Bretueil. 2. Guidoni Dn. de Chaſtillon ad Matron. 3 Johanni Caſtellano de Noyon. 4 Rudolpho II C. Sueſſion.

3. Robertus II. C. de Dreux & de Braine. † 28 Dec. 1218. 1 *Mathildis de Burg. vid. C. de Nevers.* 2 *Iolanda Rudolphi C. de Coucy f.* 1184. † 18 Mart. 1222.

2 Robertus III. C. de Dreux & de Braine, † 1233. *Eleonora, Thomæ Dn. de S. Valery, de Gamaches f. & h.*

Petrus DUX DE BRETAGNE. Vid. Tab. ſeq.

Henricus *Archiep. & Dux Remorum* † 6 Jul. a. 1240.

Johannes dictus de Braine C. de Maſcon. & de Vienne per ux. *Adelheidin, Girardi C. fil.* † *ante* 1239.

Johañes I C. de Dreux & de Braine, Dn. de S. Valery, de Gamaches, d'Aut ſur la mer, de Doñart, & de S. Aubin, ob. Niceſiæ in Cypro 1248. *Maria Archambaldi VIII Dn. de Bourb. f.* 1240. † 23. *Aug.* 1274.

Iolanda nup. Hu goni IV D. Burg.

Robertus IV C. de Dreux, de Braine & de Montfort l'Amaury &c. † 14 Nov. 1282. *Beatrix, Johannis C. de Montfort l'Amaury, Dn. de Rochefort f. & h.* 1260.

Johannes de Dreux, *Eq. Ord. Templ.*

Iolanda nup. 1. Almorico II B. de Craon. 2. Johanni de Trie C. de Dammartin.

1. *Aliſa hæ Chateaud Clermo*

Johannes II C. de Dreux &c. † 6 Mart. 1309 1. *Johanna de Beavien, Imberti Dn. de Montpenſier f. & h.* † 1308. 2. *Perrennella Henrici Dn. de Sully f. Godefredi Dn. de Jarnac vid.*

Robertus. † *ante*

Maria nup. Matthæo IV. B. de Montmorency. † 9 Mart. 1276.

Iolanda nup. 1. Alexandro III. R. Scotiæ 1286. 2. Arturo II. D. Britanniæ 1292. † 1322.

1. Johannes III Dn. de Montpenſier, poſtea Comes de Dreux † *ante* 1331. 1. *Ma Guidonis de Mauvoiſin Dn. de Raſſy f.* † 1361. 2. Robertus V Comes de Dreux & de Braine † 22. Mart. 1329. *Maria Gualterii Dn. d'Enghien fil.*

◎

1. *Johanna II Comitiſſa de Dreux, nup.* Ludovico II Vicecom. de Thouars. 1. *Beatrix† inupt. Ecclesiæ Carnut.* 1. Petrus Dn. de S. Valery poſtea Comes de Dreux. † 3. Nov. 1345. *Iſabella Johannis Vicec. de Melun f.* 2. Simon *Sulcbrenus*

2. *Johanna II Comitiſſa de Dreux, nup.* Ludovico II Vicecom. de Thouars.

1. Robertus IV. Dn. de Bagneux. *Iſabel la des Barres.*

†1336. *Iſabella nup.* Philippo Trouilleau Eq.

Johanna I Com. de Dreux Dn. de Montpenſier &c. n. 20. Jul. 1345. † 12. Aug. 1346.

Robertus V. Dn. de Beu & Bagneux. † *ante*

Johannes Dn. de Beu & Bagneux † *ante* 1368. *Iohanna de Plancy, Erardi de Jaucour. vid.*

Wilhelmus † *ante* *Agnes hæres Stephani de Trois Moulins.*

2. Simon D Beauſſart *Johanna de doſme.*

Robertus de *Wilhelmina*

Johannes Vic. ed. & B. d'Eſneval † 15 Jun. 1498. *Ægydia Picard, Ludovici Dn. d'Eſtelan f.*

Galvinus III Dn. de Lovie & de Muſy. † 1508. *Margarita de Fourneaux Roberti Dn. de Ricarville f.*

Iohanna nup. Johanni de Piſſeleu Dn. de Heiley.

Ludovicus Dn. de Pierrecourt. *Catharina d'Auxi Hugonis Dn. de Genues f.*

Auſberta nup. Stephano du Tremblay, Dn. Montis de la Vigne.

Catharina Domicella d'Eſneval, nup. Ludovico Brezeo C. de Maulevrier † ſine pr. 20. Nov. 1512.

Jacobus Dn. de Lovie B. d'Eſneval † 18 Jul. 1516. *Magdalena de Hames, Iohannis Dn. de Boudies f.*

Luiſa nup. Johanni de Achey Dn. de Cerquigny.

Maria nup. Claudio de Clermont, Dn. de Montoiſon.

Jeſſea.

Nicolaus Vicedom. & B. d'Eſneval † *ante* 1. *Catharina de Erezé.* 2. *Carola f. Iacobi B. de Moy.*

Anna hæres Baronatus d'Eſneval, poſt fratrem nup. Renato de Prunelé Dn. de Herbaud.

Carola nup. Carolo de Moy, Dn. de la Meilleraye.

1. Ægydius Dn. de Morainville, occ. in obſid. Rotomag. 1562. *Antonia de Preſteval.*

GIÆ TAB. VI.

ENSIS continetur.

1. N. *vidua Almorici C. de Montfort.* 2. *Harvisia, Gualteri C. de Saresbery in Anglia fil. Rotrovii C. de Perche vid.* 3. *har, Milonis C. de Bar ad Sequanam vid. 1152.*

3 Henricus *Epiſc. Aurelian.* 1186. † 25 Apr. 1198.

Philippus *Epiſc. & Com. Bellovacenſ.* 1175. † 1217.

Petrus Wilhelmus Johannes } obiere pueri.

3. *Aliſa nup.* Rudolpho Dn. de Coucy.

3. *Eliſabeta nup.* Hugonis III. Dn. de Broye.

Baſilia & Margarita moniales.

Eleonora nup. 1 Hugoni Dn. de Chasteauneuf, 1212. Roberto de S. Cler. Eq.

Iſabella nup. Johanni II. C. de Roucy

Adelheidis nup. Renardo II Dn. de Choiſeul.

Philippina nup. Henrico C. de Barleduc.

Agnes nup. Stephano II. C. Burg.

Iolanda nup. Rudolpho d'Iſoudun C. d'Eu.

Johanna Abbatiſſa de Fontevraud.

Robertus Dn. de Beu & de Neelle, Vicec. de Chasteaudun. † 1264. *1 Clementis, Godofredi IV. Vicec. de Chasteaudun f. & h.* 2. *Iſabella, Adami de Chatill. Dn. de Villebeonf. Matthæi Dn. de Montmirel vid.*

Petrus de Dreux.

Vicecomitatus de nup. Rudolpho de Dn. de Neelle.

1. *Clementia nup.* 1. Scævolæ de Acheres. 2. Johanni de Champrond.

2. Johannis des Barres Dn. de

2. Robertus Dn. de Beu. Ux. . .

2. *Iſabella nup.* Scævolæ de Chatillõ Dn. de Crecy, C. de Porcean. † 29 Apr. 1300.

Johanna nup. 1. Johanni IV. C. de Roucy. 2. Johanni de Bar Dn. de Puiſaye.

Robertus Dn. de Beu † 1350. 1. *Beatrix de Courlandon.* 2. *Iſabella de Saqueville.* 3. *Agnes de Thianges Dn. de Valery, Ægydii Dn. de Soyecourt vid.*

Johannes Dn. de Chasteauneuf. per ux. *Margaritam de la Roche, Stephani Dn. de Chasteauneuf, de Beaufart & de Senonches, Vicec. de Dreux f. & har.*

Maria nup. Almorico de Verdosme. Dn. de la Charre ad Liger.

Philippina Domicella de Chasteauneuf, nup. Johanni de Pontau de Mer, Dn. de Queſnoy.

Eleonora nup. Nicolao Bouche Dn. de Mu-

1. *Margarita nup.* Theobaldo Dn. de Matelon 1339. †

2. *Johanna Domicella de Saqueville nup.* Johanni de Brie Dn. de Serrant occiſo in pr. Fidavienſi 1356. *Margarita Abbatiſſa Letiæ prope Mehudanum 1341. † 12 Maji 1349.*

3. *Margarita nup.* Rogero de Hallenvillier.

3. Robertus VI Dn. de Beu & de Villiers † ...

Johanna Domicella de Trie.

Beatrix nup.

...n. de ... Ven-

Johannes Dn. de Houlbec † ... *Johanna des Plaiſſis.*

Sophia nuda ad Galterum I. Dn. de Beaufart. Vicec. de Dreux. 1. *Margarita de Boullainvillier.* 2. *Philippina de Mauſſigny.*

Galvinus II Dn. d'Eſnaval & de Berreville, Vicedom. Normandiæ occ. in pugna Azincurt. 1415. *Johanna, Enguerrandi Dn. d'Eſneval Vicec. Normand. f. & h. Johannis de la Perſonne, Vicec. d'Acy vid. † 25. Dec. 1421.*

Johanna nup. Wilhelmo le Roy Dn. de Chavigny. *Adelheidis nup.* Macio Dn. de Genages.

Wilhelmo Morin Dn. de Lourdon.

Dreux, Vicedominus & Baro d'Eſneval & de Perſan, Dn. de Beaufart &c. † 18. Jun. 1478

...de Segrie, Dn. de Morainville. † 1480.

Jacobus Dn. de Morainville & de Beaufart. *Agnes de Marueil, Johannis B. de Villebois f.*

Ludovicus Dn. d'Auſonville. † ...

Magdalena nup. Georgio aux Eſpaules Dn. S. Mariæ in monte.

Catharina nup. Henrico de Carbonnel Dn. de Sourdeval.

Anna monialis.

Franciſcus Dn. de Morainville 1. *Catharina d' Oſſancourt, Iacobi Dn. de Bonnetot f. & h.* 2. *Johanna de Monſorau.*

Johannes Dn. de la Loyere † ...

Johanna nup. Antonio Maſquerel Dn. d' Hermanville 1497. † 1516.

Iacobina nup. 1. Oliverio d' Eſpinay Dn. de Boſqueroter. 1506. 2. Johanni d'Angerville Dn. de Grainville.

Blanca nup. Wilhelmo Dn. de Villiers ad Portum.

1. *Margarita nup.* 1. Philippo de Guiry. 2. Franciſco de la Riviere Dn. du Meſnil. 3. Nicolao des Buats, Dn. du Noyer.

1. *Iacobina nup.* Johanni de Maſcaron Dn. de Maſcaire.

2. Johannes Dn. de Morainville, ultimus ſtirpis ſuæ occ. a. 1590. 1. *Johanna de Varennes.* 2. *Carola de la Fayette, Claudii B. de S. Romain f.*

2. *Yvonna nup.* Wilhelmo Hovel Dn. de la Pommeraye.

AD TAB. VI.

ROBERTUS, quem aliqui Scriptores Regis *Ludovici Crassi* filium *primogenitum* fuisse erroneè (quemadmodum *Sanmarthani* demonstrarunt) prodiderе, à *Ludovico* VII fratre suo loco *apanagii* oppidum & Comitatum *Drocensem* in diœcesi Carnutensi, *Chally* & *Longiumeau* in agro Parisiensi, *Torcy* in Brienſi & *Braye* obtinuit. Quo genere prima ejus uxor prognata fuerit, incompertum est. A tertia multarum ditionum in tabula enumeratarum hærede insigniter locupletatus fuit, & quoniam ex ea stirpem propagavit, filii ejus relictis liliis *materna* insignia, quæ *scuto è cyano & auro tessellato cum limbo rubeo* constabant, adiciverunt, quibus etiam posteri eorum usi sunt, hac à natu minoribus distinctione addita, ut *Vicecomites de Chasteaudun* limbum *dentibus asperarent*, *Domini de Beaussart scipionem rubeum* toti clypeo inducerent, *Morinvillii* verò *rosas decem aureas* peribolo inscriberent.

ROBERTUS II C. *Drocensis* ob fortitudinem & fidelitatem Regi suo *Philippo Augusto* nec non regno tum in expeditionibus Orientalibus, tum in bellis Anglicis ac Flandricis præstitam in Scriptorum Gallicorum Annalibus celebratur, enituit inprimis virtus ejus in prælio ad pagum *Bouvines* Insulas inter & Turnacum in Flandria situm, quo ingentes Ottonis IV. Imp. ejus que confœderatorum copiæ fœdam cladem passæ sunt, Robertúsque Reginaldum C. Boloniæ primi commatis inter hostes Ducem singulari certamine vicit. *Sanmarth.*

PHILIPPUM DE DREUX *Episcopum Bellovacensem* gladio quàm pedo aptiorem, & bellicosum magis quàm religiosum fuisse omnes illorum temporum Scriptores testantur. Is cum aliquando adversus *Richardum Regem Angliæ* signum induisset armatámque multitudinem eduxisset, victus captusque diu in vinculis habitus est. Intercessit tandem pro illo Pontifex Romanus, rogavitque Richardum, ut Episcopum, quem *filium suum dilectum* appellabat, libertati restitueret. Rescripsit Rex & Papæ narravit, qua iste occasione in suam potestatem pervenerit, misit etiam loricam, quam Præsul gestaverat, sanguine tinctam, justitque latorem interrogare Pontificem, *Vide Sancte Pater, num hæc sit tunica filii tui.* Non habuit Papa quod regereret, nisi condignis Episcopum tractari modis, eò quod deserta spirituali militia seculari sese implicuisset. *Mezeray* p. 602. Uberius memorabile hoc factum verbis *Guilhelmi Neubrigensis* rerum Anglic. scriptoris Vindex antiquitatis Ecclesiasticæ, priscorúmque morum *Caspar Zieglerus* in *Ecclesiastico* §. 39. recensuit.

ROBERTUS III C. *Droc.* fortitudinem suam Regibus *Philippo Augusto Ludoviciis VIII & IX.* æque ac parens, ejus probavit, multa adversus Anglos strenuè agendo; post *Ludovici* VIII excessum, nonnihil quidem à recto tramite deflexit, dum à fratre Duce Britanniæ persuaderi se est passus, ut cum malecontentis (sit venia barbarismo) & turbonibus adversus reginam matrem & tutricem, consilia armaque sociaret, mox tamen ad officium rediit. In Epitaphio ejus quod *Branæ* extat, *in amicitia Theseus, in armis Aiax, consilio Ulysses* audit. *Sanmarth.*

JOHANNES I C. *Droc.* Regi *Ludovico* IX comitem se dedit, cum is prima vice trans mare proficisceretur, sed morbo in itinere correptus spem de se præbitam præmatura morte destituit. *Sanmarth.*

ROBERTUS Dn. DE BEU à Rege Siciliæ *Carolo* agnato suo, cui fortem navaverat operam, donatus fuit *Comitatu Aquilcensi* in regno Neapolitano, quem *Johannes Montfortius*, eodem tempore mortuus tenuerat; sed de eo mox litem ei intentavit *Johannes de Foresta*, Montfortii nepos è sorore, neque quomodo hæc lis composita sit, constat; liberi quidem *Roberti* titulo illo usi non sunt. Quæ uxor huic fuerit, æque incompertum est. *Sanmarth.*

ROBERTUS VI C. *de Dreux, Branensem* Comitatum per donationem inter vivos a. 1323. in *Johannem Comitem de Roucy* amitæ suæ maritum transtulit. Liberos non nisi sequioris sexus, eosdémque ævi brevissimi genuisse fertur. *Sanmarth.*

JOHANNÆ I *Drocensis* lineæ hæredi præmaturo fato functæ successit in bonis avitis præcipuè in Comitatu *Drocensi* amita ejus JOHANNA II, unde iste in *Thuarsiam* familiam, indeque in alias transmigravit, donec Rex *Carolus* eundem a. 1377. sibi vindicaret; ab hoc tamen postea *Albretanæ* genti concessus fuit, à qua ad *Clivensem*, & denique ad *Borboniam*, pervenit. Dynastiæ verò *Montpensier* & *Aigueperse*, in qua *Johannæ* II, eò quod hæc aliâ, quam pater *Johannæ* II, matre prognata esset, nullum jus competebat, post longam altercationem *Bernardo Vivec, de Vantadour* adjudicatæ fuerunt. *Sanmarth.*

JOHAN-

JOHANNE DN. DE BEU & *de Bagneux* mortuo, ROBERTUS VI ejus patruus dynastiam *Beu* crevit, quam posteà, quod sobole careret, *Johanni de la Personne Vicecomiti d' Acy* vendidit; *Bagneux* verò MARGARITA, *Roberti* soror, obtinuit, & in mariti familiam transtulit. *Sammarthan.*

JACOBUS DN. DE MORAINVILLE dynastiam *Beaussart*, quæ ex hæreditate *Catharinæ* patruelis suæ ipsi obtigerat, *Ludovico Dn. de Graville* Admirali Galliæ ann. 1514 vendidit. *Sammarth.*

JOHANNIS DN. DE MORAINVILLE fatum *Thuani* verbis enarrabo: *Vernolium in Perticensi agro Februario a. 1590. captum, à Carolo Francisco Rosello Medavidio nocturnis insidiis interceptum est, non citra certamen, in quo Iohannes Drocensis Morinvilla provinciæ præses strenuè pugnando desideratus est: ipse ex perillustri Drocensium familia à Ludovico Crasse procul dubio genus repetebat; cúmque controversia ei de statu mota esset, (diu enim domo abfuerat, ita ut reducem cognati agnoscere nollent) Senatus consulto obtinuit. Vir ceteroqui bonus & valdè strenuus, qui inter belli discrimina assiduè versatus nullum toto vitæ tempore vel leve vulnus acceperat, ex eóque primo, quod in illis accepit, decessit major quinquagenario à tot agente ultimus, nullis relictis liberis. Hist. lib. 98.*

AD TAB. VII.

PETRUS DROCENSIS postquàm *Britannia Cismarina*, quam *Armoricam* etiam vocant, per conjugium auctus fuit, scuto tessellato avito in angulo superiore dextro *parmulam pelle hermionica exornatam, (Britannicam* nempè tesseram) adjecisse fertur; sed ejus posteri Drocensi symbolo planè neglecto, solo Britannico uti consueverunt. Cognomentum MAUCLERC inde *Petro* fuisse quidam perhibent, quod cum literis egregiè eruditus, & Juris tum civilis tum Canonici peritissimus esset, cum Britannis Ecclesiasticis diu disceptaverit, & adversus illos doctrina, ipsorummet armis, pugnaverit, atque adeò Clericos parùm sibi faventes habuerit; plures ob imperitiam ei id cognominis à Britonibus inditum fuisse tradunt, quod cum inter præcipuos belli civilis adversus *Blancam* Regis *Ludovici* IX matrem ac tutricem suscepti concitatores fuisset, adeò tamen malè rebus suis prospexerit, ut desertus tandem à sociis popularibus atque exteris pacem supplex petere, imperata facere, homagium ligium Regi præstare & Britanniam coronæ Gallicæ obnoxiam reddere cogeretur. Concessit naturæ in reditu è Palæstina, quò Regem comitatus fuerat, ubique eodem quo ille infortunio, captivitatis scilicet, defunctus erat.

JOHANNEM I benigni fuisse ingenii, & subditorum commoda suis ante habuisse, id argumento est, quod de more quodam in Britannia recepto, nobilibus familiis oneroso, Principi verò proficuo nonnihil derogaverit: nimirum quoties aliquem Ducatus vasallum mori contigit relicto hærede minorenni, omnium ejus bonorum feudalium dominium non tantùm directum, sed etiam utile, ad Principem veteri lege pertinebat, usque dum hæres vicesimum ætatis annum attingeret. Id temperavit Dux *Iohannes*, & in usum fructum unius anni, redemptionémque mediocrem reliquorum convertit. *Sammarth.*

JOHANNES II DUX BRIT. dignitatem *Paris Galliæ* à Rege *Philippo Pulchro* per literas *Curtraci* m. Sept. a. 1297, datas accepit. Vitam eidem infaustus casus abstulit. Venerat unà cum Rege magnáque Procerum manu Lugdunum ad solemnia coronationis Papæ *Clementis* V cúmque in illâ celebritate Pontificis equum, quo ab æde S. Justi in inferiorem urbem devehebatur, ipse & Carolus Valesius deducerent, murus qua incedebant jam fatiscens vetustate, tonc spectantium numero collabens, ruina subita in prætereuntes offunditur, & præter alios Britanniæ Ducem obruit, itaque comminuit, ut paucis post diebus spiritum effunderet. *Sammarth. Mezer.*

A ROBERTO *Iohannis* II fratre sunt qui familiam *Dominorum de Stavele* in Belgio derivare laborarunt, ex tessera velleris bermionici, qua illa uti solet, superinducto scipione diagonali rubeo, conjecturam facientes, sed vanam eam esse brevis ævi spatium, quod Roberto obtigit, loquitur.

ARTURUS II DUX BRIT. insigni ditionom accessione per matrimonia auctus est: prior enim uxor ipsi *Vicecomitatum Lamovicensem*, altera *Comitatum Montisfortis Almarici* attulit.

JOHANNE III DUCE BRITANNIÆ sine prole defuncto, cruenta & diuturna de ejus hæreditate contentio exarsit. Nuncupaverat ille hæredem fratris sui germani *Guidonis*, qui ejus fata præverterat, filiam unicam JOHANNAM, utque ei præsidia adversus æmolum, quem ipsam na-

FAMILIÆ RE

LINEA BRITA

PETRUS DE DREUX cogn. Mauclerc Dn. de Fere in Tardanensi pago, de Braye, Chal
dis Britanniæ Cismarinæ filiam, DUX BRITANNIÆ, Comes de Richemond. Mo
viduam; obiit d. 22. Jun. a. 1250.

1. Johannes I. cogn. Ruffus Dux Britanniæ n. 1217. † 8 Oct. 1286. *Blanca, Theobaldi, IV. C. Campan. R. Navar. f. 1235. † 1283.*

1. Arturus de Britanni
n. 1220. † juv.

Johannes II Dux Britanniæ n. Jan. 1239. † 18. Nov. 1305. *Beatrix, Henrici III R. Angl. f. 1259. † 1277.*

Petrus de Britannia n. 1241. † 20. Dec. 1268.

Alisa n. 6. Jun. 1243. *nup.* Johanni I de Chatil
lon C. de Blois †
Aug. 1268.

Arturus II. Dux Britanniæ n. 25. Jul. 1262. † 27. Aug. 1312. 1 *Maria, Guidonis IV. Vicecom. de Limoges f. & h. 1275. † 1290.* 2. *Jolanda de Dreux, Alexandri III. R. Scot. vid. 1292.*

Johannes C. de Richemond
1266. † *circa* 17 Jan. 1334.

1. Johannes III Bonus Dux Britanniæ n. Mart. 1286. † *circ.* 30. Apr. 1341. 1. *Isabella Caroli de Fr. C. Valesii f. 1296.* 2. *Isabella Sancii IV. R. Castil. f. 1320.* 3. *Johanna, Eduardi C. Sabaud. f. 1329.*

1. Guido Vicec. de Limoges, C. de Penthevre. n. 1287. † 27. Mart. 1330. *Johanna, Henrici IV. Dn. d' Avaugour f.* 1318. † 1384.

1. Petrus
n. 1290. †
ætate.

Johanna C. de Penthevre, Vicecomit. de Limoges n. 1319. nup. Carolo de Blois Dn. de Guyse & Mayenne 1337. † Oct. 1384.

3 *Johanna & Maria gemellæ n. 1337. prior † 1388. hæc nup.* Johanni I. D. Alenzonio 1396. † 1446. 18. Dec.

Blanca n. 1338. nup. Johanni IV. C. d' Armagnac 1407. 27. Jun.

Johannes V I. Dux Brit. n. 24 Dec. 1389. † 28. Aug. 1442. *Johanna Caroli VI. R. Gall. f. 1404.*

Margarita n. 1390. nup. Alano IX Vicecom. de Rohan 1407. † 6 Jun. † 13 Apr. 1428.

Johanna n. 1391 nup. N. Comt
de Victon in
Scotia.

Franciscus I Dux Brit. n. 11. Maji. 1414. † 17. Jul. 1450. *1. Iolantha Ludovici II. D. Andeg. R. Sic. f. 1431. 2. Isabella Iacobi I. R. Scot. f. 1441.*

Petrus II. Dux Brit. † 22. Sept. 1457. *Franciscæ Ludovici de Amboise Vic. de Thouars f. 4.* Oct. 1485.

Ægydius II Dn. de Chantocé † 24 Apr. 1450. *Franciscæ de Dinan Dn. de Chateaubriand.* † 3 *Jun. 1499.*

Isabella nup. Guidoni XIV C. de Laval. † 13 Januar. 1442.

Margar
ta † 142
ætat. 9.

1. Reginaldus C. de Montfort. † juv.

2. *Margarita nup.* Francisco II Duci Brit. 1455 † 15 Sept. 1469.

2. *Maria nup.* Johanni III Vicec. de Rohan 1461.

Tanaquillus *nothus* Dn. de Hedé. *Johanna Turpin.*

Johanna notha nup. Jol
Morhier Eq. Dn. de
Victiers.

EGIÆ TAB. VII.

Qua

TANNICA recenſetur.

Chilly & Longiumeau, & per uxorem priorem *Aliſiam, Guidonis de Thouars & Conſtantiæ hæreditariæ* Mortua a. 1221 *Aliſa* duxit ſecundò *Margaritam de Montagu, Hugonis II Vicecom. de Thouars*

anna.	1. *Jolanda deſponſ.* Johanni de Francia, *nup.* Hugoni Dn. de Lezignem, C. de la Marche. † 10 Oct. 1272.				2. Oliverius de Dreux.
.up.	Theobaldus n. 1245. † 1246.	*Eleonora* n. 1246. † juv.	Theobaldus 1247. † juv.	Nicolaus n. & † 1249.	Robertus n. 1250. † 1259.
ndo.	Petrus Dn. d'Aveſnes. † [illegible].	*Blanca nup.* Philippo de Arteſia Dn. de Conches 1280. † 19 Mart. 1327.	*Maria n. 1265. nup.* Guidoni de Chatillon III C. de S. Paul 1292. † 5. Maji 1339.		*Eleonora* n. 1275. *Abbat. de Fontevraud* † 16. *Maji* 1346.
ui	2. Johannes C. de Montfort, Dux Britanniæ, n. 1293. † Sept. 1345. *Iohanna de Flandria, Ludovici C. Nivern. f.*	2. *Johannan. 1294. nup.* Roberto de Flandria Dn. de Caſſel.	2. *Beatrix n. 1295. nup.* Guidoni X B. de Laval 1315. † 1384.	2. *Aliſa n. 1297. nup.* Buchardo VI C. Vindoc. 1320. † 1377.	*Blanca n.* 1300. † juv.	*Maria n. 1302. monialis* † 1371.
	Johannes V. Dux Britanniæ, C. de Richemont & Montfort, cogn. Fortis. † 1. Nov. 1399. *1. Maria, Eduardi III R. Angl. f. 2. Iohanna de Hollandia 1366. 3. Iohanna Caroli II, R. Navar. f. 1386.*				*Iohanna promiſſa* Johanni de Blois C. de Penthevre, *ſed nunquam nupta.*
391.	Arturus III. C. de Richemond, poſt Dux Britanniæ n. 24 Aug. 1393 † 26 Dec. 1458. 1 *Margarita Iohannis D. Burg. f. Ludovici Delphini v. 1423. 2. Iohanna Caroli II. Dn. d'Albret f. 1442. 3. Catharina de Luxemburg, Petri C. S. Pauli f. 1446.*			Ægydius Dn. de Chantocé n. 1394. † 18. Jul. 1412.	Richardus C. d'Eſtampes, n. 1395. † 1438. *Margarita C. de Vertus, Ludovici D. Aureliani f.*
	Maria n. 1424. Abbat. de Fontevraud 1457. † 19 Oct. 1477.	Franciſcus II Dux Brit. n. 13. Jun. 1435. † 9. Sept. 1488. *1. Margarita, Franciſci I D. Brit. f. 1455. 2. Margarita Gaſtonis IV C. de Foix f. 1471.* † 1487.	*Catharina nup.* Wilhelmo VIII. de Chalon Pr. Arauſ. 1438.	*Iſabella* † 1439	*Margarita.* † juv.	*Magdalena monialis* † 29. *Mart.* 1462.
ohn. de	2. *Anna Duciſſa Britanniæ n. 25. Jan. 1476. nup.* 1. Carolo VIII. 2. Ludovico XII. Regibus Galliæ, illi 1491. huic 1499. † 9. Januar. 1513.		2. *Iſabella* † juv. 1490.	Franciſcus *nothus* COMES DE VERTUS, BARO D'AVAUGOUR. Vid. Tab. XXVIII.		*Anthonius nothus,* Dn. de Hedé † juv.

ćturam præſenſit, pararet, nuptui eam locaverat *Carolo, Guidonis C. Bleſenſis, filio ſecundogenito*, è furore Philippi VI Regis Gall. natu. Sed JOHANNES MONTPORTIUS, ſtatim ut de fratris conſanguinei morte cognovit, Britanniæ Ducatum affectare cœpit, contractaque militum manu bonam ejus partem occupavit, & confirmandis rebus ſuis in Angliam profectus, ſe Ducatumque Regi Eduardo in clientelam dedit. Ortum eſt inde bellum longè acerrimum, cui Angliæ pariter & Galliæ Reges involuti mox ſunt, hoc *Caroli Bleſenſis*, illo *Iohannis Montfortii* partes ſuſcipiente. Capita partium ambo in adverſariorum ſuorum poteſtatem, ſed diverſo admodum tempore incidére, *Montfortius* primò, cum Galli Nannetum expugnaſſent, captus & Lutetiam miſſus, poſteà *Bleſenſis* in pugna ad caſtrum Picardiæ *Roche de rien* comprehenſus & in Angliam deductus fuit, ambo tamen lytro perſoluto libertatem receperunt, cum interea eorum uxores virilem animum gerentes bellum omni ratione continuaſſent. Mortuo etiam Montfortio *Iohanna Flandrica* ejus vidua filii ſui JOHANNIS adhuc impuberis res ope Anglorum ſtrennè ſuſtentavit, usque dum is adulta & corroborata ætate illis eurandis ipſemet ſufficeret. Tunc enim ille poſt multa militaris virtutis (è qua ipſi cognomen FORTIS fuit) documenta edita, a. 1364. d. 29 Sept. decretoria cum hoſtibus decertavit pugna, qua *Carolus Bleſenſis* cecidit, egregiámque victoriam Montfortio reliquit. Sequenti annu cum hic maximam Britanniæ partem in ſuam poteſtatem jam redegiſſet, Regis Galliæ opera de pace actum, eaque his conditionibus ſancita eſt, ut *Montfortius* omnem Britanniæ Ducatum teneret, ejusque inaugurationem à Galliæ Rege acciperet, ut viduæ *Caroli Bleſenſis* certam ditionem aſſignaret, cujus annui reditus ad viginti ſrancorum millia ſurgerent, eidemque *Comitatum Penthievre* nec non *Vicecomitatum Lenravicenſem* cederet. Reſtituta pace & firmatis rebus ſuis JOHANNES V *Ordinem militarem* condidit, quem à teſſera, quæ *murem Ponticum currentem* repræſentabat, *Hermionicum* appellavit, ſymbolóque *Plutoſt mourir* inſignivit. *Froſſard. Hiſt. Lib. 1. Sanmarthan.*

JOHANNES VI. *Dux Britanniæ* muliebris iracundiæ odiique vim perſenſit: à vidua enim *Iohannis C. de Penthievre*, filii Caroli Bleſenſis, *Margarita*, quæ *Conneſtabilis Cliſſonii* potentis ſub Rege Carolo VI viri gnata erat, & ultionem quærebat ſimulatum atque offenſarum, quæ inter patrem ſunm & Ducis genitorem *Iohannem* V interceſſerant, invitatus ſub ſpecie amicitiæ in Caſtrum Penthevrenſe *Chantoceaux* dictum, dum in via eſſet, à ſubornatis militibus comprehenſus, & in Pictaviam captivus abductus, indigneque habitus fuit; verum inconſultam hanc temeritatem graviter Init *Margarita*: mox enim à Britonibus ad arma convolantibus in prædicta caſtro obſeſſa & coacta Ducem in liberratem reſtituere, licet inoculumicatem, ſibi ſuiſque pepigiſſet, ab illo, quem Martinus V Papa à pacto omni abſolvit, fortunis omnibus una cum liberis ſnis exturbata fuit.

FRANCISCUS I DUX BRITANN. ſævitia, qua erga fratrem ſuum ÆGIDIUM falſis *Arturi de Montauban*, qui uxorem hujus concupiſcebat, criminationibus nimiùm credens, uſus eſt, labem famæ nominis ſui adſperſit, fatumque, ceu perhibent, ſibi accelleravit: cum enim fratrem in fœdo carcere clauſum din detinuiſſet, & tandem cuſtodes ejus longiuris tutelæ pertæſi vitam, quam morte graviorem exigebat, ipſi faucibus interpreſſis eripuiſſent, ille antequam collum lorariis præberet, fratrem *Franciſcum* in jus de malis ab ipſo acceptis ad tribunal Summi Judicis vocavit, idque per Monachum Ordinis ſunigerorum Duci indicari curavit; perculſus hoc nuncio Franciſcus, ægritudinem contraxit, quæ eodem adhuc anno vitæ finem ipſi attulit. Novum is cæteroquin *Ordinem Equeſtrem* inſtituit, cui à *ſpica* nomen impoſuit, & inſignium loco *monile è ſpicis aureis contextum, à quo è catenula duplici aurea mus ponticus ceſpiti gramineo inſidens* dependet cum lemmate: AMAVIE, dedit. Quoniam maſcula ſobole carebat, PETRUM fratrem ſuum Ducatus hæredem nuncupavit, eíque ſi absque maribus ipſum decedere contingeret, patruus ARTURUM & RICHARDUM, & denique poſterioris filium FRANCISCUM, cui idcircò filiam ſuam majorem natu nuptui locaverat, ſubſtituit. *Sanmarth.*

FRANCISCUM II poſtremum *Ducem Britanniæ* in numerum Principum laudatorum Annales nulli retulerunt. Arma adverſus Reges Ludovicum XI & Carolum VIII cum malecontentis in regno hand una vice ſociavit, ſed eâdem fortuna, qualis prudentia & fortitudo ipſius fuiſſe legitur. Fractæ inprimis & attritæ fuerunt res ejus poſt cladem, quam cum ſociis ad *ſanum S. Albani* à Carolo VIII a. 1488 accepit, cúmque illæ per tractatus pacis in caſtro *du Verger* propè Andegavum ſancitos aliquantum reſtaurari viderentur, mox Ducis, quem ægrimonia, curæ & lapſus ex equo in morbum conjeceranc, obitu perturbatæ iterum ſunt. Cum Proceribus etiam Britanniæ haud ſat benè ipſi conveniebat, quorum animos *Petrus Landaſius* (hic è ſutore natus paternámque artem in familia Ducis exercens, verſuria ſua turpibúsque miniſteriis adeò benevolentiam ipſius devinxerat, ut per dignitatum gradus quæſtur ſummus factus Principis ſui herus eſſet ac dominus) abalienaverat ſpernendu ipſos, vexando atqueeniam occidendu, idque impunè & ſcience ac patiente Principe. Illi itaque læſa adeò patientia ſua Duce Johanne Riuſio Mareſcallo Britanniæ adverſus Landiſium conſpirarunt, & plebe etiam in ſuas

partes

parces tracta comprehensum in ipso Ducis, milite tum destituti, conclavi, liteque instructa damnatum in furcam sustulerunt. *Mez. Buffier. Sanmarth.*

ANNA *Britanniæ Ducatus hæres* promissa primò fuit à patre *Francisco II Eduardi IV. Angliæ Regis filio* cognomini, cum ille a. 1481 fœdus cum isto adversus Galliæ Regem iniviſſet; deinde mortuo genitore *Maximiliano Austriæ Archiduci* fidem suam dedit, eidémque intervenientе legato ipsius, *Johanne Cabillonio Pr. Araustonensi*, sive *Wolfgango Polheimio* Austriaco (de utroque enim id refertur) solemni & inter Summates usu recepta cerimonia nupsit. Sed iter ad maritum facienti & Hannoniam transeunti Galli à Rege *Carolo* emissi cum armata multitudine occurrerunt, eamque invitam à destinato itinere ad herum suum deduxerunt, ubi blanditiis, persuasionibus, denique minis coacta est Maximiliano repudium dicere, & Caroli, (itidem sponsi cum Margarita Austriaca, æmuli filia, quæ ea propter in Gallia educabatur,) thalamum ingredi. Gallici scriptores iter Annæ, & vim in eo ipsi factam dissimulant, rémque omnem quasi in Britannia confecta fuerit, referunt, tradentes, illam à Lavalla, aliisque Britanniæ nobilibus fœminis, quarum consuetudine & familiaritate delectabatur, muneribus Gallicis delinitis, & prætextentibus, Maximiliano marito conservari vix posse Britanniam; Pontifices auctores sacrorum facilè legibus eam soluturos, quas nec violatas esse, dum tutius & certius matrimonium initur, impulsam ac persuasam, se ditionémque Britannicam in fidem Regis Caroli contulisse.

Arn. Ferron. de reb. gest. Gall.
Lib. I.

FAMILIÆ RE

LINEA BURGUN

ROBERTUS DE FRANCIA, Roberti I. Regis fil. tertiogenitus, I
nata de Semur in pago Brionnensi fil. 1045.

Hugo de Burgundia. †juv.

Henricus de Burgundia. †1066. *Sibylla Reginaldi C. Burgund. f.*

Robertus de Burgundia. *N. Rogeri Siciliæ f.*

Hugo I Dux Burgundiæ † 1092. *Iolanda Wilhelmi C. Nivern. f.*

Eudo I. Dux Burgund. † 23. Mart. 1102. *Mathildi Wilhelmi Com. Pal. Burgund. f.*

Hugo II Dux Burgund. † 1142. *Mechthildis Bosonis I Vicecom. de Turenne f.*

Henrica

Eudo II. Dux Burgund. † 1162. *Maria Theobaldi Magni C. Campan. f.*

Sibylla ux. secunda Rogeri Regis primi Siciliæ 1148.

Mathildis nup. Wilhelmo Dn. de Monpeslier

Aigelina nup. Hugoni C. Valdemontii.

Arembur Moniali

Hugo III Dux Burgund. † 1192. 1. *Adelheidis Matthæi I D. Lotharing. f.* 2. *Beatrix Delphini C. Viennens. f. Alberici C. de S. Gilles vid.* 1184.

Mathildis nup. Roberto V. C. Arverniæ.

Alisa nup. Archambab Dn. de Bourbon.

1. Eudo III. Dux Burgund. † 6 Jul. 1218. 1. *Mathildis Alphonsi R. Portug. f. dimissa ob proximit. sanguinis.* 2. *Adelheidis Hugonis Dn. de Vergy f. 1199.*

1. Alexander DOMINUS DE MONTAGU. Vid. Tab. seq. IX.

Alisa nup. Mercœur rom. Delp

2. Hugo IV Dux Burgundiæ n. 9. Mart. 1212. † 1272. 1. *Iolanda, Roberti III. C. de Dreux f. Theobaldi IV C. Campan. R. Navar. f.*

1. Eudo de Burg. C. de Nevers & d'Auxerre † 1269. *Mathildis Archambaldi Dn. de Bourbon. f. & h. 1237.*

Alisa nup. Henrico III. D. Brabant. † 23. Oct. 1273.

1. Johannes de Burg. Dn. de Bourbon. † ante patrem. *Agnes Archambaldi Dn. de Bourbon f. & coher. 1237.*

1. Robertus II Dux Burgun † Mart. 1305. *Agnes, L dovici Sancti R. Gal* 1272.

Johanna † innup. Alisa C. d'Auxerre nup. Johanni de Chalon Dn. de Rochefort. *Margarita C. de Tonnerre nup.* Carolo I Regi Sicil. † 5. Sept. 1308. *Iolanda C. de Nevers nup. 1.* Johanni de Francia cogn. Tristan 1265. 2. Roberto III. C. Flandriæ 1271. † 11. Jun. 1280.

Beatrix Domicella de Bourbon. nup. Roberto de Francia Com. de Clermont. † 1. Oct. 1310.

Johannes sponsus *Alisæ Ottonis Burg. fil.* † ante nupt.

Hugo V Dux Burg. † cælebs 1315.

1349. Johannes *D. Eurgund. & Artesiæ Philippi Longi R. Gall. f.*

Philippus de Burgundia, Comes Artesiæ, & Burgu *helmi X C. Bonon. & Arverniæ f. & h. 1338.* †

Johanna promissa Amadeo VI. Com. Sabaud. † ante fratrem.

Philippus Dux Burgundiæ, Comes Artesiæ, Burgundi *Margarita Ludovici III C. Flandriæ fil.*

GIÆ TAB. VIII.

DICA PRIOR exhibetur.

UX BURGUNDIÆ. †an. 1075. *Helia ſive Ermengardis Dalmatii Dy-*

Simon de Burgundia. | *Conſtantia nup.* 1. Hugoni II. de Chalon ad Ararim. 2. Alphonſo I R. Caſtil. & Legion. 1080. † 1092. | *Hildegardis uxor tertia* Guidonis Godofredi cogn. Wilhelm. VII. C. Pictav.

Robertus *Epiſc. Lingonum.* | Henricus COMES PORTUGALLIÆ & Regiæ in ea ſtirpis ſator. | Reginaldus.

Monachus Ord. Ciſtert. † 9 Mart. | *Aliſa nup.* 1. Bertrando C. Toloſ. 1095. 2. Wilhelmo III. C. de Ponthieu. | *Florina.*

Raimundus de Burgund. *Agnes C. Monpenſer.* | Robertus *Epiſc. Auguſtodunenſ.* † 1140. | Henricus *Epiſc. Auguſtod.* † 1. Mart. 11 .. | Hugo de Burg. Ux. .... | Gualterius *Epiſc. Lingonum.*

Hugo de Burg. † juv. | *Mathildis nup.* 1. Eudoni II Dn d'Iſſodun. 2. Guidoni C. Nivern. 3. Petro C. Flandr. 4. Roberto C. de Dreux. | *Sibylla nup.* Anſerico Dn. de Montreal Seneſcallo Burgund.

1. Beraldo II. Dn. de 2. Roberto C. Clarimo Arverniæ. | *1. Maria nup.* Simoni Dn. de Semur. | 2. Andreas dictus DELPHINUS COMES DE VIENNE & D' ALBON. Vid. Tab. X. | *2. Mathildis nup.* Johanni de Chalon C. Burgund.

1229. 2. *Beatrix.* | *2. Johanna nup.* Rudolpho II C. d'Eu 1222. | 2. *Aliſa nup.* Humberto de Thoire Dn. de Villars.

1. Margarita nup. 1. Wilhelmo III Dn. de Mont S. Jean. 2. Guidoni Vicecom. de Limoges † 1290. | *2. Beatrix nup.* Hugoni de Lezignem XIV C. de la Marche 1276. † 1328. | *2. Iſabella ux.* Petri de Champly Dn. de Neufle. † 1323. | *2. Margarita nup.* Johanni de Chalon B. d' Arlay. | 2. Hugo Dn. d'Avalon & Monreal *Margarita, Johannis Cabil. C. Burgundiæ, f.* | *Johanna.*

Beatrix † innupta.

Maria nup. Eduardo I C. de Bar. | *Johanna nup.* Philippo C. de Valois poſtea Regi 1313 † 1348. | *Margarita nup.* Ludovico Hutino R. Navarræ, dein & Galliæ 1305. † 1313. | *Blanca nup.* Eduardo C. Sabaud. 1307. † 18 Jul. 1348. | Robertus n. 1298. Comes de Tonnerre per uxorem *Johannam de Chalon, Wilhelmi C. d'Auxerre & de Tonnerre f.* † 1334. ∞. | *Ludovico Pr. Achaiæ & Moreæ pet. ux. Mechthildem, Florentii de Hannonia & Iſabellæ Pr. Achaiæ & Moreæ fil.* 1312.

† 22. Sept. 1346. *Johanna Wil-* | Johannes † inf.

Arverniæ, Bononiæ, Cabilonis & Aſſonæ, Dn. Salinarum, n. 1345 † 1361, improlis. | *Margarita* † *in juventute.*

AD TAB. VIII.

POstquam *Burgundiæ Ducatus* (qui *Divionensis* etiam à sede Ducum appellabatur & *portio Burgundiæ superioris* Regni axiomate olim incluræ erat, cingitúrque ad *Orientem*, interfluente *Rhodano*, Sabaudia & Comitatu Burgundiæ, ad *Meridiem* Lugdunensi territorio, ad *Occasum* Nivernensium, Borboniorúmque agris, ad *Septentrionem* Campania) ad Regem *Robertum* I hæreditatis & belli jure (ceu *superius* dictum fuit) devenit, concessus postea est ab illius filio & successore *Henrico I* fratri suo ROBERTO loco *apanagii* & titulo *feudi*, indeque factum fuisse vulgò arbitrantur, quod Dux Burgundiæ primum locum sive *Decanatum inter Pares Galliæ* ab omni memoria obtinuerit. *Robertus* itaque primam Ducum Burgundiæ è Regia Gallica stirpe propaginem condidit, quemadmodum è tabula patet, atque insignium loco usus est cum posteris suis *scuto sexies auro & cyano obliquè à dextris fasciato, & margine coccineo circumdato*, hac tamen à natu minoribus distinctione addita, ut *quadrantem in angulo dextro* apponerent & quidem *Domini de Montagu argento* tinctum, *Dynastæ* verò *de Sembernon vellere hermionico* exornatum.

ROBERTUS I DUX BURGUNDIÆ postquam filios duos majores natu HUGONEM, & HENRICUM turbato mortalitatis ordine extulisset, reliquos ROBERTUM & SIMONEM hæredes Ducatus instituit, & vivus subditos in illorum verba adegit. Sed simul ac vita excessit, nepos ipsius HUGO ex *Henrico* natus regimen Ducatumque affectavit, atque utroque potitus patruos solum vertere coëgit. *Robertus* in Siciliam delatus, ab *Adelaide Rogeri C. Siciliæ* vidua, filiique impuberis tutrice benignè exceptus delectúsque est, cui filia nuberet, quique usque dum ad maturam ætatem gnatus perventurus esset, ad gubernacula sederet. Sed malum haud malæ administrationis per decennium gestæ præmium ille tulit, utpote à socru, cum legitimam ætatem filius ejus attigisset, veneno è medio sublatus. *Sanmarthan.*

HUGO I DUX BURGUNDIÆ cum conjugem fatorum lege amisisset, neque ex ea prolem haberet, pertæsus curarum mundi Ducatum fratri concessit, regiminisque clavem cum rosario commutaturus, a. 1098 cilicium sumsit.

HENRICUM gloriæ stimulis concitatum cum globo fortium virorum militatum adversus Infideles in Hispaniàs abiisse, ibique ab *Alphonso Rege Castiliæ & Legionis*, cui virtutem suam egregiis documentis probaverat, filiam ipsius naturalem *Theresiam* in matrimonium cum dote oppidi ad ostium *Durii* siti, quod *Porto* vocant & ad Lusitaniam, cujus reliqua ea tempestate à Mauris adhuc tenebantur, pertinet, accepisse, stirpem *Regum Portugalliæ*, è qua hodiernus etiam Rex prodiit, quámque hoc loco recensere incongruum puto, proseviſse, pleraque gravissimorum auctorum monumenta testantur.

EUDO I DUX BURG. cruciatam secutus vitam *Tarsi* in Cilicia morbo finivit: eò quippe post cladem, quam Galli ab Infidelibus per proditionem Alexii Imper. Constantin. passi erant, sese receperat. *Sanmarth.*

HUGO III DUX BURG. interfuit expeditioni Orientali Regis *Philippi Augusti*, & ab eo reditum adornante *Locumtenens Generalis* exercitus sui constitutus est: verùm hoc munere, non ut bonum fortémque virum decet, functus esse, culpatur, neque etiam diu illud tenuit, *Tyri* citò morte abreptus. *Sanmarth.*

EUDO III. DUX BURGUNDIÆ ducta secundis nuptiis *Adelheide de Vergy*, longis contentionibus quæ inter Duces Burgundiæ & Dominos de Vergy intercesserant, finem imposuit, dictamque Dynastiam dotis loco à socero accepit. Cruciatæ adversus Infideles atque Albigenses aliquoties nomen dedit, cumque tertium in Orientem iter adornaret, *Lugduni* morbo correptus obiit. *Sanmarth.*

HUGO IV DUX BURG. facta cum *Johanne Cabilonense C. Burgundiæ* permutatione ab ipso *Comitatum Cabilonensem* & quicquid eis *Ararim* tenebat nec non *Alsonam* accepit, viciſſimque in ipsum transtulit loca nonnulla prope Vesontium sita, quæ à *Ioscerano Dynasta de Brancion* acquisiverat.

EUDONEM

EUDONEM & JOHANNEM fratres ex una eademque domo uxores duxisse tabula indicat; istæ verò amplarum ditionum hæredes erant, tam ex parte patris *Archambaldi Dn. de Bourbon*, quàm matris *Jolandæ de Chastillon*: & *paterna* quidem *hæreditas* filiarum minori natu *Agneti* obtigit, unde *Johannes* ejus maritus titulo *Domini de Bourbon* uti cœpit; *maternam* autem, quæ *Comitatus Nivernensem & Antissiodurensem* complectebatur, *Mathildis* obtinuit, & cum *Eudone* tori socio communicavit.

EUDONIS IVD. BURG. magna regnante *Philippo Valesio* fuit existimatio atque auctoritas egregiis virtutibus & meritis in bello Flandrico & Anglico parta; Idem *Comitatum Burgundiæ cum Ducatu*, à quo jam pridem separatum fuerat per matrimonium iterum *conjunxit*, unione haud quidem diu duratura.

De præmaturo PHILIPPI BURGUNDI, cui *Comitatus Artesiæ & Burgundiæ* ex hæreditate materna obtigere, fato hæc apud *Froissardum Lib. 1. Hist.* leguntur: *Anglus parta ad Cressiacum victoria cum Caletum obsidione cinxisset, Galliæ Rex Philippus VI nunciavit Johanni Duci Normandiæ filio arcem Aiguillon in Aquitania oppugnanti, ut relicta obsidione copias suas in Galliam adduceret, quo Anglis omnia passim occupantibus resisti posset. Priusquam hæc ad exercitum essent delata, prælium fuit inter Gallos & Anglos; hoc interfuit Philippus Burgundionum Ducis filius: qui collapsus cum equo non ita multò post vitæ functus est.*

PHILIPPUS ultimus ex hac linea DUX BURGUNDIÆ in flore ætatis, & haud dubiè antequam solemnia matrimonii cum *Margarita Flandrica* peragere potis fuit, fatorum iniquitate raptus opulentam hæreditatem consanguineis reliquit; *Ducatus Burgundiæ* & quicquid ab ejus avo *Eudone IV* provenerat, ad *Johannem Regem Galliæ*, cui mater defuncti secundùm nupsit, delatus est, non *jure* Coronæ, aut lege reversionis Apanagiorum, sed *proximitatis*, quippe *Johannes* natus erat ex sorore prædicti *Eudonis*, amita magna *Philippi*, atque ita Ducatus Burgundiæ cum corona Gallica conjunctus iterum fuit. *Comitatus Burgundiæ & Artesiæ* viduæ Philippi *Margaritæ Flandricæ* (nuptæ postea *Philippo Audaci D. Burgundiæ* posteriori sed turpi) obtigere, respectu matris illius *Margaritæ de Francia*: hæc enim *Ottonis IX Com. Burgundiæ & Mathildis C. Artesiæ* filia fuerat. *Arverniæ & Bononiæ Comitatus* post *Johannæ*, matris *Philippi*, mortem ad illius patruum *Johannem de Bononia Dynastam de Montgascon Com. de Montfort* devenerunt. *Sanmarth. Insulellus Hist. famil. Arvern. l. 2. cap. 25.*

FAMILIÆ RE

LINEA MONTAGVE

ALEXANDER DE BURGUNDIA, Hugonis III Ducis Burgundiæ *Com. de Chalon fil.*

Eudo I. Dn. de Montagu & de Chagny. *Elisabetha de Courtenay, Petri Imperat Constantinop f. Gualtieri de Barvid.*

Alexander de Montagu † cœlebs. | Wilhelmus I Dn. de Montagu *Jacobina, Hervei Dn. de Sombernon & Malain f. & h.* | Scæv

Wilhelmus II Dn. de Montagu & de Malain, *Maria des Barres.* | Alexand di

Eudo II Dn. de Montagu. *Johanna de Prigny, Henrici Dn. de S. Croix f.* | *Alisa nup.* Wilhelmo de Joign *Eq. Dn. de S. Maurice.*

Henricus Dn. de Montagu. Odardus. | *Johanna nup.* Reginaldo Ursino. | *Margarita nup.* Jordano Ursino. | *Isabella nup.* Roberto Damas Eq. B. de Marcilly, Vic. de Chalon.

Huguette de Montagu † in juv. | Wilhelmus Dn. de Sombernon & de Malain. *Laura de Bourdeaux Dn. de Chastelux.* | Petru C

Johannes Dn. de Sombernon † 1390. *Maria de Beauvier, Guichardi Dn. de Perreux f.* | Petrus Eques Dn de Malain & de Maison-Baude. | Stephanus de Montagu. | *Maria nup.* 1. He leure, 2. Gu

Catharina Domicella de Sombernon nup. Wilhelmo de Villiers sur Sey. | *Odeta de Montagu nup.* Beraldo de Coligny II Dn. de Crecia. | *N. de Montagu uxor* Gerardi de Rougemont.

Claudius de Montagu L Lonuy, Baro de la Fe leris cr. 1468. occ. i *Bertrandi III Dn. de L*

Johanna de Montagu notha natalib Armigero, Dn. de Espiry & de

GIÆ TAB. IX.

Quæ

NSIS è *Burgundica* orta continetur.

F. DN. DE MONTAGU & de Chagny. †1205. *Beatrix, Wilhelmi II.*

Alexander de Montagu, *Episcopus Cabilonnensis* † 1261.

ola de Montagu. Eudo. Philippus de Montagu, Dn. de Chagny. *Flora de Antigni.*

er de Montagu Dn. de Sombernon & Malain. *Agnes de Neufchastel.* *Johanna Domicella d' Antigny & de Chagny nup.* Theodorico de Montbeliard, Dn. de Montfort.

ay Stephanus I. Dn. de Sombernon & de Malain, †1315. *Maria de Baufremont Dn. de Couches.* Eudo Dn. de Marigny.

Johanna monialis. Stephanus II Dn. de Sombernon & Malain. *Johanna de Verdun.* Philibertus I Dn. de Couches. Wilhelmus Dn. de Marigny. *Johanna de Dracei Dn. de la Grange.*

s Dn. de Malain *Margarita Domicella de Chapes.* Hugo Dn. de Couches. *Johanna de Saillenay.*

enrico de Sauvement II. Dn. de Baidoni de Boval Dn. de Naveuse. Johannes Dn. de Couches. †ao. Philibertus II. Dn. de Couches. *Johanna de Vienne.* Alexander *Abbas ad S. Benignum Divion.* †1417.

Johannes de Montagu II. Dn. de Couches, de Lonuy & de S. Perreuse. *Johanna de Mello, Wilhelmi Dn. de Givry & d' Espoisse f.*

Dn. de Couches, d' Espoisse & de lerte-chaudron, Eques Aurei Velin pugna Bussiana 1470. *Aloisia Tuor d' Auvergne, f. 1432.* *N. nupta* Philippo de Vienne Dn. de Listenois. *N. uxor* N. de Blesy Vicec. d' Arnay. Hugueninus & Otheninus de Montagu *nothi.*

lus *donata nup.* Hugoni de Raburin Balote.

AD TAB. IX.

DYnastarum *de Montagu*, quorum Genealogiam hæc tabula exhibet, incunabula tenebris ac silentio diu involuta eruit, nativúmque eorum splendorem primùm reduxit *Andreas Quercetanus* sive *Duchesne* in *Historia familiæ Burgundicæ*; hujus posteà vestigia legêre *Sammarthani fratres*, gentísque illi regiam originem suo assensu, solidísque argumentis confirmatiorem reddiderunt. Situm est dominium *Montagu* in pago Cabilonnensi & per HENRICI postremi è linea primogenita sorores partim ad *Eudonem IV. Ducem Burgundiæ* titulo permutationis, partim lege matrimonii ad familiam *Damas* & quidem ad filium secundogenitum *Roberti II. Damæ Dominì de Marcilly* & *Isabellæ de Montagu* transiit. Ille itaque *Philiberti* nomen gerens cognomentum *Dominì de Montagu* sibi sumsit, idque ad progeniem suam transmisit. Frater autem ipsius natu major *Hugo Damas* stirpem Dominorum *de Marcilly* propagavit, atque è gnato *Erardo* nepotis habuit *Iacobum* & *Johannem*; ab *hoc* ramus *Dominorum d'Anlezy* prodiit; ille *Johannem* genuit, cui uxor *Anna de Digoine* dominium *Thianges* attulit, & *Georgium* peperit, patrem è *Johanna Kupichovartia* Chandeneria *Claudii* & *Leonori*. Prior stemma Dominorum *de Marcilly*, titulo etiam *Vicecomitum de Chalon* utentium, continuavit; *Leonorus* verò lineam Dominorum *de Thianges* condidit, factus è *Claudio d'Orge* pater *Francisci*, quo & *Francisca de Dyo* natus *Carolus*, Comitis titulo auctus atque a. 1638 mortuus *Johannam de la Chambre*, Johannis Com. Montisfortis filiam in matrimonio habuit, atque ex ea suscepit *Iacobum Damas Comitem de Chalancé*, qui in pugna propè *Sedanum* a. 1641, d. 6. Julii commissa cecidit, & *Claudium Leonorum Marchionem de Thianges*, *Comitem Palatinum de Dion & Dominum de Chalancé*, superstitem. Huicè *Gabrielide Kupichovartia Mortemaria* natos esse accepimus gnatas duas, videlicet *Dianam Gabrielidem* & *Aloisiam Adelheidin*, *Philippo Mancini Duci Nivernensi & Ludovico Sforziæ Duci d'Onnano* nuptas, filiúmque unicum *Claudium Philibertum*, dictum *Comitem de Chalencé*, cui sub finem anni 1685. ducta est gnata unica *Marchionis de Roche-chifard*.

CLAUDIUS *de Montagu Dn. de Couches*, cum quo omnis Burgundica stirps prior in Gallis defecit, Ducibus Burgundiæ, è posteriore scilicet linea, *Philippo Bono* & *Carolo Pugnaci* à consiliis & cubiculo fuit atque à posteriore torque *Aurei Velleris* in Capitulo *Brugis* a. 1468. habito decoratus est. Vitam amisit in pugna *Bussiana*, qua Rex *Ludovicus* XI *Carolum* Burgundiæ Ducem superavit.

AD

AD TAB. X.

Viennenſium in Gallia *Comitum*, qui *Delphini* jam ab antiquo ſalutantur, Hiſtoriam à prima eorum memoria ad hanc noſtram ætatem usque, poſt *Sammarthanos*, *Juſtellum* & *Guichenonium* peculiari libello Gallico a. 1683. edito *Dominus de Gaya* excoluit, quem in ſtemmate, quod hac tabula exhibetur, ſecutum me eſſe haud diffiteor. Quamquam verò illi tantùm, qui è *Burgundica* domo orti Comitatum illum poſſedére, hue pertineant, cum tamen hi tertiam generationem non exceſſerint, ne plus juſto vacet pagina, integram *Comitum Viennenſium* ſeriem à prima origine ad illud usque tempus, quo *Delphinatus* Coronæ Gallicæ incorporatus fuit, recenſere operæ pretium duxi. Originem autem *Viennenſis Comitatus* in ſeculum undecimum ſupra dictus Auctor conjicit, quo Arelatenſe regnum, poſt Rudolphi Ignavi ultimi Regis obitum, Germanico coaluit imperio. Nam ut alii cum in eo regno Principatus ſurrexerunt, proceribus ditiones, quibus regendis præfecti à Germaniæ Regibus erant, inter turbas bellicas paulatim patrimonio ſuo vindicantibus, ita eodem tempore, eadémque occaſione *Viennenſem* quoque *Comitatum* natum exiſtimat, modicam regni illius partem complexum; *Delphinatus* verò titulum à Comitiſſæ cujusdam Viennenſis *Delphinæ* dictæ, nomine proprio (contra quam alii putant, de quibus vid. *Spen. Op. Herald. Lib. 1. c. 24. §. 30.*) acceſſiſſe memorans. Comitum verò ipſorum primam familiam à *Comitibus Superioris Burgundiæ* derivat, quorum porrò originem à *Carolo* M. repetere nititur. *Scuto* Comites Viennenſes uſi ſunt *aureo*, *Delphinum cærudeum*, *auribus rubeis* referente.

GUIGO REIMUNDUS *Comitum de Lyon & de Forés* fator extitit per filium *Guigonem*, qui avunculo ſuo in his Comitatibus ſucceſſit, progeniemque edidit, quæ ultra medietatem ſeculi XIV duravit, demúmque in *Ludvico* & *Johanne* fratribus *Comitibus de Forés* defecit. Horum hæreditatem ſoror, quam unicam habebant, *Johanna* Beraldo IV Com. de Clermont, Delphino Arverniæ, marito ſuo attulit, cujus cum filia poſteà ad *Borbonios* Comitatus *Forés* transiit; *Lugdunenſi* jam dudum ad *Archiepiſcopum* per contractum translato. *Sam. Guichenon. Hiſt. de la maiſon de Savoye p. 1193.*

E conjugio BEATRICIS & *Roberti VI C. Arvernia* filium natum fuiſſe *Gaya* refert, qui *Delphinus* ſalutatus eſt, eámque *Arvernia* partem, quæ ex paterna hæreditate ad eum pervenit, *Delphinatus* titulo armísque inſignivit. Aliter paulò rem *Chriſt. Juſtellus* (*Hiſtor. de la maiſon d' Auvergne lib. 4. cap. 1.*) enarrat & *Robertum C. Arvernia*, quem *Quartum* non Sextum vocat, è *Beatrice Delphina* genuiſſe ait *Wilhelmum V.* hujus nominis, Comitem Arverniæ, quem patruus cognominis maxima aviti Comitatus parte ſpoliaverit, non niſi exiguum diſtrictum, in quo oppidum *Vodable* eminuit, ipſi relinquens. *Wilhelmum* V. verò è *Johanna de Calabria* ſuſcepiſſe filium, quem in memoriam avi materni *Delphinum* appellaverit, quíque id nominis ditioni poſteà ſuæ impoſuerit atque ad poſteros transmiſerit. Longo temporis ſpatio interjecto hic titulus *Delphini Arvernia* in familiam *Borbonio-Montpenſeriam* hæreditate delapſus eſt, ex qua eum *Virgo Aurelianenſis* hodiè geſtat, ceu ſuo loco dicturi ſumus.

ANDREAS DE BURGUNDIA *ſecundam* Delphinorum Viennenſium *familiam* inchoavit, locúmque hunc mentioni eorum dedit. Cum prima uxore divortium is fecit ob cognationis propinquitatem; nam *Wilhelmus C. de Forcalquier* Beatricis avus maternus, *Eudonem II. D. Burgundiæ*, Andreæ avum, *avunculum* ſuum ſalutaſſe legitur. Secunda *Andreæ* conjux ipſo mortuo ter adhuc nupſit, primò *Guidoni Dn. de Baugey & de Breſſe*, tum *Johanni Dn. de Chaſtillon*, denique *Petro Dn. de la Roüe*.

JOHANNES I ex equo, quem calcaribus nimium concitaverat, lapſus vitam præmatura morte finivit, ANNAMque ſorrem ſuam nominis ditionumque hæredem poſt ſe reliquit, quæ in *Turriam* domum denupta, *tertiam* Delphinorum Viennenſium *familiam* condidit. Inhiabat quidem *Johannis* hæreditati Robertus II Dux Burgundiæ ſéque proximum defuncti hæredem maſculum, eóque ipſo potiorem eſſe præferebat; ſed auctoritate Regis *Philippi Pulchri* poſſeſſio Delphinatus ANNÆ HUMBERTOque corroborata fuit. Is extremos vitæ annos, quibus uxori ſuperfuit, inter *Carthuſianos* exegit, & præter liberos legitimos in tabula enumeratos, è concubina ſuſtulit *Wilhelmum de la Tour*, & gnatam, quæ *Henrico de Drine*, nupſit.

FAMILIÆ R
DELPHINOS D
quorum aliqui è domo *Burg*

GVIGO I. cogn. Senior, Rudolphi F. Comes Prov
in Abbat. Clunacenſi † 22. Apr. 1075. Ux. *Goth*

Guigo II. cogn. Craſſus, C. Grat nopol. & Albonenſis, tandem *monachus in monaſterio Prioratus S. Roberti* à ſe fu
dato † m. Jan. 1125, 1. N. *de Anglia, 1106.* 2. *Agnes, Reimundi Berengerii C. Barcinon. f.* 3. *Delphina C. de*
bon.

Guigo III. cogn. Delphinus, obiit è vulneribus in pugna adverſus Amadeum ſororium ſuum acceptis a. 114
Margarita, Stephani C. Burgund. & Agnetis Zæringenſis f. † 1163.

Guigo IV. Delphinus, primus *Comitis Viennenſis* titulum uſurpavit, jure à Bertholdo D. Zæringenſi acqu
ſito a. 1155. † 1163. *Beatrix* ſive *Stephana, Wilhelmi M. Montferrat f.*

Humbertus Delphinus † juv. — *Alexia nup.* Oldario Pr. Pedemont.

2. ANDREAS DE BURGUNDIA, dictus DELPHINUS, C. de Viennois, de Gapenſois & d' Albon. † 1237.
1. *Beatrix, Reineſii de Clauſtral & Gerſande C. de Forcalquier f.* 1203. 2. *Beatrix de Mont-*
ferrat.

1. *Beatrix promiſſa* 1. Herveo de Donzy C. de Nevers, *nup.* Almarico de Montfort, vel Demetrio de Montferrat, R. Theſſalon.

2. Guigo V. Delphinus de Viennois C. Albon † 1270. *Beatrix, Petri C. Sabaud. f.* 4. *Dec.* 1242.

Johannes I Delphinus de Vienn. C. Albon. † 1282. *ux. Bona, Amadei IV C. Sabaud. f.*

Andreas Delph. † juv.

Johannes II. Delph. Vienn. C. Albon. † 3 Mart. 1319. *Beatrix Caroli Martelli R. Ungar. f.*

Hugo Delph. B. de Foucigny † 1323. *ux. Maria Amadei V C. Sabaud. f.*

Guido Delph. B. de Montauban, *Eq. Templ.*

Henricus *Epiſc. Metenſis.*

Hugo Delphinus † ante patrem.

Guigo VI Delphinus Viennenſis C. Albon. † 28. Aug. 1333. è vulneribus in oppugnat. caſtri Peyrriere adverſus Sabaudos acceptis *ux.* *Iſabella Philippi Longi R. Gall. f.*

Humbe
ne, Co
Baron
cinus
1332.

Johannes Delphinus Dn. de Chaſteauvilain. *nothus.*

Andreas

EGIÆ TAB. X.

E VIENNOIS,

ndica prodierunt, recensens,

ciæ Gratianopolitanæ, demum *Monachus Ord. Benedicti*

a.

Guigo Reimundus duxit *Reimundam, Artaldi V. C. de Forés f.* | Richardus. | Armandus. | *Adelheidis nup.* N. Dn. de Hauterive.

Mathildis nup. Amadeo III. Com. Sabaudiæ.

Beatrix nup. Roberto VI. C. Arverniæ. | *Margarita uxor* Æmari C. de Valentinois.

Beatrix nup. 1. Taillefero C. de S. Gilles 1163. 2. Hugoni III. D. Burgundiæ 1184. 3. Hugoni Dn. de Coligny.

2. *Mathildis de Burgundia nup.* Johanni Cabilonio C. Burgund. | 3. *Beatrix de Coligny nup.* Alberto Dn. de la Tour du Pin.

2. Johannes Delphinus. | 2. *Anna nup.* Amadeo IV. C. Sabaud.

atharina. nupt. | *Anna Delphina de Viennois C. Albon, fratris hæres, quam duxit* Humbertus de la Tuor a. 1282. *ipsa obiit* 1296. *ille* 1307.

nup. Johan- 2. de Forés 7. † 1310. | *Margarita ux.* Friderici M. de Saluces. | *Beatrix n.* Hugoni de Chalon, Dn. d'Arley. | *Catharina nup.* Philippo de Sab. Pr. Achajæ. | *Alexia nup. 1.* Amadeo V. C. Sab. 1295. 2. Aimaro de Poitiers C. de Valentinois. | *Anna nup.* Raimundo de Baux Pr. † Arauſ. | *Maria moni- alis* † 1334.

II Delphinus Viennenſis, Princeps de Briançonnois, Dux de Champſoy, Marchio de Ceſa- es de Vienne, d' Albon, de Graiſivaudan, d'Ambron, de Gappenſois & de Andrie, Palatinus, a Tour & de Foucigny, *Patriarcha Alexandriæ*, Locumtenens & Capitaneus generalis exer- . ſedis. † 22. Maji 1355. *Maria de Baux, Bertrandi C. de Montescayeux & d' Andrie f.* | *Catharina n. 1318. † in- fans.*

lphinus Viennenſis. † 1338. | Amadeus de Viennois *nothus*, autor Dominorum *de Vi- ſon*, qui adhuc ſuperant.

HUMBERTUS II cum filium unicum tristi fato amisisset, præcipiti ex fenestra lapsu extinctum, aegravissimis præterea bellis à Sabaudiæ Comite affligeretur, ditionem suam potentiori cuidam Principi, à quo Sabaudi validius retunderentur, permittere decrevit. Ac primum quidem ad Clementem VI Papam, qui Avenione sedem habebat, adjecit animum, sed obnitente, nec Papam dominum patiente Equestri in Delphinatu ordine, ad Philippum Valesium Galliæ Regem se convertit, eique a. 1343. Delphinatum concessit, summam sibi 40000. Imperialium ac annuam 2000 florenorum pensionem pactus, *ea* inter alias *lege* adjecta, *ut primogeniti* deinceps *Galliæ Regum filii, simulac lucem aspexissent, titulum nomenque Delphini gererent, Delphinatum supremo jure tenerent, & Franciæ insignibus Delphinatus tesseram quadripartitim jungerent; Regi verò nihil in provinciam hanc potestatis competeret, nisi illo tempore, quo prole mascula destituitur.* Hoc modo cum regno Galliæ coaluit Delphinatus. Tametsi enim Humbertus post mortem uxoris suæ mutasse sententiam visus est, animúmque ad secundas nuptias spe prolis suscipiendæ appulit, ab hoc tamen instituto demotus, a. 1349. novis pactis ditionem omnem *Carolo*, Philippi Valesii Galliæ Regis è filio Johanne nepoti, postea inter Galliæ Reges hujus nominis V, traditis Delphinatus insignibus, *gladio Delphinal. & vexillo S. Georgii* cum *sceptro & annulo* concessit; filio tamen suo naturali annua pensione assignata. Ipse verò monasterium ingressus, ac in Presbyterorum ordinem, ne relinquere vitam monasticam posset, receptus à Papa Patriarchatu Alexandriæ, nec non administratione Archiepiscopatus Rhemensis donatus est.

AD

AD TAB. XI.

COmites *Valesii* antequam ad regnum pervenirent, scutum suum à regio distinxere *limbo rubeo*; quem *Bituricenses*, quos eadem hæc tabula refert, *dentibus* asperarunt.

CAROLO filio suo secundogenito Rex *Philippus Audax apanagii* loco assignavit pagum *Vadensem*, sive *Valesium*, quem idcirco in *Comitatum* erexit; huic postea adjunxit Comitatum *Alentionensem* ac *Perticum*; & denique *Carnutensem*. Pontifex Rom. *Martinus* IV cum Regem Arragoniæ Petrum excommunicasset, eidem *regna Arragoniæ* & *Valentiæ* donavit, utque illa occuparet, imperavit; & cum avit *Carolus* justa Papæ exsequi, sed incœpta desererе coactus est. Pace postea inter Carolum Andinum Arragoniosque sancita ille *Valesii* generi sui prætensiones in prædicta regna *Comitatibus Andino & Meduanensi*, ceu supra etiam notatum est, redemit.

Post facta trigæ fratrum Regum, *Ludovici Hutini*, *Philippi Longi* & *Caroli Pulchri*, qui omnes masculâ prole caruerunt, delata fuit rerum in Gallia summa ad PHILIPPUM VALESIUM proximum illorum agnatum & patruelem, neglectâ *Isabella* quæ defunctorum soror erat, burúsque filio *Eduardo* III *Rege Angliæ*, vigore legis, quam *Salicam* appellant, quâque fœminas à successione in regno Galliæ arceri perhibent. Hæc res acerrimorum & diuturnorum bellorum inter Gallos Anglósque origo ac materies fuit, Eduardo existimante sibi potius regnum deberi quàm Valesio, incensúmque illum stimulante, atq; adeò oleum camino, ceu est in proverbio adjicience *Roberto Artesiense*, qui cum ob causas supra memoratas Philippi Regis sui gratiam amisisset, aula regnoq; exturbatus in Anglia profugium quæsivit & reperit, atq; ab Eduardo inter arcanorum arbitros cooptatus fuit, quemadmodum fusius *Froissardus* refert, qui etiam cruenti istius belli historiam monumentis suis mandavit. Cæterum incorporavit Philippus Coronæ Gallicæ *Delphinatum*, eo quo in *notis ad tab. superiorem* dictum est modo, Dominium etiam *Montispessulani* in Linguadocia à Jacobo Rege Arrag. pretio acquisivit. *Mez.*

JOHANNES II REX quo gravius cum adversa fortuna (cujus pertinaciam inprimis in *pugna Pictavienſi* sensit, qua exercitu amisso in victorum Anglorum potestatem pervenit) conluctatus est, eò major constantiæ animíque inconcussi documenta edidit, ita ut Angliæ Regi Eduardo, in pretium libertatis summum Galliæ imperium flagitanti, fortiter oggereret: *non tanti esse libertatem Regis, ut regni servitus ejus pretium foret, paratúmque sese esse mori in vinculis, dum modo Gallia in libertate ageret.* Neque minus innatam mentis indolísque bonitatem, quæ etiam in cognomentum ei cessit, conservavit, tantaque ejus integritas fuisse fertur, ut dicere solitus fuerit, *quando fides & promissi securitas ab orbe exularent, ab ore tamen & mente Principis unquam ablegandas esse*; sed hos quo minus ad servanda pacta adigi possent, eò magis sua sponte stare promissis debere. *Froissard.* Instituit Johannes *Ordinem Equitum Stellæ* a. 1351, effusum processu temporum atque obsoletum.

CAROLUS V primus fuit qui patre superstite *Delphini Viennensis* titulum, postea primogenitis Regum usu continuo receptum, gessit. *Sapientis* cognomentum ipsi prudentia peperit, qua res Gallorum, cladibus ab Anglis acceptis, & turbis à Carolo Malo Rege Navarræ subinde redintegratis, labefactatas, restituit, hostiúmque ferociam consilio potius & cunctatione, quàm telis manibúsque, fregit. Dominium Regium, de quo per abalienationes diminutio facta erat, instauravit, Comitatus etiam *Auxerre* & *Pezenas* cum parte *Droceusis*, nec non dynastias *Creil* & *Mouzon* pretio acquisivit & coronæ incorporavit. Constitutionem quoque sanxit, ut filii primogeniti Regum Galliæ imposterum simul ac *decimum & quartum* ætatis annum impleverint, pro *majorennibus* (ceu loquiamant) & ad inaugurationem idoneis haberentur, atque homagium à subditis acciperent.

JOHANNEM DUCEM BITURICENSEM diversis inter se vitiis luxuriæ atque avaritiæ deditum, prætereà imprudentem injustum, crudelem, sanctimoniæ & beneficentiæ simulatorem fuisse, qui ut haberet, quo templa donariis cumularet, sumptuosè viveret, quodque in alios profunderet, provincias exhaurire, plebem expilare, nullúmque exactionis genus reliqui facere ludos putaverit, *Laburerius* in *Introd. ad Hist. Car. VI.* refert. Nec sine admirationis ac doloris significatione enarrat idem auctor malignitatem fatorum, quibus post excessum *Caroli* V vexata est Gallia, dum afflictissimo regni statu, ne quid malis publicis deesset, nulli saluti illius vehementius obstarent,

FAMILIÆ RE

LINEA VAL

REGES nec non DUCES BITURIC

CAROLUS DE FRANCIA, Philippi III Audacis Regis
con & du Perche. † 9. Oct. 1325. Ux. 1. *Margarita, Ca*
Conſtant. f. 1299. 3. *Mathildis, Guidonis de Châtillon, C.*

1. *Iſabella n.* Johañi III. D. Britann. 1296. † 1309.

1. *Johanna ux.* Wilhelmi Boni C. Hannon. Holland. & Zeeland. 1305. † 7. Mart. 1400.

1. PHILIPPUS REX inauguratus 28. Maji 1328. † 22. Aug. 1350. 1. *Johanna, Roberti II D. Burg. f. 1313 † 1348.* 2. *Blanca, Philippi R. Navar. f. 29. Januar. 1349.* † *5. Octobr. 1398.*

1. Carolus COMES D'ALANÇON ET DE CHARTRES. Vid. Tab. XV.

1. *Margarita nup.* Guidoni de Chatillon I. C. de Blois 1310.

2. Johannes & *Catharina* obiere in juv.

1. JOHANNES II BONUS REX inaug. 26. Sept. 1350. † 8. Apr. 1364. æt. 56. 1. *Bona, Johannis R. Bohem. f. 1332. † 11. Sept. 1348.* 2. *Johanna, Wilhelmi C. Arvern. f. Philippi de Burgundia vid. 1349. 19. Febr.*

1. Anonymus 1328.

Ludovicus n. 8 Jun. † 23. Jun. 1330.

1 CAROLUS V. SAPIENS, REX, n. 21. Jan. 1337. inaug. 19. Maji 1364. † *16.* Sept. 1380. *Iohanna Petri I. D. Borbon. f. 1349.*

1. Ludovicus DUX D' ANJOU. Vid. Tab. XIII.

1. Philippus DUX BURGUNDIÆ. Vid. Tab. XIV.

1. *Johanna nup.* Carolo III. R. Navar. 1353. † 3. Nov. 1373.

1. *Agnes n. 1345. 9. Decembr.* † *inf.*

Johanna n. m. Sept. 1357. † *21. Oct.* 1360

Bona † 7 Nov. 1360.

Iohanna n. 7 Iun. † *21. Dec. 1366.*

CAROLUS VI REX n. 3. Dec. 1368. inaug. 4. Nov. 1380. † 20. Oct. 1422. *Iſabella, Stephani D. Bavar. f. 17. Iul. 1385.* † *31. Sept. 1435.*

Maria n. 27. Febr. 1370. † 1377.

Ludovicus DUX AURELIANI. Vid. Tab. ſeq. XII.

Carolus n. 25. Septemb. † 28. Decembr. 1386.

Iſabella nup. 1. Richardo II. R. Angl. 1396. 2 Carolo D. Aurelian. 1406. † 1409.

Iohanna n. & † 1388.

Carolus Delphinus n. 6. Febr. 1391. † 1400.

Ludovicus Delphinus n. 22 Jan. 1396. † 18 Dec. 1415 *Margarita Iohannis D. Burgund. f. 1404.*

Johannes Delphinus † m. Apr. 1417. *Iacoba, Wilhelmi Bavari C. Hannon f. 1406.*

LUDOVICUS XI. REX n. 6. Jul. 1423. inaug. 15. Aug. 1461. † 30. Aug. 1483. 1. *Margarita Iacobi I. R. Scot. † 1436.* 2. *Carola, Ludovici D. Sabaud. f. 1457.* † 1493.

Philippus, n. 4 Jan. †. m. Jun. 1436.

Jacobus † 1437

Carolus D. de Berry & Guyenne n. 1446 28. Dec. † cœlebs 12 Maji 1472.

Radegunda deſp. Sigismundo D. Auſtr. 1430. † *ante nupt.*

Iolanda nup. Amadeo VIII. D. Sabaud. † 19 April. 1478.

Joachimus n. 25. Jun. 1459. † infans.

CAROLUS VIII. REX n. 30. Jun. 1470. inaug. 5. Jun. 1484. † 7. Apr. 1498. *Anna, Franciſci D. Britanniæ f. & hæres.*

Franciſcus D. de Berry n. 1472. m. Sept. † m. Jul. 1473.

Ludovica † infans.

Carolus Orlandus Delphinus. n. 10. Oct. 1492. †. 6. Dec. 1495.

Carolus Delphinus. n. 8. Sept. † m. Oct. 1496.

Franciſcus † infans,

Anna † infans.

EGIÆ TAB. XI.

…ſis
…IESIA inchoatur,

…NSES, qui ex ea prodiere, enumerantur.

…R. I. COMES DE VALOIS, d' Anjou, du Maine, d' Alan-
…Cæſ. II. R. Sicil. f. 1289. 2. Catharina, Philippi de Courtenay imp.
…C. S. Paulf. 1303. † 3. Oct. 1358.

…an C. …ina …ræ …or.	2. Catharina nup. Philippo de Sicilia Pr. Tarent.	2. Johanna ux. Roberti de Arteſia C. de Beaumont 1318. † 9. Jul. 1363.	2. Iſabella Abbat. de Fontevr. † 1349.	3. Ludovicus C. de Chartres † ætat. 11. Nov. 1328.	3. Maria nup. Carolo de Sic. D. Calabriæ. 1324. † 6. Dec. 1328.	3. Iſabella nup. Petro I D. Borbonii. 1336.	3. Blanca nup. Carolo IV. Imp. † 1345.

…Philippus Dux Aurelianenſis n. 1. …ul. 1336. † 1391. Blanca Caroli Pulchri f. 1344.	1. Maria nup. Johanni de Brabant. D. Limb. 1332. † 22. Sept. 1333.	2. Johanna poſthuma deſponſ. Arragonio D. Girondæ poſt Regi 1370. † 1371. ante nuptias.	Johanni	Johañes	nothus.

…a 3. Maria n. 1344. nup. …. Roberto D. Barri …h. 2364. † m. Octobr. 1404.	1. Iſabellan. 1. Oct. 1348. nup. Joh. Galeacio D. Mediolan. 1360.	1. Johañes DVX DE BERRY n. 30. Nov. 1340. † 15 Jun. 1416. 1. Johanna, Johannis I C. d' Armagnac f. 1360. 2. Johanna, Johannis III. C. Bonon. f. 1389.		1. Margarita n. 30. Sept. 1349. Monialis.		2. Blanca & Catharina obierunt in infantia.	

…Gabellan. …4. Julii 1373. † 13 …ebruar. …97.	Catharina nup. Johanni de Berry C. Montpenſ. 1386. † 1387.	1. Carolus C. Montpenſer. Maria de Sully.	1. Johañes C. Montpenſer. 1. Catharina patruelis, Caroli V. R. f. 1386. 2. Anna Borbonia, Johannis C. de la Marche f.		1. Bona nup. 1. Amadeo VII. C. Sabaud. 1376. 2. Bernhardo C. d' Armagnac 1393.	1. Maria nup. 1. Ludovico de Châtillon C. de Dunois. 1386. 2. Philippo Arteſ. C. d Eu 1392 3. Joh. Borbonio C. Claromõt. 1400 † m. Jun. 1434.	

…Philippus …2. & † …407.	CAROLUS VII REX n. 21. Jan. 1402. inaugur. m. Nov. 1414. † 22. Jul. 1461. Maria d' Anjou, Ludovici II R. Sicil. f. 1413.		Marian. 24. Aug. 1393. † 1438. Monialis.	Johanna nup. Johanni VI. D. Britann. 1404: † 2. Dec. 1432.	Michaelis n. 13. Jan. 1394. ux. Philippi Boni D. Burg. † 1422		Catharina n. 27. Oct. 1400. nup. 1. Henrico V. R. Angl. 1420. 2. Owino Tider.

Catharina nup. Carolo D. Burgund. 1439. † 1446.	Johanna nup. Johanni II D. Borbon. 1450. † 4. Maji 1482.	Magdalena promiſſa Ladislao R. Ungar. nup. Gaſtoni Fuxio, Pr. Vianæ 1462. † 1486.	Johanna n. 7. Septemb. † inf. 1438.	Maria.	Carola notha nup. Jocobo de Brezé, C. de Maulevrier.	Maria notha nup. Oliverio de Coitivy, Dn. de Taillebourg.

Anna nup. Petro Borbonio Dn. de Beaueu. poſt Duci de Bourb. 1473. † 1522.	Johanna Duciſſa de Berry n. 1464. nup. Ludovico D. Aur. poſt Regi 1476. repudiata obiit 5. Febr. 1504.	Johanna notha nup. Ludovico de Bourbon. C. de Rouſſillon.	Johanna notha nup. Antonio de Bueil, C. de Sancerre.	Maria notha nup. Audomaro de Poictiers, Dn. de S. Valier.

quàm quorum maximè intererat sartam eam ac tectam conservari. *Trevi* innuit Caroli V. *fratres* si superstites, nimirum *Duces Andegavensem, Burgundicum* & *Bituricensem*, fortes nec imperitos viros, sed ab affectibus suis adeò de sana mente deturbatos, ut cum reipt. incolumitas ex ipsorum concordia penderet, illi, dum suo quisque animo morem gerit, in diversa studia scinderentur; eoque ipso summum discrimen regno accerserent; cui mederi cum potestas nondum illis ademta esset, dummodo ad frugem rediissent, alieno maximè tempore vivere desierunt, mortéque sua ultimum pene exitium patriæ attulerunt. Sed *Bituricensis* Andino & Burgundo superstes non contentus malis, quæ ipsemet dedit, familiaribus etiam suis ad omnem insolentiam nequitiámque fenestram patefecit: ducebat illorum gregem Joh. de Betizac homo perditissimus, qui tandem scelerum suorum pœnam rogo, incredibili universæ Galliæ lætitia, injectus luit.

CAROLUS VI *lilia*, quæ hucusque Reges Galliæ absque numero determinato in clypeis suis gestarunt, ad *tria* reduxit, & *telamonum* loco scuto suo *cervum* ad utrúmque latus apposuit, vel ob somnium, in quo à cervo alato per aërem rapi sibi visus est, vel ob cervum quem insolitæ magnitudinis & collari ornatum, cui hæc verba inscripta erant; *Hoc me Cæsar donavit*, in saltu Silvanectensi aliquando ceperat. Calamitates, quibus eodem regnante domi forisque afflicta fuit Gallia, omnium illius ævi gentisque scriptorum monumenta, inprimis commentarii *Guidonis de Monceaux* & *Philippi de Villette* Abbatum Fani Dionysii, quos *Joh. le Laboureur* edidit, loquuntur & deplorant; maximè verò eas auxere sævi & mirabiles casus, quibus in sonticum incurabilémque morbum lapsus Rex est: cum enim is expeditionem adversus Johannem Britanniæ Ducem, quod hic Petrum de Craon percussorem Oliverii de Clisson Comestabilis protegeret, suscipere decrevisset, jámque d. 5. Aug. a. 1392 *Carnuto* egressus hostico appropinquasset, iter per sylvam habens primò repente inter arbores vir rusticus prodiit, procerus, horridus & corpore medio centonibus tectus, qui equum Regis habenis sistens terrifica voce inclamabat: *quo tendis Rex miser, regredere, proderis!* móxque iterum in silvam se immittens evanuit. Paulò post cum Rex sylva egressus esset, accidit, ut unus ex ephebis, qui lanceam ejus gestabat, sopore oppressus eam in galeam socii præcedentis impingeret, ad quem sonitum Rex vultum retro vertens, cum simul & demissam lanceam & fulgorem, quem edebat, cerneret, perterritus fuit, cúmque prioree etiam phantasmate vehementer perturbatus adhuc esset, structas sibi esse insidias putans, furore correptus moxque in phrenesin actus est, ita ut quasi inter medios hostes versaretur, districto ense in ephebos obviosque rueret; jámque tres quatuorve mactaverat, cum omnibus fugientibus, tandem cursu, æstu & labore sessus simul cum equo in fossam decidit, unde eductus *Cenomanum* deportatus fuit. Accessit biennii spatio interjecto novus casus, quo Rex vix aliquantum sanatus, in eandem intemperiem recidit: agitabantur in aula tegia nuptiæ illustris fœminæ, in iis Rex cum quibusdam è primaria juventute veste linea lana & pice tecta indutus & Faunum quendam repræsentans saltavit; cúmque Dux Aurelianensis, ut personatos cognosceret, facem uni illorum admovisset, subito vestimentum ejus ignem concepit & proximum quemque amplexus toto se dissipavit conclavi, & combustis affatisque aliquot ex illis qui Regi charissimi erant, ipse vix à Ducissa Bituricensi stola fœminea injecta servatus est. Recrudescente inde Regis morbo, ejusque vias contumacia medicorum operam eludente, de *Regente regni* designando deliberatum, & *Dux Burgundiæ* ad gubernacula, prætento Aurelianense, Regis fratre, admotus fuit, quo ipso Vatiniana illa inter utrámque domum Burgundicam & Aurelianensem odia nata sunt, quæ Galliæ Regnum, ab externis hostibus plus satis discerptum, ad incitas redegerunt, inprimis post infaustum illum diem, qui 25. Oct. a. 1415 fuit, quo vivente adhuc Carolo VI immanem cladem ad pagum Picardiæ, *Azincourt* dictum, Gallis Angli intulerunt, qua quatuor Regii sanguinis Principes cum Comestabili Carolo Albretano & flore nobilitatis Gallicæ perierunt. *Mezeray. Buffier.*

Cum *Carolus* VI jam mentis impos *Catharinam* filiam suam *Regi Angliæ Henrico* V. nuptui locaret, ita instinctu Reginæ, (quæ odio erga filium *Delphinum* postea CAROLUM VII dictum flagrabat:) necnon Ducis Burgundiæ inter alia cum illo pepigit, ut ipse dum viveret regnum Galliæ teneret, se autem vivis exempto ad Anglum ejúsque hæredes jure perpetuo id transferretur, quod penè ultimum vulnus regni Gallici fuit: licet enim *Henricus Angliæ* Rex socero præmortuus esset, illiúsque gnatus cognominis, qua tempestate *Carolus* VI diem obiit, vix secundum ætatis annum attigisset, rapere tamen Galliæ regnum Angli conati sunt, favíque ipsis fortuna adeò ut posteaquàm *Henricus* VI. *Anglus* Cal. Dec. a. 1431. Lutetiæ Parisiorum in Regem Galliæ coronatus fuisset, *Caroli VII* copiæ, multis cladibus attritæ, in angustum oppidò cogerentur, ipsiúsque infelicitati ab hostibus appellatione & sarcasmo *Regis Avarici* illuderetur. Sed Deus ex machina conclamatas ejus res per agrestem nympham, *quæ Johannæ ab Arcq* nomen habuit, (de qua tamen à Deo ne instincta, an humana aliqua fraude subornata fuerit haud immeritò *Lipsius* [*Civ. doctr. l. 1. c. 3.*] dubitat) restauravit. Victoriaenim quam ad *Aurelianum* præeunte puella illa, quæ ab hac urbe cognomentum posteà traxit, *Carolus* VII. ab Anglis reportavit, multarum sequentium instrumentum fuit, regnúmque ipsi restituit, ita ut *Victorioso* cognomen impleret, & planè responderet generosæ indoli, quæ in adolescente sulsisse prædicatur, quámque præclarè ostendit, cùm [referente *Ameloto* in *comment. ad Balt. Gratiani Homme de Cour, Max. 128.*] certior factus, regnum sibi à Parlamento, ita volente patre ac Rege Angliæ, abrogatum esse, diceret, *se ab hoc facto provocare*, quæréntque quasi per admirationem, ad quem? regereret: *ad animum meum, gladiique mei mucronem.* Quò notior de cætero est puellæ Aurelianensis historia, eò minus eget stylo. Id tamen rei novitas referre de ea jubet, quod hac nostra ætate reperi-

antur

antur, qui ejus vivi comburium, quod in urbe Rotomagensi, postquam venefici ab Anglis damnata fuit, palàm esse communi Scriptorum assensu memoratur, negant, aut falsum dubium facere laborant, perhibentes, non *Johannam ab Arcq*, sed aliam mulierculam maleficam illius. Divino beneficio ex Anglorum manibus ereptæ, loco rogo impositam fuisse, eò quod hi veriti sint, ne milites, si Heroinam, cui toties terga præbere coacti sunt, vita ac libertate gaudere cognovissent, animum desponderent: ipsam verò puellam Nobili postea Viro in Lotharingia, nempè *Roberto des Armoises* Equiti nupsisse, progeniémque edidisse, quæ bodienum superstit. Auctor hujus sententiæ *Vignierius* audit; qui duobus præcipuè documentis fidem asse to suo adstruere nititur; videlicet MSto veteri & *Contractu matrimoniali inter puellam Aurelianensem & Robertum* illum inito, quæ ambo à fratre ipsius *Hieronymo Vignierio* Patre Oratorii & Historiæ Genealogicæ familiæ Alsaticæ auctore, è tenebris erutа & MStum quidem *Metis*. Contractum verò in castro Equitis *des Armoises*, cum hujus originis suæ penitus adhuc ignari, inter priscas familiæ chartas repertum fuisse testatur. Plura de hac re legi possunt in *Mercurio polito Gallico (le Mercure Galand) mensis Novembr. & Decembr. a. 1683, nec non mens. Januar. & Febr. a. 1684.* Quemadmodum verò, ut eò nunc revertar, unde digressus sum, *Carolus* VII victis & ad litora sua abactis Anglis politiam regni Galliæ restauravit, ita & Ecclesiam Gallicanam in pristinam libertatem vindicavit, & coacta è Paribus & Clero regni synodo a. 1438. *sanctionem*, quam vocant, *Pragmaticam* condidit, eadémque potestatem Pontificum Romanorum restrinxit ac coercuit. In portum itaque quietis tandem delatus *Carolus* felix dici potuisset, nisi longior vita novis eum turbis objecisset iisdemque domesticis, & à quo minime debuissent motis. Pervenerat jam ad virilem ætatem filius ejus *Delphinus*, proindeque in partem curarum regiminis & negotiorum Status adsciscì oppidò cupiebat, aliaque immoderata postulabat, quæ postquam parens ob causas haud leves & à *Varillasio in Hist. Lud. XI.* enumeratas illi abnuisset, indigne id tulit, adeò ut omnem de patre ejiceret animum filii, & novis rebus studere, cúmque turbonibus & malè contentis miscere consilia sustineret, istis autem maturè patefactis, & patris prudentia eversis regno excederet, malletque in exilio agere, quàm cum patre in gratiam redire. E qua filii contumacia concepit ille tandem ægritudinem, indeque in diffidentias & suspiciones delapsus, sibi omnia infensa & contraria cogitatione finxit, positas à filio inimico vitæ suæ insidias, toxicum parari, nihil non tristi mentem ejus agitante, adeo ut ab omni alimento abstinere statueret, octiduúmque nullo cibo sumpto perageret, unde induratis atque occlusis diuturna inedia faucibus nihil deinde etiam cùm vellet haurire valuit, sed fame tandem absumptus est. Magnus cæteroquin mulierum amator fuisse & præcipuè *Agnetem Soreau* Tironensem puellam deperisse culpatur; hujus veneno ab adversariis a. 1449 sublatæ locum *Antoniam de Maignelais Domicellam de Villequier* occupasse *Mezeraus* refert.

LUDOVICUM XI. artium dominandi callentissimum fuisse Annales omnes, inprimis *Cominæi Commentarii* testantur, unde qui Regem hunc *Tiberium Christianum* vel *Gallicum* dixerit, dignè illum descripsisse, *Busierus* censuit. Neque aliam quam Politicam causam ad instituendum *Ordinem Equestrem S. Michaelis Archangeli*, (cujus prima solemnia *Ambosiæ* a. 1469. Cal. Aug celebravit) eum perpulisse memorant, quod videlicet animadvertisset Rex sagacissimus, Anglo & Burgundo periscelidem, vellúsque aureum instrumenta aptissima esse ad socios demerendos ac remunerandos; itaque ipse etiam tam levi impensa, cui tamen plurimus honor adunctus sit, amicos parare, alienos à se conciliare, novoque vinculo sibi devincire cupiens, Ordinem illum condidit, *Sanctionem Pragmaticam*, à patre ipsius, ceu dictum fuit, institutam, sudem in oculis Pontificum Romanorum, iterum *abolevit*, inductus ad id persuasionibus hominis cujusdam Burgundici cui nomen *Joffredi*, postea ob rem pulchrè gestam pileo Cardinalitio à Pio II decorati, nec non spe obtinendæ à Papa investituræ regni Neapolitani pro Jobanne Andino agnato suo; verùm cùm Pontifex voti sui compos factus Regis desideria vicissim explere tergiversaretur, pœnituit mox illum facti, adeò ut sanctionem istam utcunque restaurare tentaret, ceu prolixè *Varillasius in Hist. Ludov.* XI. memorat. Pervulgarum de cætero est illud Ludovici XI. symbolum: *nescit regnare, qui nescit dissimulare*, tertiurque dissimulationem tanquam præcipuum regnantium arcanum filio commendasse; ipsemet ita illi longo usu assuevit, ut cum morbis tentari cœpisset, quò crederetur esse firma valetudine, magnam sui famam per Europam excitare, maciémque splendore vestium tegere studeret, morti per omnia volens fucum facere; quam etiam *Cominæo* teste, nullus unquam vehementius exhorruit, nemo de remediis adversùs eam anxiè magis cogitavit, medicis blandiendo montes aureos promittendo, deinde & *Franciscum de Paula*, Eremitam ob sanctimoniam celebratum è silvis evocando & educendo, cui vitam suam non emendandam sed prorogandam supplex commendavit. Fuit etenim superstitioni potius, quod ea ad multitudinem regendam aptior esset, quam pietati deditus, nec religionem, nisi quatenus ad rationem status sui accommodari se patiebatur, coluit. Affectuum humanorum nihil planè habuisse visus est, adeò prorsus erat [illegible], filius improbus, pater iniquus, maritus infidelis, herus ingratus, Subdolorum, vafrorum & sofurronum amator, frugi hominum osor, cerebrosus præterea, è sua sententia cuncta agens, neminémque unquam in consilium adhibens, (quod lepidè ipsi exprobratum fuisse à Magno Normanniæ Senescallo *Petro Matthæo* in vita ejus refert, dicente: *il faut que vôtre haquenée soit bien forte, puisqu' elle peut bien vous porter, vous & vôtre conseil*) implacabilis denique ira, ut cum nemine quem semel odisse cœpit, in gratiam redierit; quod vitium pernicio-

sissimum inter cætera fuisse, causamque malorum, quibus dum regnaret, exercitus est, extitisse *Varillasius* in Historia ejus vel exinde apparere ait, quod ob ingens erga Burgundiæ Ducem odium, maluerit jacturam facere Belgicarum provinciarum, quam concedere, ut gnatam illius & hæredem unicam vel filius suus vel agnatus Engolismensis in matrimonium duceret.

CAROLUS, Ludovici XI frater, primò DUX BITURIGUM, postea etiam *Aquitaniæ* in spem nupciarum cum *Johanna, Henrici IV. Castiliæ R. filia*, nec non cum *Maria Burgunda* venit, sed utrisque excidit. *Catharinam* autem *de Montforeau*, Ludovici Amboisii viduam, adamavit, *filiasque duas* ex ea sustulit, quarum altera *Abbatissa de S. Pardoux*, altera *Francisci de Voluire uxor* fuit. Sed *Carolum Catharinamque*, Johannes Faber Versoius Monachus Benedictinus, Abbas fani Angeriaci, Ducis Confessionarius, malo persico, cui venenum infuderat, propinato vita privavit; in cujus flagitii conscientiam Rex ipse haud levibus argumentis vocatus est. *Bussier.*

CAROLO VIII (quem non è *Ludovico* XI natum sed *supposititium* fuisse nonnulli, *Mezeraeo* referente, suspicati sunt) vix sextum ætatis annum agenti desponsata fuit *Elisabetha*, *Eduardi IV. R. Angl. filia*; hoc pacto post septennium rupto aliud cum *Margarita, Maximiliani Austriaci gnata*, initum est, illáque in Galliam ut moribus genióque gentis istius assuesceret, missa nihilominus post novennium à sponso suo grandiore & sui juris facto domum remissa fuit, duxitque ille aut. potius in thalamum rapuit *Annam Britanniæ Ducissam*, alii jam viro denuptam, ceu superius dictum fuit. Filii in spem successionis nati mortem levius tulisse à *Cominæo* (*Lib. 5. de bello Neap.*) memoratur, eò quod puer ille licet trium tantùm annorum admodum formosus & in loquendo audax fuerit, nec timuerit, quæ reliqui pueri solent; unde pater metuit, ne ille grandior factus gratiam & auctoritatem sibi inter suos minueret. *Hic* autem mihi vide, ait *Cominæus*, magnorum „ Regum ac Principum miseriam, qui à suis ipsi liberis sibi metuunt. Expeditione Italica ingentem quidem nominis sui famam concitavit, sed majore animo & prosperitate, quàm fructu eam susceptt. Vitam in flore ætatis adversus ei casus abstulit: cum enim esset *Amboisiæ*, & pila ludentes spectaturus prodiret, caput in supremam januæ partem tanta vi illisit, ut paulò post spectaculo intentus & sermones cum conjuge miscens, apoplexia correptus è vestigio concideret, animámque effaret. *Comin. Sanmarth.* Erat corpore exiguo, indolis haud malæ, sed ab aulicis adulatoribus depravatæ atque ad inertiam ac voluptates pessumdatæ, ingenio tamen parùm excitato, miniméque vafro, ita scilicet ab invido, & diffidente patre educatus, ut literas omnésque bonas artes ignoraret, dedit sanè grande simplicitatis documentum, ceu *Varillasio* (*Prax. Educ. Pr. Lib. 2.*) videtur, cum à Confessionario suo, quem Ferdinandus Catholicus R. Arragon, pretio corruperat, scrupulum conscientiæ suæ injici, séque persuaderi pateretur, ut illi *Ruscimonis* & *Cerdunæ* Comitatus, quos Ludovicus XI jure pigno. atitio, numeratis Johanni R. Arrag. Ferdinandi patri CCC millè scutatis, acquisiverat, & intra tempus præscriptum non relutos Galliæ regno incorporaverat, gratis restitueret.

AD TAB. XII.



Ulces Aurelianenses, quorum ramum hæc tabula exhibet, scutum Francicum distinguere consueverunt *fasciola trifida argentea*, quam liliis imposuere; *Comites Engolismenses*, qui ex eodem ramo propullularunt, nova subdistinctione fasciolæ trifidæ *tres lunulæ rubeæ* inscripserunt.

LUDOVICO filio suo secundogenito Rex Carolus V *apanagii* loco assignavit *Comitatum Valesium* cum *Bellomontano*, unde *Comitis de Valois* titulo inito ille usus esse legitur; postea *Carolus* VI. ejus frater Turonensem Ducatum per donationem addidit, eundem verò Philippo Duce Aurelianensi propatruo suo satis functo, repetiit, Ducatu *Aurelianensi* in ejus vicem illi concesso; accessere deinceps ejusdem Regis liberalitate Comitatus *Engolismensis*, *Perigordensis* & *Drocensis*, nec non Dynastia *Chateau Thierry*: has ditiones *Ludovicus* auxit Comitatibus *Blesensi*, *Dunensi*, *Porcæanensi* & Baronatu *Coucy*, quos omnes suo ære acquisivit; cum uxore denique Comitatus *Astensem* in Pedimontio & *Virtutensem* (*Vertus*) in Campania (hunc postea ejus filia *Margarita* in Britannicam domum intulit) dotis loco nactus est. Simultatum, quæ inter ipsum & Burgundos exarsere, causas superius attigimus; iniquè scilicet *Ludovicus Aurelianensis* terebat, quod postquàm Rex ipsius frater in amentiam incidit, regni administratio sese remoto Philippo Duci Burgundiæ collata fuerit; id porrò iniquius, quod Philippo vivis exempto Johannes istius filius eandem administrationem ad se rapere, vi etiam adhibita, auderet, cujus molimini bus ipse omni non modo contentione sed & dimicatione obstitit. Sed certamina ista vita tandem Aurelianensi consticerunt, animadvertens enim Burgundus, non tam facili negotio illo vivente se vororum compotem redditum iri, ad artes, indignas illas quidem viro bono ne dum Principe, se convertit, & post simulatam reconciliationem Aurelianensem, dum is ab ædibus Reginæ, quam decumbentem inviserat, ad Regem viam affectaret, immissis percussoribus cruentum in modum è medio

dio sustulit. Cæterum *Ludovicus* cum filius primogenitus sibi nascèretur, *Ordinem Equestrem* instituit, cujus tesseram *Erinaceum* esse voluit, addito lemmate: *Cominus & Eminus*, quo ipso Burgundis vindictam ob acceptas injurias minitatus esse videtur.

CAROLUS DUX AURELIANENSIS privatas cum Burgundis inimicitias reipublicæ condonans, Regi ab istorum nutu pendenti in bello Anglicano præstò adfuit, sed in pugna Azincurtiana captus, per XXV annorum spatium in Anglia detentus, tandémque à quo minimè sperare debuerat, à Burgundiæ Duce Philippo Bono, Johannis filio, redemtus & liberatus est. Hic porrò ut magis magisq; Aurelianensem sibi conciliaret, veteresque offensas dilueret, illum ex Anglia Gravelinam delatum benignissimè excepit, neptem suam è sorore in matrimonium ipsi collocavit, insigniáque Ordinis Aurei Velleris impertivit, vicissim autem ab eo Ordinem Erinacei accepit. Expeditio quam ad occupandum Ducatum Mediolanensem Carolus post avunculi sui mortem suscepit, irrita quidem fuit, nihilo tamen secius titulum *Ducis Mediolanensis* adscivit. Mortem eidem acceleravit mœror atque indignatio, quam ob spreta & ludibrio habita consilia sua à Rege *Ludovico* XI concepit: discedens quippe ab aula intra biduum *Ambosiæ* extinctus fuit. *Sammarthan. Busser*

JOHANNES ex hæreditate paterna Comitatum *Engolismensem* cum *Perigordensi* obtinuit; à fratre suo *Carolo* arthaboni relictus fuit Angliæ Regi Henrico V. pro centum mille scutatis, quos ob auxilia adversus Burgundos sibi missa, solvere ille receperat, nec nisi post XXX annorum intervallum dimissus est, postquàm ut id argenti conflaret Comitatum suum *Perigordensem* Johanni de Brosse, Vicecomiti Lemovicensi vendidisset. In ista verò in Anglia mora literarum pietatisque studiis adeò invigilasse atque in illis profecisse fertur, ut in concilio Basileensi dignus reputaretur, qui Eugenii IV. de Pontificia sede remoti locum impleret, quam tamen dignitatem ne Regem suum Carolum VII, Eugenii partes tuentem, offenderet, repudiavit.

Posteaquam Carolum VIII fata rapuissent, nullamque prolem ipsi superstitem esse passi essent, evectus est ad Galliæ regnum LUDOVICUS II *Dux Aurelianensis*, inter *Reges* qui nomen hoc gessere *Duodecimus*: Princeps elementissimus ac benignissimus, parcus & pecuniæ & sanguinis subditorum suorum, eaque propter populo carissimus & *Pater patriæ* nominatus. Expressit mitem ac tractabilem ejus naturam *symbolum*, quo usus est, *apum* scilicet *rex*, examine suo cinctus, cum lemmate: *non utitur aculeo Rex, cui paremus*, dedicque ejus insigne documentum, cùm instigantu sead sumendam vindictam de malè, regnante Carolo VIII, de se meritis, regereret: *Regem Galliæ non exequi injurias Ducis Aurelianensis*. Cui egregio dicto æque nobile addi meretur, in Turcarum Imperatorem, amicitiam societatémque suam experentem, [referente *Laburerio Tomb. des pers. illustr. p. 29.* prolatum, nempe, *non decere Regem Christianissimum cum hoste fidei fœdus amicitiámque inire*. Quid ergo mirum, quod tam probus Rex, [prædicante *Thuano Lib. I. Histor.*] memoriam sui sanctam adeò ac venerabilem post se reliquerit, utquoties deinceps de optimo regimine & rebus regni in melforem statum reducendis agebatur, toties Ludovici temporum & ordinis, qui sub eo servabarur, honorifica mentio haberetur. Quas res foris gesserit, quàm male fœdus cum Ferdinando Catholico de occupando & dividendo regno Neapolitano initum ei verterit, quo pacto *Mediolanum* & *Genuam* sibi subjecerit, vicissimque amiserit & tota Italia ejectus fuerit, *Guicciardinus* monumentis suis mandavit. Causam verò adversitatum, quibus in tota vita conflictatus est, hanc reddit *Thuanus*, quod tam arctam cum Papa Alexandro VI adfinitatem contraxisset, & impuri patris, omnique scelerum genere cooperti filii crudelitates, libidines, perfidiam, fortunas denique foviffet & amplificasset. Cum Julio II contra perpetuas gessit inimicitias, quæ eò evaserunt, ut ab illo proscriptus Lugduni Synodo præsulum regni convocata ipsum in jus vocaverit, dein auctoritate quorundam Cardinalium concilium Pisis indixerit, inquo de emendando ecclesiæ statu ageretur, cuso etiam nummo, qui effigiem suam ex una parte, ex altera hæc verba referebat: *Perdam Babylonis nomen*, Sed Julio mortuo ut Leoni X gratificaretur, Pisano concilio renunciavit & Lateranensi subscripsit. Postremo ab Anglis & Helvetiis, quorum li Tarvennam, & Tornacum occupaverant, hi Divionem obsederant, tertius, vix vel amplissimis conditionibus istos placavit, cum Angliæ Rege verò pace facta sororem ejus in uxorem duxit, cum qua nullo ætatis respectu dum recenti amori licentiosius indulget, debilis & effœtus senex in febrem gravissimam incidit, ex qua paucos post dies mortuus est. *(Thuan. Hist. L. 1.)* Primæ uxori suæ, quam, deformem gibbosam atque à *Ludovico* XI in spem sterilitatis sibi obtrusam, in gratiis nec sine protestatione vis sibi factæ duxerat, postquam regno potitus est, repudium misit, satis causarum ad id se habere, à Prælatis regni persuasus.

Post excessum Regis *Ludovici* XII corona Gallica *vice tertia* in hac Capetingica stirpe *à recta linea ad collateralem* transiit: desfitutus enim ille mascula prole sceptrum FRANCISCO C. *Engolismensi*, patruelis sui filio, tradidit; qui quidem parum abfuit, quin fortunæ suæ ipse compedes injiceret: ab anteceffore enim suo obviam missus *Mariæ Angliæ* sibi desponsatæ, forma ejus captus illico fuit, neque per illam stetit, quo minus ultima linea amaret, sed ad hanc anhelantem retraxere *Arturus Guffierius de Boisy* & *Antonius Pratensis* monentes eum, ut prospiceret sibi, & caveret, ne dum effreno affectui morem gereret, herum ipse sibi gigneret. Istam verò illius ad Venerem libidinemque proclivitatem multorum ei malorum & plærarumque calamitatum causam fuisse, haud obscurè *Paulus Emilius* in *Historia vitæ* ejus memorat; mergendo enim se voluptatibus,

tibus, & ab amasiarum suarum (inter quas successivè primas tenebant *Francisca Foxia Dle Chateaubriand, Anna de Pisseleu Duciſſa Stamparum* & *Diana Pictavienſis*) nutu pendendo, præterea pecuniam omnem, nervum rerum gerendarum, in illas profundendo, ita ut ad delectus faciendos, & stipendia militum nihil aut parum superesset, denique non alios, quàm quos istæ commendabant, ad suprema munia evehendn, magnas sibi clades & inprimis infelices in Italia successus acersivit. His tamen & præcipuè jacturæ Ducatus Mediolanensis maximè putat *Thuanus (Hist. L. 1.)* causam fuisse indulgendam autoritatem nimiam, quam matri suæ *Aloysiæ Sabaudæ* Franciscus deferre solitus erat, illâ enim ad privatas libidines Imperiosa fœmina abutens, ut Lantreco Proregi Mediolani, cui invidebat, incommodaret, pecuniam ad Helvetiorum stipendia destinatam intervertit, eoque ipso istis discessionis è castris Gallorum ansam præbuit, cujus rei culpam postea *Jac. Belnensis Samblancetus* ærarii regii præfectus insons capite luit; præterea Carolum Ducem Borbonium, egregium virum, & dignitate Comestabilis præpotentem, intempestiva ira, de qua inferius dicetur, vexando ad defectionem à Rege, maximo Galliæ detrimento, compulit. Initia quidem regni sui *Franciscus* egregia de Helvetiis ad *Marignanum* a. 1515. parta victoria nobilitavit, & Mediolanum Sfortiamque ejus Ducem in potestatem suam redegit. Exinde verò adversam ut plurimùm fortunam expertus & à Carolo V. perpetuo æmulo suo non tantum consiliis, cùm Imperatoriam in Germania dignitatem ambiret, sed multò gravius armis victus est, inprimis in *Ticinensi prælio*, quo magna suorum occisione facta, ipse cum superstitibus primoribus suis captus fuit; fecitque, ut In vaticinii loco exinde haberetur, quod à senrra quodam, postquam consilium de bello Italico captum esset, dictum ipsi fuerat: *Sire, vos conseillers me paroiſſent des fous ils diſent bien, parce V. M. entrera en Italie, mais ils ne marquent point, par ou elle en ſortira.* Id eriam dignum mihi videtur memoratu, quod à Seniore Carthusiæ, quæ prope Pavìam est, se accepisse *Thuanus (de vita ſua lib. 1.)* refert: scilicet cum *Franciscus Rex*, post pugnam ab Hispanis juxtà prædicti cœnobii Carthusiani muros per medium septum ad templum deductus ante majus altare sisteretur, tunc ex Psalmo CXIX à sacris sodalibus ad preces in choro congregatis recitatum fuisse versum LXX, post quem, ut fit, pausa facta Regem captivum antevertisse, & memoriter sequentem Psalmi istius versum quasi ad consolationem suam sorte ductum alta voce recitasse: *Bonum mihi, quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.* Redditus libertati per *pacem Madritianam*, mox eam tanquam à necessitate extortam ruipit & bellum, facto cum Papa & Venetis fœdere, renovavit, læto usus initio nec nullo in Italia progressu, sed tristi iterum eventu; exercitu enim ejus XXX mille hominum in obsidione Neapolis morbis & ferro hostium cum ipso Duce Lautreccio absumpto, & Andrea Doria, quem iniquios tractaverat, ad Imperatoris partes transgresso, tota rursùm Italia exclusus est. Facta exinde a. 1529 nova *Cameraci* pax iterumque a. 1536 ab ipso violata, tandem tamen post varios casus & restauratas *Cerisolensi victoria* Gallorum res *Crespiaci* a. 1544. renovata fuit. Ulomum bellum cum Henrico VIII R. Angliæ gessit, quo a. 1546 compositio, nec ita multo post illo defuncto, ejus morte instantis fati suî admonitus, omnem hilaritatem abjecit, & subtristi vultu acmente ad mortem usque perseveravit. Hinc vicinus præter alia filium *Henricum* monnit, ut à *Guiſiorum* ambitione sibi caveret, quos si ad regni administrationem admitteret, providebat fore, ut spoliatis aliquando ipsius liberis populum Galliæ omni re exutum ad extremas miserias essent redacturi. Inter laudes cæteroquin eius hanc primum locum obtinuisse *Thuanus* censuit, quod literas & literatos impensè dilexerit, & ad honores splendoremque evexerit. Id verò maxime ei vitio versum est, quod suggerente supra memorato *Antonio Pratensi* Franciæ Cancellario nundinationem officiorum ac magistratuum in mores Gallicos induxerit. (de quare legi potest *Varill. in ejus Hiſt. L. 1. p. 26. & ſeq.*) postea que in colloquio cum Leone X Papa Bononiæ a. 1515. habito, post obsequium de more ipsi præstitum, Pragmaticam sanctionem jam à Ludovico XI, ceu dictum fuit, subnervatam penitus extingui passus sit, atque in pacta, quæ *Concordatum* vocant, consenserit, quorum vi jus esset Regi (*Thuani* verba ex „*Lib. 1. Hiſt.* refero) sublata veteris Ecclesiæ à Deo & Apostolis ministros eligendi consuetudine „instituta, quos vellet, per Oratores suos apud Pontificem proponere, & eos in Episcopos aut cœ„nobiorum Præsules diplomate suo creare Pontifex obligaretur; vicissim verò ab istis sacerdotii „fructus quos primo anno colligerent, Annatas vocant, acciperet. Usumque adeò odiosum omnibus regni Ordinibus visum fuit, ut à Senatu Parisiensi post multas jussiones vix tandem impetrari potuerit, ut in acta publica Curiæ absque ulla approbatione referrentur; & judicio multorum id exitium Francisci rebus & ejus generi, atque Pratensi ipsi attulisse creditur.

MARGARITA *Francisci* soror, Henrici Labretani Navarræ Regis conjux, fœmina omnibus ingenii & animi dotibus exculta fuit; quæ tamen apud ecclesiasticos malè audiebat, quod fratris in Lutheranos malè animati iras pro viribus temperaret, & apud ipsam tutus illis receptus esset. Ejus nomine fabellarum volumen imitatione Jo. Bocacii editum prostabat, si tempora & juvenilem ætatem, in qua scriptum est, respicias, non prorsus damnandum, certe gravitate tantæ heroinæ, & extrema vita minus dignum. *Decima Muſa* & *quarta Charis* à studiosis omnibus, aut una IX Musarum & tertium Charitum instar appellari meruit: versibusque passim editis, & nummis percussis, his elogiis ornata est. *Thuanus Hiſt. Lib. 8.*

FRANCISCUS DELPHINUS, cùm ex Hispania, ubi præs patris quadriennium exegerat, post pacem Cameraci sancitam in Galliam rediisset, maternam hæreditatem adiit, & in *Ducem*

Britanniæ

Britanniæ solemni pompa a. 1535. incivitate *Redonum* inauguratus est, Britanniáque ex decreto Regis ordinúmque provinciæ, ita tunc coronæ regiæ unita fuit, ut nullo casu ab ea in posterum abalienari posset. (*Thuan. Hist. Lib. 16.*) Ingentes autem spes, quas de se præbuit Delphinus, immatura morte, insidiis Italici hominis conflata, destituit; cujus rei crimen in Cæsaris ministros primò rejectum, postea verò compertum fuisse *Thuanus* memoriæ prodidit, (qui locus in posterioribus editionibus depravatus est) adfinitatem paulò ante à Rege cum Clemente Pontifice, Medicæáque familia initam, tanto sceleri causam dedisse, ut scilicet ad fratrem defuncti, cum Medicæa desponsatum, regnum perveniret.

HENRICI II ingenium, mores ac dotes animi corporisque scitè, ut omnia, expressit *Varillasius* sub initium Historiæ de vita ejus. Erat, ut compendio dicam, fortis ac bellicosus, dexter & exercitiorum equestrium peritissimus, liberalis, comis, mitis ac facilis, adeò ut alieno potius quàm suo ingenio regeretur. *Dianæ Pictavienſi*, Ludovici de Breze C. de Maulevrier viduæ, à parente etiam suo, ceu dictum est, adamatæ, superbi & impotentis animi fœminæ, decus ac libertatem suam nunquam alienata voluntate ad exitum usque vitæ gratificatus est. Montmorancio præterea nec non Guisiis fratribus, Cardinali imprimis, oblitus monitis paterni, indulsit nimis & obsecutus est; hinc jacti in ejus regimen hi versus:

Henrico parcit populus, maledicit at Annæ,
odit Dianam, sed magè Guysiadas.
Deplorata salus populi est, nam fœmina mollis
Presbyter & juvenis, regia sceptra tenent.

Marte de cæteto prospero initio regni sui usus, Metas, Tulum & Verdunum Germanis eripuit, Carolum V. ad Renriacum prælio vicit, Anglos expugnato Caleto Gallia penitus ejecit; factis autem posteà cum Hispanis induciis iisque violatis gloriam ante partam immani clade ad *Fanum San Quintini* accepta contaminavit, novamque pacem sed probrosam cum Hispanis fecit, pactis simul sororis suæ cum Duce Sabaudiæ nuptiis, quæ finem vitæ ei attulere. Hunc verò cum principio regiminis ejusdem aliquam babuisse similitudinem, annotatum est à curiosis: utrumque enim certamine insignivit, initium serio, finem ludicro, & in utroque præsens adfuit, in priore tanquam spectator, ut alterò decertans. Exarserat nimirum a. 1547 inter duos ex præcipua nobilitate juvenes, *Vidum Cabotium Jarnacium*, & *Franciscum Vivonum Castaneum* magna & atrox rixa, quæ ad duellum devenit permittente Henrico, qui haud dubiè Vivono favebat: magno theatro Rege spectante & proceribus pugnatum est, succubuit tandem Vivonus & è vulneribus mox decessit; ex quo Rex tantum cepit dolorem, ut se nunquam in posterum in duella consensurum religiosissimo sacramento obstrinxerit. Hæc regni funesta auspicia, ita subjicit *Thuanus*, in funestum exiere finem, Rege ipso, qui in serium certamen consenserat, qui minimè debuit, in ludicro certamine inter plausus & publicam lætitiam posteà occiso: celebraturus enim Rex festum geniale sororis suæ Margaritæ, Duci Sabaudiæ desponsatæ, hastiludium instituit, Comitemque Mongomerium, ut secum concurreret, coëgit, sed miro casu hasta Comitis perfracta in capite vulneratus, vitam paucos post dies amisit. Genus ac tempus mortis *Henrici* à Luca Gaurico mathematico, Pauli III perfamiliari, prædictum fuisse *Thuanus* (*lib. 22.*) memorat, cùm Catharina uxor futuri anxia fœmina eum super vitâ ac filiorum fato consuleret: fore nimirum ut in duello caderet vulnere in oculo accepto; quod irrisum à multis ac pro tempore neglectum fuit, quasi Regis conditio supra duelli aleam posita esset. De prædictæ *Catharinæ Medicææ* Henrici II uxoris charactere, & artibus quibus dum vixit omnem in regno auctoritatem ad se contraxit, singularia narrant *Thuanus* passim & in primis *Lib. 94*, nec non *Labur. lib. cit. T. 1.*

CAROLUS, quoad frater ipsius natu maximus in vivis erat, *Ducis Engolismenſis* titulum gessit, quem illo vivis exempto cum *Aurelianenſi* commutavit. Per pacem Crepiaci a. 1544 Cæsarem inter & Regem sancitam conventum fuit, ut *Carolo* Cæsar intra biennium filiam in matrimonium daret, dotisque loco Mediolani imperium; si filiam non posset, Ferdinandi fratris gnatam & Belgium prodote daret; sed Cæsarem à præstandis his pactis fortuna sua, farúmque *Caroli* acerbum absolvit: bicenim anno sequenti in *Firmo* monasterio, prope Abbatisvillam, morbo pestilenti extinctus est.

FRANCISCUS II cum ducta *Maria Stuarda*, Regni Scotici hærede, formosissima & infelicissima fœminarum, à Proceribus hujus regni Corona Scotica ipsi decreta esset, *Rex Delphinus* appellatus est, donec patri in avito quoque regno succederet. Inter bonos cæteroquin malosne Principes numerari ntrum deberet, ob imperii brevitatem & ætatis infirmitatem in incerto reliquit; erat ei adversa inde ab infantia valetudo, & pravus corporis habitus, abscessu in cerebro ei enato, qui per aures tandem suppurare cœpit, & aure putrefacta mortem attulit. *Thuan.*

CAROLO IX cum sacro fonte ablueretur *Maximiliani* nomen additum fuit, quod posteà instinctu matris neglexit. Regnum ejus bellis civilibus triste, variis prœliis, urbium obsidionibus & direptionibus ac cædibus funestum, *Parisienſi* præcipuè *laniena* infame fuit; quamvis istam potius aliena quàm sua culpa accidisse *Thuanus*, & qui nuper vitam ejus Gallico sermone in Historiam contulit *Varillasius* tradunt, necessitate homini feroci, & ad iram præcipiti rei exequendæ artificiosè injecta, nec spario ad deliberationem concesso, unde & posteà malis illis consultoribus non mediocriter succensuerit. Somnus verò ejus inde ab illo tempore nocturnis gemitibus horroribús-

FAMILIÆ RE

LINEA AURELIANENSIS AC ENGOL

LUDOVICUS DE FRANCIA, Caroli V Regis F. DUX AURE
Beaumont sur Oise, Portien, Ast & Vertus, Dn. de Baro de Coucy &
Mediolanensis f. 1389. † 4. Dec. 1408.

Carolus Dux Aureliani & Mediolani n. 26. Maji 1391. † 4. Jun. 1465. 1 *Isabella, Caroli VI R. Gall. f. Richardi II. R. Angl. vid. 29. Jun. 1406. † 13. Sept. 1409. 2. Bona, Bernardi C. d'Armagnac f. 3 Maria, Adolphi I. D. Cliviæ f. 1440. † 1487*

Anonymi duo in prima ætate extincti.

Philippus C. de Vertus n. Jul. 1396. † 7. 1420.

Philippus Antonius de Vertus, *nothus.*

1. *Johanna nup.* Johanni D. Alenzonio. † 19. Maji 1432. æt. 30.

3. LUDOVICUS XII REX n. m. Mart. 1462. inaug. 27. Maji 1498. † 1. Jan. 1515. 1 *Johanna, Ludovici XI R. f. repud. 2. Anna D. Britan. Caroli VIII. R. vid. 8 Jan. 1499. 3. Maria, Henrici VII. Angl. R. f. 2. Sept. 1514.*

3. *Maria nup.* Johañi de Foix, Vicecom. Narbonæ † 1493.

3. *Anna Abbat[issa de Fon]traud.*

2. N. Delphinus † in cunis.

2. N. Delphinus † infans.

2. *Claudia n. 14. Oct. 1499. nup.* Francisco I Regi, 1514. † 20. Jul. 1524.

2. *Renata n. 25. Oct. 1509. nup.* Herculi II. D. Ferrariæ 1527. † 1575.

FRANCIS[CUS] 25. Jan. [dovici XI]. [lippi I. R]. Jul. † 15[47]

Ludovica n. 19. Aug. 1515. † 21. Sept. 1517.

Carola n. 23. Oct. 1516. † 8. Sept. 1524.

Franciscus Delphinus. n. 28. Febr. 1517. † 12. Aug. 1536.

HENRICUS II REX n. [1]547. † 10 Jul. 1559. *Cath[arina] Urbin f. 4. Oct. 1533. † 5 Jan[.]*

FRANCISCUS II REX Galliæ & Scotiæ, n. 20 Jan. 1543. inaug. 21. Sept. 1559. † 5. Dec. 1560. *Maria Stuarda, Jacobi V. R. Scot. fil. & hær. 19. Apr. 1558. decoll. 18. Febr. 1587.*

Elisabetha n. 2. Apr. 1545. nup. Philippo II. R. Hisp. 20. Jun. 1559. † 3. Octobr. 1568.

Claudia n. 12. Nov. 1547. nup. Carolo III. D. Lotharing. 5. Febr. 1558. † Oct. 1550 1575.

Ludovico n. 3. Febr. 1548. † 24

CAROLUS IX REX n. 27 Jun. 1550 inaug. 15 Maji 1561. † 30. Maji 1574. *Elisabetha, Maximiliani II. Imper. f. 1570. † 22. Jan. 1592.*

Maria Elisabetha de Francia, n. 17 Oct. 1572. † 2 Apr. 1578.

Carolus de Valois (*nothus*) Comes d'Auvergne & de La[lais], Eq. Ord. Reg. Colon. Gen. equit. levioris armat. n. 28 [Oct.] *f. 6. Maji 1591. † 12. Aug. 1636.* *2. Franciscæ de Nargonne, Ca[stellanæ]*

1. Henricus de Valois, C. de Lauraguais.

1. Ludovicus Emanuel de [Valois] Ord. Reg. Gubern. Pr[ov.] lev. arm. n. 1596. † 13 [Aug.] *berti Dn. de la Guiche f.*

N. de Valois C. Arverniæ n. 1631. † 4 Octob. 1637.

Armandus de Valois C. Arverniæ n. 14. Jul. 1635. † 16. Nov. 1639.

REGIÆ TAB. *XII.*

Qua

OLISMENSIS & ex utraque prognati REGES enumerantur.

AULELIANI, Comes de Valois, d'Angoulême, de Perigord, Dreux, Dunois, ouq kc. n. 13. Martii 1371. occ. 23. Nov. 1407. *Valentina, Johannis Galeacii Ducis*

Margarita n. 1406. † 22. Apr. 1466. nup. Richardo de Brit. C. d'Estampes.

Johannes COMES D' ANGOVLEME, n. 26. Jun. 1404. † 31. Apr. 1467. *Margarita, Alani IX. Vicecom. de Rohan f. 1449. † 1468.*

Johannes *nothus* COMES DE DUNOIS & LONGVEVILLE. Vid. Tab. XXIV.

Ludovicus † tertio ætatis anno.

Carolus, Comes d'Angoulémen. 1459. † 1. Jan. 1496. *Aloisia, Philippi C. de Bresse, post Ducis Sabaudiæ f. 1488. † 22. Sept. 1531.*

Johanna nup. Carolo de Coëtivy, C. de Taillebourg.

Johannes d'Angoulême, *nothus.*

NCSCUS I. REX n. 12. Sept. 1494. inaug. Jan. 1515. † 31. Mart. 1547. 1. *Claudia, Ludovici III Reg. f. 15. Maji 1514. 2. Leonora, Philippi I. Hisp. f. Emanuelis R. Lusit. vid. 1530. m. † 1558.*

Margarita n. 1491. nup. 1. Carolo D. Alenzonio 1509. 2. Henrico II. R. Navarræ 1526. † 21 Dec. 1549.

Johanna notha nup. 1. Johanni Aubin Dn. de Malicorne. 2. Johanni de Longvy, Dn. de Givry.

Magdalena. Abbat. de Ionarre.

Souveraine notha, nup. Michaëli Gaillard, Dn. de Chailly. † 26. Febr. 1551.

X n. 31. Mart. 1518. inaug. 25. Jul. *Catharina Medicæa, Laurentii D. † Jan. 1589.*

Magdalena n. 2. Aug. 1520. nup. Jacobo V. R. Scot. 1536. † 7. Jul. 1537.

Carolus Dux Aurelian. n. 22. Jan. 1521. † 8. Sept. 1545.

Margarita n. 5. Iun. 1523. nup. Emanueli Philiberto D. Sabaud. 9. Jul. 1559. † 15. Sept. 1574.

HENRICUS III. REX n. 19. Sept. 1551. elig. in Regem Poloniæ 9. Maji 1573. inaug. in Reg. Galliæ 25 Febr. 1575. occ. 2. Aug. 1589. *Aloysia de Lotharingia, Nicolai D. de Mercœur f. 19. Febr. 1575. † 1601.*

Franciscus Dux Alenzonii & Brabantiæ, n. 18 Mart. 1554. † 10 Jun. 1584. cælebs.

Margarita n. 14. Maji 1552. nup. Henrico IV. R. Navarr. & Gall. 1572. *repudiata 1000. † 27. Mart. 1615.*

Victoria & Johanna gemellæ n. n. & † † 1556.

Henricus d'Angoulême, *nothus* Magnus Prior & Admiralis Galliæ. occ. 2. Jun. 1586.

Diana notha, nup. 1. Horatio Farnesio D. Castri 1553. 2. Francisco D. Montmorâcio 1557 † 10. Jan. 1619. *æt. 82.*

le Iuraguais, postea Dux d'Angoulême, C. de Ponthieu & d'A- n. 7. Apr. 1573. † 23. Sept. 1650. *1 Carola, Henrici D. Montmorancii Scroli B. de Marueil f. 26. Apr. 1644. † 1680.*

de Valois, Comes d'Alais Eq. n. Provinciæ, Colon. Gen. Eq. 13. Nov. 1653. *Henrica, Philibert 1629. † 1682.*

1. Franciscus de Valois C. d'Alais, Colon. Gen. Eq. lev. arm. † 19. Sept. 1622. *Ludovica Henrica de la Chatre, fil. Ludovici B. de la Maisonfort, 26. Apr. 1622. † 4. Jun. 1634.*

Franciscus de Valois. n. 24. Apr. 1639. † 1644.

Franciſca Maria, n. 1630, nup. Ludovico de Lotharingia D. de Joyeuse 3. Nov. 1644.

que plerumque interruptus fuit, ut symphoniacos pueros expergefacto adhibere, somnumque conciliare necesse fuerit: musica quippe ut & Poëtica summoperè delectatus est, versus ipsemet fecit, Poëtas summo in honore habuit, eósque instar equorum generosorum alendos, non fagi-nandos dicebat; extat & *de cervi venatione liber* à Villaregio ex ejus ore exceptus. Venationibus ad insaniam indulsit, iisque detrimentum valetudini inculisse creditus fuit, ferarum verò cruori manus intingere assuetus paulatim ad crudelitatem delapsus est, ita ut avidè Protestantium cædes & reorum supplicia spectaret, sub occasum solis accendi faces jubens circa furcas, ut morientium ora certius videret. Inter sanctiones ejus edictaque illa inprimis commemoratur, quam de anni ordinatione publicavit: nam cum cæteræ gentes anni principium ducant à festo circumcisionis Christi, Galli à Paschate soli ordiebantur: quæ res mercatorum negotia valdè turbabat. Vitam in flore ætatis post graves & longos dolores finivit, ita ut sanguis per poros cutis ipsi exstillaret, & se mori diù ante mortem senserit; nec defuerunt qui mortem ejus festinatam & lento veneno conflatam crediderunt, auctaque hæc est opinio, cùm post apertum à medicis corpus livores quidam reperirentur, & imputatum scelus *Cosmo* & *Nonio* Hariolis Italicis, nec non *Mole* & *Coconasso*, de quibus conjurationis delatis spirante adhuc Rege supplicium sumptum fuerat, *Alensonio* etiam *Duce* & *Francisco Montmorancio* in custodiam ea propter datis, de qua re legi possunt *Thuanus Hist. L. 47. Laburerius Addit. ad Memor. Casteln. T. 2. p. 376. & Varillasius Lib. ult.*

HENRICO III in baptismo nomen *Eduardi Alexandri* inditum fuit, quod posteà cum illo commutavit, vulgò autem antequam ad regium fastigium evectus est, *Ducis Andini* titulo dignoscebatur. Ingenium ejus moresque, virtutes ac vitia graphicè expressit *Thuanus* tum passim in toto opere suo, tum inprimis *Lib.* XCVI, ubi ita inter alia fatur: *nusquam tam magnam de Principe ullo præceptam omnium opinionem tam diffusa eventus secutus est: nam ex ephebis egressus statim exercituum Dux creatus est, partisque anni ferè curriculo ingentibus victoriis Bassacensi & Monconturiana, felicissimi imperatoris laudem meruit, dein fama crescente de matrimonio ejus cum Angliæ Regina actum, & res parum ab exitu abfuit. Posteà cum regina parens, ut prædicto sibi sive suo, sive filiorum fato ex animi sententia defungeretur, neque filios alterum alteri in idem regnum succedentes turbato naturæ ordine adspicere cogeretur, per Francisci um Noallium ad Portam Othomanicam de Algeriæ regno in Africa ei Selimi gratificatione concedendo egit, ad quod & Sardiniam proximam se additurum sperabat, quam Philippus pro regni Navarræ compensatione traditurus esset, & ipsa à Navarro aliis ditionibus in regno concessis permutationis titulo comparatura; sed inter hæc electo illo in Regem Polonie negotium inchoatum omissum est, & ipse per honorificè in Poloniam profectus, interveniente sub id Caroli fratris morte revocatus festinato discessu regnum, quod Francisco alteri fratri servare poterat, minus honorificè amisit. Postremò ad tot regna seu destinatus, seu vocatus, vix paternum & avitum retinere potuit, ejusque possessione pene tota à suis dejectus, antequam in illud restituerentur, ipsa quoque vita ab iisdem spoliatus est, hoque iniquo fato fuit, ut ferè quæ cariora habebat, illi in perniciem verterent: nam & ab iis ferè, quos opibus & honoribus invidiosè amplificavit, gravia damna accepit, & cum monachorum ordines præcipua veneratione semper coluisset, postremò à monacho*, nempe à Jacobo Clemente Dominicano, *cum minus putabat, interfectus est. Raras cæterum animi corporisque dotes ignavo otio & per desides turpésque voluptates corrupit, & summo famæ ac regni detrimento turpissimum dignitatum primariarum & præfecturarum mercimonium instituit, abolitis virtutis præmiis, & portas per fœdas nundinationes ad proditiones, quæ inde secutæ sunt, apertas.* Refert *Albigenius* (*Histor. Universf. P. 3. l. 2. c. 22.*) Henricum III fatalem plagam, eadem in domo, eodem in conclavi eodemque plane loco, eodem denique mense accepisse, quo ante XVII annos suaforem, institorem & concitatorem lanienæ Sanbarthol omaanæ se præbuit. Instituit de cætero Henricus III, obsolescente conchyliato S. Michaëlis ordine, novum equitum collegium nomine *S. Spiritus* nuncupatum, idque pr. Kal. Jan. a. 1579 solemni lustratione initiavit. Singularia de institutione hujus ordinis *Laburerius* (*Addit. ad Mem. Castelu. T. 2. p. 895.*) refert, quod scilicet in memoriam mulierculæ, quam Henricus tunc deperibat, conditus, torques notis Venereis, quas pictorum ignorantia posteà in militaria instrumenta converterit, distincta, quodque non novus, sed jam olim à Ludovico Andino Pr. Tarenti & R. Neap. institutus fuerit.

FRANCISCUS DUX ALENZONIUS primò, posteà *Andinus* dictus, cùm sacro lavacro abluerentur, *Herculis* nomen accepit, idque posteà muravit. Princeps vario ingenio præditus, acer, comis, magnanimus, eloquens, magnificus, ambitiosus, inquietus, celer fuisse prædicatur. Postquàm haud leves in regno turbas civisset, tandem delato sibi à Belgii proceribus provinciarum illarum imperio Antuerpiam concessit, ibique a. 1582 solemni cerimonia in *Ducem Brabantiæ* inauguratus est. Verum cùm sequenti anno tumultu Antuerpiæ à popularibus suis excitato suspicionem haud vanam Ordinibus movisset, struere eum libertati Belgicæ insidias, grassarique ad absolutum dominium, diffisus rebus suis in Galliam, fugienti similis regressus est, ubi fratri reconciliatus, sed de spe nuptiarum cum Elisabetha Angliæ Regina, qua, cùm, antequam in Belgium se conferret, ad eam excurrisset, lactatus fuerat, delapsus, non ita multo post animo corporeque æger, sanguine ex omnibus corporis meatibus profluente, supremum diem obiit. *Thuan. l. 79.*

De vita MARGARITÆ VALESIÆ, cujus cum *Henrico* Navarræ, posteà & Galliæ Rege innuptas nuptias *Sanbartholomæana lanienа* infamavit, libelli duo Gallici prostant, quorum alter, cui titulus *Les Memoires de la Reine Marguerite* sub ipsius met nomine scriptus, atque è *Colomesii in Miscel. Hist. p. 86.* sententia *Petro de Bourdeille Dn. de Brantome*, non verò Carolo Vivono Baroni de la Châtaigne-

raigneraye (ceu editor libelli putavit) nuncupatus est; alter *de Divorce Satirique* dictus *Henricum Regem*, Margaritæ maritum, loquentem introducit; utriusque verò narrata non minus inter se differepant, ac matrona meretrici dispar est atque discolor.

HENRICUM ENGOLISMENSEM Rex *Henricus II.* è fœmina Scotica familiæ *de Leviston* suscepit, Obiit ille sub Henrico III munus *Locumtenentis generalis in Provincia*, ubi *Philippum Altovitum*, Florentia oriundum, triremium aliquot Massiliæ præfectum, ob criminationes secretas de se ad Reginam matrem delatas odisse cœpit, cúmque huic *Renata Riuſia Castronovia*, quam Rex olim adamaverat, nupsisset, meruebat ille, ne ex ea occasione Altoviti delationes Regina annitente in Regis animum facilius penetrarent, proindeque per amicos istum monuit, mentiri de se apud Regem, Reginámque desineret, neque se uspiam in conspectum ipsius daret; monita negligentem Altovitum cum Engolismensis *Aquis Sextiis* forte de fenestra despicientem vidisset, non se continuit, quin relictis ad ostium stipatoribus, in hospitium illud irrumperet, & obvium stricto gladio transverberaret: at Altovitus, ut se lethaliter vulneratum sensit, mori certus in eum toto corpore incubuit, & pugione, quem gestabat, quamquam languida jam manu, in inguine percussit, quo ex vulnere *Engolismensis* aliquot post horas expiravit, *Altovitum* verò semianimem stipatores illius ira efferati innumeris ictibus interemerunt. *Thuan. l.35.*

DIANA matrem habuit *Philippinam des Bucs, Domicellam de Cony* è Pedemontio ortam; de ea Annam Montmorancium dicere solitum fuisse *Albignius Hist. universf. lib. 2. c. 14.* narrat, quod sola interomnes Henrici II liberos genitoris os vultúmque referret.

CAROLUM VALESIUM Rex *Carolus IX.* è *Maria Touchet Domicella de Belleville* amica sua genuit, eique per testamentum Comitatus *Arverneusem* & *Lauracensem*, cum Baronatu *Tour* legavit; *Ludovicus XIII.* posteà eundem *Ducem Engolismensem* & *Comitem de Ponthieu* creavit. Excelluit ille tam pacis quam belli dotibus, illarum documenta edidit in legatione, quam nomine Regis Ludovici XIII apud Imperatorem Ferdinandum a. 1619. pacis in Germania procurandæ ergò, obiit, harum in expeditionibus quas adversus Calvinianos Rex susceptit, tanta ob summum rerum usum in existimatione habitus, ut, referente *Grammondo (Hist. Gall. l. 17.)* in obsidione Rupellana præter usum & novo exemplo legem unà cum Mareschallis ex decreto Regio diceret.

AD TAB. XIII.

Andium posterioris lineæ, quam hæc tabula exhibet, scuto Regio *limbum rubeum* circumdederunt, non secus ac Valesiis in usu fuisse supra dictum fuit; addidere illi posteà clypeo suo *priorum* etiam *Andiorum* insignia, quippe quæ *regnum Neapolitanum* notare consueverunt, præterea tesseras *Vngaricam*, *Hierosolymitanam*, *Arragonicam*, *Lotharingicam* & *Barrensem*, ob jus, quod in illa regna, húsque Ducatus acquisivisse visi sibi sunt.

LUDOVICO Rex *Johannes II* parens è captivitate Anglicana in libertatem restitutus, Comitatum *Andegavensem*, in *Ducatum* à se erectum, una cum Comitatu *Meduanensi* nec non Baronatu *Chasteau du Loir* Apanagii loco a. 1360. concessit; ille verò pro avido quo fuit ingenio insuper ditionem *Chinonensem* & *Londunensem*, præterea Ducatum *Turonensem* patri extorsit, hac tamen conditione interposita, ut se mortuo ad Regem ista redirent. Famam cæteroquin, quam fortitudine prudentiaque sua tam civili quàm bellica sibi pepererat, ambitione & avaritia contaminavit, aluitque ac auxit hæc vitia in animo ipsius licentia summaque potestas, ad quam post obitum Regis *Caroli V* à quo tutor filii sui ac successoris adhuc impuberis, & administrator regni unà cum fratre Burgundo constitutus fuerat, pervenit, hac enim ad libidinem suam abutens multa fœda crudeliaque in cives facinora fecisse, eos expilasse, milites stipendiis fraudasse omniaque ad suum compendium retulisse à Scriptoribus, inprimis *Laburerio in Introd. ad Hist. Caroli VI. p. 46. & seqq.* culpatur, adeò ut populum non alium in finem ab exterorum hostium insultibus fortitudine sua liberasse visus fuerit, quàm ut eundem sub jugum tyrannidis suæ mitteret. Dum ita Galliam vexaret, à Clemente VII Pontifice Avenionense, ejusdem furfuris homine, ad *Regnum Neap.* destinabatur; sperabat enim iste se hoc modo illam Italiæ partem sub suo obsequio conservaturum, æmulumque suum Urbanum VI, cujus partes Carolus Dyrrachius, Jobannæ Neap. Reginæ adversarius, sustentabat, superaturum ac Roma expulsurum. Perfecit itaque apud Johannam persuasionibus suis, ut illa *Ludovicum* adoptaret, literis d. 29. Jun. a. 1380. datis id ei significaret, simulque moneret, ne sibi deesset, sed exercitu instructus ad se venire, & se regnúmque adversus Dyrrachium defendere properaret. Cum hac de re in Senatu Regio deliberatum esset, in hanc sententiam cuncti non tam causæ favore quam odio *Ludovici*, quem à regimine longissime remotum cupiebant, impulsi discesserе, juvandum esse *Ludovicum* omni ope, inprimis argento, quod cum in ærario regio deficeret, ipsum vasarium regium usibus ejus concessum fuit. Profectus exinde *Ludovicus* Avenionem so-

lemni

FAMILIÆ RE

LINEA ANDEGAVEN

LUDOVICUS DE FRANCIA, Johannis Regis filius, cur REX SICILIÆ cis Pharum, sive NEAPOLIT. a
† *12. Nov. 1404.*

Ludovicus II Rex Neapol. Dux Andegav. Comes Provi
ciæ n. 1377. 7 Oct. † 29. Apr. 1417. *Jolantha, Joha
nis I. R. Arragon. f. 2. Dec. 1400. † 14. Nov. 1442.*

Ludovicus III Rex Neapol. Dux Andegavi, C. Provinc.
n. 24. Sept. 1403. † 14. Nov. 1434. *Margarita, Amadei I.
D. Sabaud. f. 1. Nov. 1431.*

Renatus Rex Neapol. Dux Andegavi, Lothar. & B
C. Prov. n. 15. Jan. 1408. † 10. Jul. 1480. *1. Isabella,
roli D. Lotharing. f. 1420. † 1453. 2. Johanna, Vidi X
C. de Laval f. 1455. † 1498.*

1. Johannes Dux Calabriæ & Lotharingiæ n. 2. Augusti. 1425. † Dec. 1470 *Maria, Caroli I Ducis Borbon. f. 1437. † 1448.*

1. Nicolaus † juv.

1. Ludovicus M. Pontis Mussonii † puer.

1. Carolus C. de Guyse † juv.

1. Renatus † infans.

1. Jolantha n. 2. Nov. 1428 nup. Friderico C. Valdemont. † 1483

1. Margarita nup. Henrico VI. R. Angl. 1444 † 1482.

1. Isabe & An obiere infant

Renatus † infans.

Johannes II Dux Calabriæ, obiit paulo post patrem.

Nicolaus Dux Calabriæ n 1448. † 12. Aug. 1473. sponsus *Mariæ, Caroli D. Burgund. f.*

Maria † *inf.*

*Margarita d. A
Cognat, nupt
bin Dn. de*

Margarita de Calabria, notha nup. Johanni de Chabannes, C. de Dammartin.

Nicolaus, n. 9. Febr. 1545. † juvenis.

Henrica, n. 1543. † *infans.*

*Renata
& de
Prin
156*

GIÆ TAB. XIII.

S POSTERIOR exhibetur.

DUX D' ANJOU & de Touraine, n.23. Jul.1339. corona-
12.†30.Sept.1384. *Maria, Caroli Ducis Britanniæ fil. 1360.*

Carolus d' Anjou, Pr. Tarentinus, Dux Calabriæ,
† 19 Maji 1304. *Polyxena, Wenceslai de S. Severino*
D. Venusini f. 1397.

Carolus Comes du Maine, n.1414.† 10. Apr.1472. 1. *Maria, n.14. Oct. 1404. nup.* Carolo VII. R. Gall. 1413. † Nov. 1463. *Jolantha, nup.* Franciſco D. Britanniæ.
Cambella Ruſa Ducissa de Seſſa. 2. *Iſabella Lucemburgica, Petri C. S. Pauli f. 9. Jan. 1443.*

Johannes *nothus,* Dn. de S. Canat, *Margarita de Glandevez, Raimundi Dom. de Faucon f.*

Blanca notha, nup. Bertrãdo de Beauvau, B. de Precigny † 16. Aprilis 1470.

Magdalena notha, nup. Ludovico Jean, Dn. de Bellenave.

2. Carolus IV. R. Neap. C. Provinciæ & du Maine. † 1481. *Johanna, Friderici C. Valdemont. f. 21. Jan. 1473.*

2. *Aloiſia nup.* Jacobo d' Armagnac D. de Nemours † 2. Jun. 1462.

Ludovicus dictus *Baſtardus Mainii,* B. de Mezieres. *Anna Ludovici Dn. de la Tremouille f. 1474.*

Johanes † *ex.* Franciſca de Blancafort.

, Domina de S. ancisco de Fordiers.

Ludovicus, n. 23. Oct. 1482. † *cœl.*

Renatus d' Anjou, BARO DE MEZIERES, n. 5. Oct. 1483. *Forgeau, Johannis C. de Dammartin f.* *Anna de Chabanes Dn. de S.*

Anna n. 9 Mart. 1477.

Renata, n. 16. Jun. 1480. nup. Franciſco Vicec. de Rochechouart 25 Jan. 1493.

Ludovicus *Abbas de Ponlevoy* in diœceſi Turonenſi 1520.

Nicolaus d' Anjou, Marchio de Mezieres (cr. 1566.) Eq. Ord. Reg. Comes de S. Fourgeau, n. 29. Sept. 1518. † . . . *Gabrielis, Guidonis Dn. de Marueil & de Villebois f. † 1592.*

Franciſca nup. 1. Philippo de Boulainvilliers, Dn. de Vernueil. 2. Johanni III Dn. de Rambures.

Renata nup. 1. Hectori de Bourbon, Vicec. de Lavedan. 2. Gabrieli Baraton, Dn. de Roches.

Antonia ux. prima Johannis de Bourbon Vicec. de Lavedan.

Anjou, M. de Mezieres, Dn. de Marueil, de Villebois
neché, n. 21 Oct. 1550. nup. Franciſco Borbonio,
Delphino Arverniæ, Duci Montpenſerio

Johanna n. & † 1553.

solemni ibidem cerimonia à Clemente *in Regem Neap. coronatus* fuit, indeque a. 1383. m. Jun. iter in Italiam aggressus est, de regno cum *Carolo Dyrrachio*, qui id interea occupaverat, Johanna mque è medio sustulerat, decertaturus; hujus verò res cum meliore in statu, ac putaverat, offendisset, moxque omnibus rebus necessariis destitueretur, exercitu suo fame morbisque consumpto, ipse quoque è dolore ac tædio in febrim pestilentem incidit, qua d. 30. Sept. a. 1384, quod adversus *Sanmarthanos* qui a. 1385. d. 21. Sept. cum obiisse tradunt, *Laburenus* è Diario veteri Episc. Carnutensis evincit, vitam amisit, in summa miseria ac conditione adeo tenui, ut ex prædivite supellectile, quam in Gallia post Caroli V fratris sui mortem rapuerat, unicum ipsi superesset poculum argenteum.

LUDOVICO II in *Regem Neapoleos* à Clemente VII Papa a. 1387. Avenione coronato, perpetuum cum æmulo Ladislao, Caroli Dyrrachii filio, bellum fuit, varia fortuna initio gestum, quæ tamen tandem *Ludovico* planè reflavit, indignata forte quod negligentius ab ipso haberetur; defuisse enim fortunæ suæ *Ludovicum* Scriptores illorum temporum memorant, potuisseque eum firmare res suas, & adversarium opprimere, si quemadmodum scivit vincere, (inprimis illo ad *Raqueseque* prælio a. 1410, d. 5. Maji commisso) sic uti victoria sciviset. Antequam *Jolandam Arragoniam* (cum qua jus in regnum Arragonicum, quo tamen potiri nequivit, nactus est) duceret, desponsata ei fuit *Lucia Barnabæ Ducis Mediolanensis filia*, & post hanc *Mariæ de Marsana*, *Jacobi Ducis Sessæ gnatæ*; num verò nuptiæ istæ peractæ fuerint, non satis liquet.

LUDOVICUS III à *Johanna II. Regina Neapol.* Ladislai sorore *adoptatus*, regnum adversus Alphonsum Arragonium, quem illa prius à se arrogatum iterum repudiaverat, armis sibi vindicavit, illúdque præmatura morte abreptus in fratrem suum *Renatum*, assentiente Johanna, transtulit.

RENATUS *regno Neapolitano* tuendo non sufficit, sed ab Alphonso Arrag. illo exutus est. *Barensem Ducatum* cum Marchionatu *Pontamoussón* ex donatione avunculi sui magni *Ludovici S. R. E. Cardinalis & Ducis Barensis* obtinuit; *Lotharingiam* etiam, post obitum soceri sui masculæ prolis destituti affectavit, sed reflante fortuna: æmulum enim reperit Antonium Lotharingum, C. Valdemontanum, à quo, cum ad arma res devenisset, a. 1431 prælio superatus captúsque fuit, nec prius libertati redditus, quam consensisset in nuptias filiæ suæ *Jolandæ*, cum Friderico, Antonii gnato; quare cum ille post elata turbato mortalitatis ordine funera filiorum nepotumque sucrum, vivis exemptus esset, Lotharingici Ducatus possessio Valdemontanis corroborata fuit, accedente illis insuper è testamento *Renati* Ducatu Barensi. Regni verò, quod amiserat, reliquarúmque ditionum suarum hæredem *Renatus* scripsit Carolum fratris sui filium; Andegavense tamen Ducatu cum corona iterum coalescente.

JOHANNES DUX CALABRIÆ, inter Heroas seculi sui numeratur, atque ob fortitudinem & rei militaris scientiam magno in honore à Regibus *Carolo VII.* & *Ludovico* XI habitus fuit. Genuæ præfecturam ab illo, postquam ea coronæ Gallicæ potestati sese submisit, sibi delatam summa laude prudentiæ ac moderationis gessit. Pro recuperando regno Neapol. expeditionem adversus Ferdinandum Arragonium suscepit, egregiámque de eo victoriam ad *Sarnum* amnem a. 1460 reportavit, ejus tamen fructu perfidia Pr. Tarentini privatus est. Jus etiam avitum in regnum Arragoniæ & Com. Barcinonense m armis sibi vindicatum ivit, & Johannem Navarræ Regem memorabili pugna vicit: cui quidem non diu superfuit, morbo pestilentiali *Barcelonæ* extinctus.

CAROLO Ludovici II filio natu minimo *Apanagii* loco obtigit *Comitatus du Maine*, cum dominiis *la Ferté*, *Mayenne* aliisque; his Regis *Caroli VII* beneficio accessere Comitatus *Gien* ad Ligerim, & aliquot Baronatus; à *Jolantha* verò matre sua Baronatus *Berre* & *Martigues*, postea conjunctim in *Vicecomitatum* erectos, dono accepit. Denique cum uxore secunda Comitatum *Guise* & *Ligny* cum dominio *Novion* obtinuit.

CAROLUS IV à patruo *Renato* hæres regni ditionúmque nuncupatus, à Sixto IV Papa investituram Siciliæ impetrare nequivit, multò minus in ejus possessionem pervenire; itaque ex hæreditate illa non nisi Gallicas ditiones obtinuit, inter quas eminebat *Provinciæ* Comitatus, nec non *Bellofortium*, quod loco Ducatus Andegavensis ad coronam revocati accepit. Cum prole careret, Regem *Ludovicum* XI hæredem instituit, Vicecomitatum tamen *Martigues* Francisco Lucemburgico matrueli suo legavit.

LUDOVICUS BASTARDUS MAINII vigore testamenti paterni Baronatum *de Mezieres* in Turonensi pagositum accepit, quem ipse dominio *Ferrieres*, ab Harduino Dn. de Maille empto, auxit; scutum verum Andinum *scipione diagonali argenteo* distinguere cœpit.

AD

AD TAB. XIV.

Burgundiæ Duces à Valesiis orti scutum Francicum Liliatum, à regio distinxerunt *limbo, è quadrù argenteis & rubeis composito*, cui deinceps *priorum* etiam *Burgundiæ Ducum* insignia superius delineata, *quadripartitim* addidere; *medio* verò scuti loco imposuere parmulam *auream*, *leone nigro linguâ & falculis rubeis* ornatam, *Flandriæ stemma*: accessere denique *Brabantinum* & *Limburgicum* symbola, quorum prius *leonem aureum in solo nigro*, alterum *in argento, rubeo leone auro coronatum* refert.

Postquam priore Ducum Burgundiæ stirpe (quam Tab. VIII. exhibuit) extincta Ducatus iste ad Coronam relapsus esset, contulit eum Rex *Johannes II*, ex Anglia in regnum suum reversus, PHILIPPO filio suo tertiogenito, quem calamitatis suæ socium habuerat; is porrò ducta in matrimonium *Margarita Flandrica*, quam postremus è priore familia Burgundiæ Dux, huic cognominis, viduam post se reliquerat, immane quantum opibus, ditionibus, potentiâque auctus est: illa enim ingentes atque opulentissimas hæreditates in spe habebat, quas etiam patre, nec non matertera sua, Johanna Brabantiæ Ducissâ, vivis exemptis percepit, atque in maiori secundi familiam transtulit. Complectebantur autem illæ ex parte parentis Comitatus *Flandriæ, Burgundiæ, Artesiæ, Nivernii, Rethelii* aliasque Dynastias; ex parte verò matris Ducatus *Brabantiæ, Lotharingiæ Inferioris & Limburgi*, nec non Marchionatum *Antuerpiensem*. Emtionis præterea titulo *Philippus* Comitatum *Charoloi* à Johanne & Bernhardo C. d' Armagnaca, 1390. acquisivit. Has amplissimas ditiones *Philippus* & *Margarita* confecta ætate ita inter filios dispertiverunt, ut *Johanni* primogenito *Burgundiam utramque, Salinas, Flandriam* & *Alustum*, *Tenremondam* & *Malinas* unà cum Comitatu *Artesiæ*, *Antonio Brabantiam*, *Antuerpiam*, *Limburgum* & terras *trans Mosam* sitas, *Philippo* denique *Nivernium* & *Rethelium* vicinasque ditiones assignarent. Cæterum *Audacis* cognomentum *Philippus* hoc præcipuè facto impleviſſe memoratur, quod cùm post inaugurationem Regis *Caroli VI.* solemnes epulæ haberentur, fratri suo natu majori *Ludovico Andino* controversiam de proëdria moverit, eámque insiliendo inter Regem & fratrem occupaverit, prætexens huic audaci axioma *Decani Parium Galliæ*, quo ipse tanquam Dux Burgundiæ gaudeat. Neque verò Audacis tantùm sed & *Prodigi* cognomen illum meruisse *Laburerius in Introd. ad Hist. Car. VI. p. 97.* ait; profusius enim omnibus modis quæstui ac sumptui deditum eum fuisse; alimentaque prodigalitatis suæ ad exempla Ducum Andini & Bituricensis fratrum suorum è plebis provinciarumque expilationibus quæsivisse, refert.

JOHANNI cognomentum INTREPIDI animositas peperit, cujus maximè insignia documenta in pugna Montanacensi adversus Leodienses, obsequium Episcopo suo Johanni de Bavaria detrectantes, edidit. Ab eadem incitatus expeditionem vivo adhuc patre suo anno scilicet 1395. adversus Turcas suscepit, eximiásque copias Sigismundo Hungariæ Regi in auxilium adduxit; verùm in exitiabili illa Christianorum ad *Nicopolin* clade in Barbarorum potestatem incidit, à quibus parum abfuit, quin ingularetur: sed vita pariter & libertate donatus est à Bajazete Turcarum Tyranno; nempe ut implere posset vaticinium, quod Astrologus quidam de eo prodidit, suadens Bajazeti, ut dimitteret virum, plus malorum & funerum Christianis allaturum, quàm omnis gens Mahometana facere potis foret. Turbæ profectò cædésque, quæ posteà *Johanne* auctore in Gallia ortæ ac perpetratæ sunt, quarúmque superius non simplici vice mentio facta fuit, veritatem prædictioni illi adstruxisse videntur. Verum enim verò qui ab aliorum enuore non temperabat manum, nec ipse sine cæde ac sanguine ad generum Cereris descendere debebat: duodecimo enim post Aureliani cædem anno, cùm persuaderi se esset passus, ut cum Delphino, qui posteà dictus est *Carolus VII*, & cum quo male illi conveniebat, in collocutionem veniret Monstreli, quod circiter viginti millibus supra Lutetiam est oppidum, ad confluentem Sequanæ & Jonæ, fuit interemptus à quibusdam Aureliani Ducis familiaribus, quos ad colloquium adduxerat Delphinus, hoc ipso præsente, videnteque & patiente. *Comin. Comment. L. 6.*

PHILIPPO BONI cognomentum mira erga subditos humanitas benignitásque peperit, quibus virtutibus, aliisque quas mortalis conditio perfecta & natura & industria recipit, adeò emicuit, ut priscos Heroas, si non superasse, certè adæquasse prædicetur. Quantacunque autem naturæ ejus fuerit bonitas & moderatio, à vindicta tamen paternæ cædis animum non temperavit, sed eam acrius persequendo exitium pœnè Galliæ comparavit. Tandem verò ad mite ingenium suum

FAMILIÆ RE

LINEA BURGUNDIC

PHILIPPUS DE FRANCIA, cogn. AUDAX, Joh
Apr. 1404. *Margarita, Ludovici III. Com. Flandr*
priore stirpe vidua, ducta 1369. † 16. Mart. 140

Johannes, cogn. Intrepidus, DUX BURG. COMES FLANDRIÆ, n. 28. Maji 1371. occ. 2. Sept. 1419. *Margarita de Bavaria, Alberti C. Hannon. Holland. & Seeland. f. 1385. † 1426.*

Margarita nup. Wilhelmo de Bavaria, C. Hannon. Holland. & Seeland, 1385.

Maria nup. Amadeo VIII. C. Sabaud. 1393. † 6. Oct. 1408.

Catharina nup. Leopoldo IV Duci Austriæ 1393.

Philippus III. cogn. Bonus, Dux Burg. Brabant. &c. n. 30. Jun. 1396. † 14. Jul. 1467. *1. Michaelis, Caroli VI. R. Gall. f. 1411. † 1422. 2. Bona de Arteſia, Philippi C. Nivernii vid. 30. Nov. 1424. † 1425. 3. Iſabella, Johannis I. R. Portugall. f. 10. Jan. 1430. † 1473.*

Philippina notha nup. Antonio de Rochebaron. Guido *nothus* Dn. de Crabecque.

Johannes nothus, Epiſc. Camerac. cogn. † 1479.

Agnes nup. Carolo I Duci Borbon. 1426. † 1 Dec. 1476.

Anna, nup. Johanni de Anglia, D. de Bedford. 1433. † 14. Nov. 1432.

Iſabella, nup. Oliverio de Blois, C. de Penthevre

1406. *Maria, nup.* Adolpho D. Cliviæ.

Catharina † virgo.

Margarita nup. 1. Ludovico Delphino, Caroli VI. filio. 2. Arturo D. Britanniæ 1442. † 11. Febr. 1441.

3. Carolus, cogn. Pugnax & Audax, Dux Burgund. & totius Belgii, n. 10. Nov. 1433. occ. 5. Januar. 1477. *1. Catharina, Caroli VII. R. Gall. f. 1439. 2. Iſabella, Caroli I. D. Borbon. f. 1454. 3 Margarita, Richardi D. Eborac. f. 1468.*

3. Jodocus, n. 4. Apr. 1432.
3. Antonius, n. 30 Sept. 1430. † 5. Feb. 1431.

Philippus de Burgundia, notha Epiſc. Ultraject. † 1496.

Johannes de Burg. nothus, Præpoſitus ad S. Audom.

Catharina, notha, nup. Humberto de Luxieu, Dn. de la Queille.

Balduinus de Burg. *nothus*, Dn. de FALLAIS. Vid. Tab. XXVI. B.

Antonius, Magnus Bastardus DN. de BEVRES. Vid. T. XXVI. A.

Anna, notha, nup. 1. Adriano de Borſele, Dn. de Brigdam. 2. Adolpho de Clivia, Dn. de Ravenſtein. † 17. Jan. 1504.

David de Burgundia, *notha Epiſc. Ultraject. † 1496.*

Philippus de Burg. *nothus*, Dn. de Sommerdic. poſt *Epiſc. Ultraject. † 1524.*

Johannes, nup. Johanni d'Ailly Vicecd. Ambiani.

Raphael de Burg. *nothus, Epiſc. Roſcen.*

† 3. Aug. 1508.

Cornelia, notha, nup. Adriano de Toulongeon, Dn. de Mornay.

Maria, notha, monialis.

Anna, nup. 1. Adriano de Borſele, Dn. de Brigdam. 2. Adolpho de Clivia, Dn. de Ravenſtein. † 17. Jan. 1504.

Johannes de Burg. nothus, Præpoſitus ad S. Audom.

Catharina, notha, nup. Humberto de Luxieu, Dn. de la Queille.

Balduinus de Burg. *nothus*, Dn. de FALLAIS. Vid. Tab. XXVI. B.

Johannes, Magnus Bastardus DN. de BEVRES. Vid. T. XXVI. A.

Anna, notha, nup. 1. Adriano de Borſele, Dn. de Brigdam. 2. Adolpho de Clivia, Dn. de Ravenſtein. † 17. Jan. 1504.

David de Burgundia, *notha Epiſc. Ultraject. † 1496.*

Philippus de Burg. *nothus*, Dn. de Sommerdic. poſt *Epiſc. Ultraject. † 1524.*

Johannes, nup. Johanni d'Ailly Vicecd. Ambiani.

Raphael de Burg. *nothus, Epiſc. Roſcen.*

† 3. Aug. 1508.

Cornelia, notha, nup. Adriano de Toulongeon, Dn. de Mornay.

Maria, notha, monialis.

Philippina notha nup. Antonio de Rochebaron. Guido *nothus* Dn. de Crabecque.

Johannes nothus, Epiſc. Camerac. cogn. † 1479.

Agnes nup. Carolo I Duci Borbon. 1426. † 1 Dec. 1476.

Anna, nup. Johanni de Anglia, D. de Bedford. 1433. † 14. Nov. 1432.

Iſabella, nup. Oliverio de Blois, C. de Penthevre

1406. *Maria, nup.* Adolpho D. Cliviæ.

Catharina † virgo.

Margarita nup. 1. Ludovico Delphino, Caroli VI. filio. 2. Arturo D. Britanniæ 1442. † 11. Febr. 1441.

Philippina notha nup. Antonio de Rochebaron. Guido *nothus* Dn. de Crabecque.

Johannes nothus, Epiſc. Camerac. cogn. † 1479.

Agnes nup. Carolo I Duci Borbon. 1426. † 1 Dec. 1476.

Anna, nup. Johanni de Anglia, D. de Bedford. 1433. † 14. Nov. 1432.

Iſabella, nup. Oliverio de Blois, C. de Penthevre

1406. *Maria, nup.* Adolpho D. Cliviæ.

Catharina † virgo.

Margarita nup. 1. Ludovico Delphino, Caroli VI. filio. 2. Arturo D. Britanniæ 1442. † 11. Febr. 1441.

Johannes, Magnus Bastardus DN. de BEVRES. Vid. T. XXVI. A.

Anna, notha, nup. 1. Adriano de Borſele, Dn. de Brigdam. 2. Adolpho de Clivia, Dn. de Ravenſtein. † 17. Jan. 1504.

David de Burgundia, *notha Epiſc. Ultraject. † 1496.*

Philippus de Burg. *nothus*, Dn. de Sommerdic. poſt *Epiſc. Ultraject. † 1524.*

Johannes, nup. Johanni d'Ailly Vicecd. Ambiani.

Raphael de Burg. *nothus, Epiſc. Roſcen.*

† 3. Aug. 1508.

Cornelia, notha, nup. Adriano de Toulongeon, Dn. de Mornay.

Maria, notha, monialis.

Johannes de Burg. nothus, Præpoſitus ad S. Audom.

Catharina, notha, nup. Humberto de Luxieu, Dn. de la Queille.

Balduinus de Burg. *nothus*, Dn. de FALLAIS. Vid. Tab. XXVI. B.

3. Jodocus, n. 4. Apr. 1432.
3. Antonius, n. 30 Sept. 1430. † 5. Feb. 1431.

2. Maria, hæres Ducatus ac Comitatus Burgundiæ, & provinciarum Belgicarum unica, n. 12. Febr. 1457. nup. Maximiliano Archiduci Austriæ, poſteà Imperatori 19. Aug. 1477. † 25. Mart. 1483.

Joh

Eliſabeth
D

GIÆ TAB. *XIV.*

56

C. POSTERIOR repræsentatur.

anis II Regis F. DUX BURGUNDIÆ, n. 15. Jan. 1341. †27
& Margarita Brabantina filia ac hæres, Philippi D. Burgund. è

de Burgundia, DUX BRABANTIÆ BURGI. n. 1384. occ. in pr. Azincurt. 1415. *Johanna de Luxemburg. Valera-Pauli f. & h. 1402. 2. Elisabetha de Lu-ohannis D. Gorlicia f. 1409.*

Philippus de Burgundia, COMES NIVERNII & RETHELII occ. in pr. Azincurt. 28. Oct. 1415. 2. *Isabella, Engerrandi VII. Dn. de Coucy f. 9. Apr. 1409. †1411. 2. Bona de Artesia, Philippi C. d' Eu f. 20. Jun. 1413.*

Bona, promissa Johanni, Ludovici II. D. Borbonii f. † 10. Septem. 1399.

1. Philippus, † juvenis. 1. *Margarita, sexto ætatis anno.*
2. Johannes de Burgundia, C. Nivernii, D. Brabant. n. 25. Oct. 1415. † 25. Sept. 1491. 1. *Jacoba d' Ailly, Rudolphi Vicedom. Ambianensis f. 24. Nov. 1435.* 2. *Paula de Brosse, Johannis C. de Penthevre f. 30 Aug. 1475.* 3. *Francisca d' Albret, Amanii Dn. d' Orval f. 11. Martii 1479.*
2. Carolus de Burg. C. Nivern. † 1464. *Maria, Caroli II. Dn. d' Albret f. 11. Jun. 1416. sterilis.*

1. Philippus, *nothus*, duxit *Mariam de Roye, Johannis Dn. de Lassy f.* qua 2. 1480. mortua cilicium induit, † 2. 1522.
Johannes, *nothus, Decanus Ecclesiæ Nivernensis.*
Carola nup. Johanni d' Albret, Dn. d' Orval 15. Apr. 1486. † 1500.
1. *Elisabetha Comitissa Nivernii nup.* Johanni I. Duci Clivix 22. April. 1455. † 21. Jun. 1483.
1. Philippus † ante patrem a. 1452.

2. Anonymus.
2. Wilhelmus, † 10. Jul. 1410.
1. Philippus de Burg. D. Brabant. n. 27. Jul. 1405. † 4. Aug. 1430. *ponitus Jo-lande Andegavensi f. Ludovici II. Rex Neap. f.*
1. Johannes de Burgundia D. Brabant. n. 1403. † 17. Apr. 1426. *Jacoba, Wilhelmi de Bavaria, C. Hannon. Holl. & Zeelandiæ* † 1436.

Isabella, notha, nup. Philippo de la Vieville, Eq. Aurei Vell.
Philippus de Brabantia, *nothus.*
Antonius de Brabantia, *nothus.*

Adriana, nothalegitimata a. 1463. nup. 1. Claudio de Rochefort, Dn. de Chastillon. 2. Jacobo de Cluny, Dn. de Menelere.
Johannes, *nothus.*
Wilhelmus, *nothus.*

Adriana, nothalegitimata a. 1463. nup. Philippus, *nothus*, duxit *Mariam de Roye, Johannis Dn. de Lassy f.* qua a. 1480. mortua cilicium induit, † a. 1522.
Johannes, *nothus, Decanus Ecclesiæ Nivernensis.*

Cornelius de Burgundia, *nothus*, Dn. de Bevres, Gubern. Luxemb. occ. post prælium ad Rupelmundam 1452.
Philippus, *nothus*, † in juv.
Maria, nothæ, nup. Petro de Banfre-

es de Burgundia, *nothus*, Dn. d'Elverdingue, † 1479. *Maria de Hal-, Gualtieri Dn. de Labourre f.*

Hieronymus de Burg. *nothus.*

n. d' Elverdingue, nup. Ludovico de Flandria de Praet.

Margarita, uxor Arnoldi de Trasignies Dn. d' Ermude.

reversus pacem cum Rege Carolo VII Atrebati a. 1435 sancivit, & privatas etiam cum Atrebatensibus simultates publicæ utilitati condonavit. Tam præclari Principis fastigium tantis auctibus fortuna extulit, ut ad Regiam dignitatem nil nisi nomen (quod tamen ab Imperatore Friderico sibi delatum renuit) ipsi deesset; numerabat in ditionibus suis Ducatus *quinque*, Comitatus *quindecim*, multasque Dynastias: ultra provincias enim, quæ ex bæreditate paterna ad ipsum devenerant, *Brabantiam* & *Limburgum*, extincta *Antonii* patrui sui progenie, sibi vindicavit, jus etiam in *Lucemburgeusem* Ducatum, quod illi *uxor secunda* attulerat, in se derivavit; præterea *Namurcensem* Comitatum à *Philippo* Comite pretio sibi acquisivit, *Hannoniam* denique, *Hollandiam* & *Seelandiam* amitinæ suæ *Jacobinæ*, fusis ejus copiis ad Scavenam, extorsit, ac sibi filióque asseruit. *Ordinem Aurei Velleris*, cujus insignia tot postea Imperatores, Reges, Principes, tot sago & toga eminentissimi viri gestare, ipse *Brugis* a. 1429. d. 10. Febr. condidit, in memoriam captivitatis, in quam parens ejus post cladem Nicopolitanam incidisse dictus est, quamque inprimis in Colchide, ubi vellus aureum Jason rapuisse fertur, exantlavit. Sortitus est exitum ex hac vita ficilem, illámque, quam Augustum sibi precatum esse Suetonius refert, [illegible], ætate jam senecta. Cum ipso verò fortunam Belgicarum provinciarum, qua, dum in terris agebat, florentissima atque invidiosa usæ sunt, tumulo illatam fuisse, sequentium temporum calamitates & miserias, quibus fœdissimè crudelissimèque vexatæ, vastatæ, exhaustæ & dilaceratæ inde ab illo tempore usque ad hæc nostra fuerunt, testes esse puto pergraves & maximè lugubres.

JOHANNI DUCI BRABANTIÆ quò brevior vita fuit, eò diuturnior fama est posthuma, quippe quam *Academia Lovaniensis*, ab ipso a. 1425. fundata, ad cantus & ad tubicines prosequitur. Conjugio usus est infausto: uxor enim ejus *Jacobina Bavara* frontem usque adeò perfricuit, ut deserere ipsum sub prætextu propioris consanguinitatis, & in Angliam profecta Gloccstriæ Duci nubere sustineret. *Sammarth.*

CAROLUS & JOHANNES NIVERNII COMITES ad successionem in hæreditatem Brabantinam par quidem jus cum Duce Burgundiæ attulére, sed disparem potentiam; hinc parum, imò nihil ex ea ad illos rediit: licet enim *Johanni* à Philippo Bono in compensationem aliqualem prætensionum suarum Comitatus *Estampis* & *Auxerre* cum dominio *Dourdan* acceperit, à filio tamen ejus *Carolo* illis iterum privatus, omnique in Brabantiam juri renunciare coactus fuit, cúmque *Carolo* vivis exempto, ille solus ex hac Burgundica stirpe superesset, noluit tamen res novas moliri, senectámque suam inquietare. In ejus verò gratiam Rex *Carolus VII.* Comitatum *Nivernensem* in *Pariatum* a. 1459 erexit, qui postea cum filia *Johannis* in *Clivensem* familiam transiit. *Sanmarth.*

CAROLO BURGUNDIÆ DUCI *Pugnacis* & *Audacis* cognomentum ex animo vasto, inquieto & majora semper cupiente fuit. Regium axioma, quod patrem ejus asseruatum esse dictum fuit, omni contentione affectatæ memoratur; regnum sibi fingebat, quod ab Oceano ad mare usque mediterraneum extendatur, jámque provincias, quæ Hollandiam Burgundiámque interjacent, spe devorabat. *Geldriam* quidem *Zutphaniámque* ab *Arnoldo* Duce, quem è carcere, in quo à filio suo Adolpho per ingens octennium detentus fuit, liberaverat, 92000 aureis sibi acquisivit; cùm verò *Lotharingiam* armis sui juris facere, Imperio etiam nonnulla loca, quæ ob situm sibi percommoda fore intelligebat, decerpere contenderet, præterea Helvetiis ob causam levissimam bellum inferret, erabrones irritavit, exitiúmque sibi accersivit. Initium ei calamitatum ante *Nevesium*, quod obsidione cinxerat, fuit, quæ deinde tribus improsperis præliis continuatæ, in primo ad *Granssonium* opes, longe splendidissimas, in secundo ad *Moratum* arma virósque, in tertio, demum ad *Nancæum* vitam ipsi eripuerunt: fusis enim à Lotharingis Helvetiisque copiis suis, ipse ex equo dejectus à superveniente cohorte bostium interemptus & in magno eadaverum numero, cùm non agnosceretur, denudatus est. *Et hic quidem exitus fuit potentissimi Principis, quo majorem* (liceat mihi aeuissimi *Cominæi* [illegible] è *Comment. suorum Lib. VII.* huc transferre) *ad vicinos Reges atque populos auctoritatem nemo habuit. Qua potissimum re Deum in se vehementius conciarit, non facilè dixerim, nisi quod omnem, qua fruebatur, felicitatem à suo pendere putabat ingenio & virtute. Præditus erat sane multis eximiis dotibus: operam dabat, ut homines excellenti virtute familiares haberet: multùm cupiebat benefacere: suorum negocia & controversias cognoscebat ipse & liberaliter eos audiebat. Quamdiu cum eo vixi, ingenio erat satis placido: postea verò crudelior evasit, quæ quidem res indubitatum erat signum futuri occasus. In cultu corporis & vestium luxu, aliisque rebus omnibus prope nimius erat, cupidissimus etiam gloriæ, eáque fuit præcipua causa, cur bella susciperet. Hoc enim spectabat inprimis, ut sicut prisci quidam heroes, celebraretur. Animi magnitudine, & robore, & audacia, nulli cedebat. Non facilè dixerim illine Deus, an ipsius populo magis fuerit iratus. Interfectus enim ipse fuit, ut diximus, temporis ferè puncto, sine ullo majori cruciatu: sed ejus provinciæ ab eo tempore perpetuis bellis divexantur.* Et paulò post: *Breviter ingens fuit ejus familiæ splendor & gloria, & nunc ecce miserabiliter est afflicta, sic ut vicinis omnibus exemplo esse possit. Est nimirum Deus, à quo salus regnorum omnium & incrementum & occasus & initia dependent.* Hæc *Cominæus.* Graphicè etiam genium *Caroli* expressit *Varillasius in Hist. Ludovici XI. pag. 99. & seq.* Corpus ejus repertum Renatus Dux Lotharingiæ magnifico funere extulit, & humavit *Nancæi* in æde S. Georgii, monumentúmque ei posuit, cui præter alia hoc etiam inscribi curavit distichon:

Te pacis piguit, te taduit atque quietis
CAROLE, sicne jaces? ergo quiesce diu.

MARIA

MARIA cum esset omnium sui temporis locupletissima puella, quid mirum si multos reperit procos? licet verò cum uno tantum eodémque dignissimo connubio coiverit, non uni tamen desponsata fuit: scilicet constitutum erat patri viraginis, ea pro rota uti, quæ modo in hanc, modo in illam partem, quæcunque nimirum rationibus ipsius maximè conductura esset, verteretur, aut potius pro instrumento, quo vasta, quæ animo volvebat, consilia perficeret. Hinc initiò, ut rebus suis in Germania incrementum afferret, *Maximiliano Austriaco* eam despondit, non repugnante illa, quippe quæ & literas & adamantem ad sponsum e usrei gratia illicò misit. Nihilo tamen secius paulò post eam obtulit *Nicolao Andegavensi Duci Calabriæ & Lotharingiæ*, tum *Carolo Duci Biturigum* Ludovici XI Regis fratri, inde *Philippo Duci Sabaudiæ*. Quid? quod promissa etiam fuit, (ceu *Sanmarthani* referunt) *Carolo Delphino* posteà Regi hujus nominis Octavo, *Carolo Comiti Engolismensi, Dynastæ de la Riviere* qui Regis Angliæ frater appellatur, denique *Principi Tarentino*, Ferdinandi Regis Neapol. filio. Illa verò, morte patris sui juris facta, ex omnibus illum delegit, cui primò omnium desponsata fuerat, sibi non esse integrum aliter facere, expostulantibus respondens, aut violare promissa, quæ ipsamet misisset, ceu dictum est, literis & gemma rara habuerit. Perbreve verò hoc fuit matrimonium, quarto enim anno è vita discessit, dum ex equo delapsa graviter fuit affecta, & simul febri jactaretur, *egregia virtute mulier, & sui conjugis amantissima, & populo valdè accepta*, quemadmodum *Cominæus Comment. Lib. IX.* testatur, qui libro præcedente multa etiam de matrimonio *Mariæ* tum *Maximiliano*, aliorumque procationibus, nonnulla tamen in Germanos Austriacosque iniquiora, è Gallico scilicet ingenio, enarrat.

AD TAB. XV.

Lenzonii, quorum propaginem hæc tabula exhibet, scuto, quo *Valesios* uti cœpisse dictum fuit, hanc addidere distinctionem, ut limbo ejus rubeo *octo nummos Byzantinos argenteos* inscriberent.

CAROLUS Comitatum Alenzonium, *Alentionem* veteres vocarunt, cum Pertico (*la Perche*) à Philippo VI Rege, fratre suo accepit, loco Carnutensis; quem Carolus Comes Valesii parens ejus ipsi assignaverat; illis ejusdem Regis beneficio posteà accessit *Porhoëtensis* in Britannia. *Magnanimi* cognomentum virtus ei militaris peperit, cujus insignia documenta in bellis, quæ à Rege fratre ejus adversus Flandros Anglósque gesta sunt, edidit. Illos inprimis in *pugna Casselensi*. 1328. commissa percussit, victoriæque, quam Galli, Comitis Flandriæ, à subditis suis pulsi, partes tuentes, reportarunt, præcipuum fuit instrumentum. Adversus Anglos autem fortem & fidelem operam Regi præstando, vitam cum sanguine in *prælio Cressiaco*, ubi secundum agmen ducebat, profudit. *Sanmarth.*

CAROLUS II, cui successio in Comitatum Alenzonium, tanquam primogenito, debebatur, pertæsus curarum mundi cilicium sumsit, monasteriúmque fratrum *Prædicatorum* Lutetiæ ingressus est; sed biennio post in *Archiepiscopum Lugdunensem* à Rege *Carolo* V renunciatus, cucullam cum infula commutavit, quamquam invitus dignitatem hanc susc episse videri voluit. *Sanmarth.*

PHILIPPUS non secus ac frater ejus major natu Ecclesiasticum vitæ genus seculari prætulit, & post *Bellovacensem* Ecclesiam, *Rothomagensem* Metropolitanam rexit; cum verò offensionem Regis incurrisset, facto non iniquo (rudi enim & indigno homini, quem Rex ei commendaverat, præbendam ceu vocant conferre renuit) Gallia excessit, Romamque abiit, ubi à Pontifice primo *Hierosolymitano Patriarchatu*, posteà *Aquilejensi* auctus, tandémque ab Urbano VI in *Cardinalium* collegium cooptatus, atque à Bonifacio IX in eadem dignitate confirmatus, *Ostiensis Episcopus* salutatus fuit.

PETRUS ditiones ex hæreditate paterna & cessione fratrum suorum natu majorum ad se devoluras multis à se acquisitis auxit; *Argentan* enim dominium in Normannia à Johanne de Chastillon, Baronatum *Hauterive* prope Alentionem à Thoma Painel emit. *Vicecomitatum Bellomontensem* uxor ex hæreditate avunculi sui acceptum eidem attulit. *Porhoëtensem* verò *Comitatum* Oliverio de Clisson Comestabili tradidit, à quo posteà ad Rohanæos devenit, ille verò vicissim *Tessmensem* in ipsum transtulit.

Cum inter JOHANNEM Comitem Alentionis & Johannem Ducem Borbonii lis de proëdria orta esset, illo cognationem, quæ sibi propinquior cum Rege intercederet ac alteri, hoc axioma, Ducale obtentante, Rex, ne nomen Comitis fraudi Alenzonio esset, *Ducis* & *Parii* dignitate cum Cal. Jan. a. 1414. ornavit, eóque ipso Borbonio æquiparavit, vel potius antepositit. Fuisse prædicatur *Johannes Alenzonius* Vir fortis & pacatus, præsenti magnitudine & animi & consilii præditus, unde ei cognomen *Sapientis* inditum est. Vitam amisit in *pugna Azincurtia*, quæ Gallicæ Nobilitati fatalis admodum & funesta fuit: postquam enim inclinata jam Gallorum acie, ipse cum agmine,

FAMILIÆ RE

LINEA ALEN

CAROLUS DE VALOIS, cogn. MAGNANIMUS du Perche, & de Porhoet &c, obi. in prælio Cre *f. 1314. sterilis.* 2. *Maria de Hispania, Comitissa Bisc. 1369.*

Carolus C. d'Alençon, *Archiepisc. & Comes Lugduni, Primas Galliæ* &c, 1365. †5. Jul. 1375.

Philippus *Cardinalis* d'Alençon, *Episc. Bellovacensis*, postea *Archiepisc. Rothomagensis*, denique *Patriarcha Aquilejæ, & Episc. Ostiensis.* †Romæ 15. Aug. 1397.

Petrus Comes d'Alen Sept. 1404. *Ma maillart, Wilhelmi thenaise f. † 18. Nov.*

Maria, † in juv. a. 1377.

Johanna † innupta 6. Aug. 1403.

Maria n. 29. Mart. 1373. nup. Johanni IV. Com. de Harcour.

Petrus d'Alençon † juv. 1375.

Johañes d'Alen † juv. 1376.

Petrus d' Alencon. n. 4. Octob. 1407. † 16. Mart. 1408.

Johañes II Dux. d'Alençon, n. 2. Mar 1409. † 1476. *1. Johanna, Caroli D. A relian. f. 1424. 2. Mariâ, Johannis IV d' Armagnac f. 1437. obiit 22. Jul 1473.*

Catharina nup. Francisco, sive Guidoni XV Com. de Laval 8. Jan. 1461. † 17. Jul. 1505.

Renatus Dux de Alençon † 1. No *de Lorraine, Friderici C. de V Nov. 1521.*

Carolus Dux d'Alençon, n. Aug. 1489. † 11. Apr. 1525. *nup. Margarita d' Orleans, Caroli C. Engolimensis f. 9. Octobr. 1509.*

Francisca, nup. 1. Francisco II D. de Longueville, 2. Ca rolo de Bourbon D. de Vendôme. 1513. †. 14. Sept 1550.

GIÆ TAB. XV.

ONICA continetur.

Caroli Comitis de Valois F. COMES D' ALENçON,
ico 26. Aug. 1346. Uxor 1. *Johanna, Caroli Com. de Joigny*
is, Caroli d' Evreux, C. d' Eſtampes vidua 1336. † 19. Novemb.

çon † 20. *is de Cha- n. d' Au- 25.*	Robertus Comes du Perche, † 1377. *Johanna, Johannis II. Vicecom. de Rohan f. 1374.*		*Iſabella Monialis.*		
	Carolus d' Alençon. † infans ante patrem.				
,	Johannes cogn. Sapiens Dux d' Alençon, n. 9. Maji 1385. occ. in pr. Azincurt. 25. Octobr. 1415. *Maria, Johannis V. D. Britann. f. 26. Jun. 1396. obiit 18. Decembris 1446.*	*Catharina, nup.* 1. Petro de Navarra C. de Mortain, 1411. 2. Ludovico D. Bavar. 1431. † 26. Jun. 1462.	*Margarita. † innupta.*	Petrus, *Baſtardus d' Alençon è Johanna de Mongaſtel, Dn de Blandé natus.*	
t.	Johannes junior, d' Alencon. n. 17. Sept. 1412. † 17. Oct. 1420.	*Maria † bima.*	*Carola, n. 15. Dec. 1412. † innup. 15. vel 24. Mart. 1435.*	Petrus *Baſtardus* d' Alenc. Dn. de Gallardon.	
v. 1492. *Margarita lemont f. 1488. † 1.*	Johannes *nothus.*	Robertus *nothus.*	*Johanna, notha, uxor* Guidonis de Maumont Dn. de S. Quentin. 1470.		
,	*Anna nup.* Wilhelmo Pâleologo VIII, M. Montferrat. 1508.	Carolus *Baſtardus* d' Alençon, *Maria de Ballue.*	*Margarita, notha nup.* 1. Renato Dn. de Boisguyon 1495. 2. Henrico de Bournel.	*Jacobina, notha, uxor* Ægydii des Ormes, Dn. de S. Germain, qui ob. 1506.	

quod ductabat, prælium instaurasset, sibique ferro per confertissimam Anglorum turmam viam patefaciens, usque ad Regem penetrasset, ejus fratrem Ducem Eboracensem occidisset, ictúque in Regis ipsius caput impacto coronæ partem dejecisset, tandem ab irruentibus Regis satellitibus necatus est. *Sanmarth.*

JOHANNES II. & benè & malè de Regibus suis, nempè *Carolo VII.* & *Ludovico XI*, merendo libertatem amisit: initio enim fidelem *Carolo* adversùs Anglos operam navando, ab his post *pugnam Vernolienſem* a. 1424. captus & per triennium detentus, nec nisi persoluto immani lytro, quod ut conflaret, pretiosiorem suam supellectilem omnem, Baronatúmque *Fougeres* divendere necesse habuit, dimissus fuit. Posteà cùm non condignam meritorum suorum rationem ab eodem Rege haberi sibi visus ad Anglorum partes deflexisset, & *Ludovicum Delphinum* ad defectionem à patre abduxisset, jussu Regis comprehensus, convictúsque proditionis à Paribus Curiæ capitis a. 1456. damnatus est, bonis ipsius fisco adscriptis; Rex verò pœnam mortis in carcerem perpetuum convertit. Ex hoc tamen à *Ludovico*, postquam is *Carolo* mortuo ad regnum pervenit, exemptus & libertati redditus est; potuisseque ille gratia novi Regis frui, nisi maluisset ingenio suo jam à pravis in præcipitia delapso (de quo leguntur aliqua in *Varillasii Hist. Lud. XI. p. 76. & 97.*) morem gerere, novisque rebus studendo, iram heri in se concitare. Denuò itaque a. 1472. in eustodiam raptus & Lutetiæ in quæstionem vocatus est, cúmque à Parlamento morti reus addiceretur, à Rege pœna mitigata ad carcerem condemnatus fuit, in quo dolore & mœrore obrutus animam tandem posuit. *Sanmarth. Buſſier.*

RENATUS parùm abfuit, quin ad paternam orbitam deflectendo parem sibi calamitatem suo sibi jumento arcesseret: delatus quippe fuit apud Regem *Ludovicum XI.* quod cum Duce Britonum pernicioſa regno conferret consilia, atque aliquid monstri aleret; idcirco comprehensus ex mandato Regis, & Vincennensi castro a. 1481, inclusus est. Paulo tamen post, cùm peccatum suum precibus apud Regem laviſſet, fidem obsequiúmque ei juraſſet, & cautionis loco præsidium regium in castra sua suscepisset, libertatem recuperavit; à *Carolo VIII.* autem, Ludovici filio ac successore in integrum omnimodè restitutus fuit, reliquámque ætatem tranquillè peregit. Antequam *Margaritam Lotharingam* duxisset, desponderat sibi *Margaritam de Harcour, Wilhelmi C. de Tancarville* filiam, quam ante nuptias vita destituit. *Sanmarth.*

CAROLO undecimum ætatis annum agenti *Petrus Dux Borbonii* filiam suam *Susannam* promisit, & solemni cerimonia despondit, neque tamen nuptiæ hæ consummatæ sunt, *Petro* interea vivis exempto, & *Anna de Francia* e us vidua & *Susannæ* matre alieniorem ab *Alenzonio* animum gerente, aliúmque sibi generum deligente. Contracta inde cum *Engolismensi* domo affinitate *Carolus* Francisco, uxoris suæ fratri, postea ad regnum evecto, fortissimam in bellis operam navavit, in *prælio* etiam *Ticinensi*, ubi postremam aciem ductabat; sed fusa prima acie Regéque ipso capto retrocedere coactus ex ægritudine in morbum incidit, quo *Lugduni* consumptus fuit. Cum prole careret, *Ducatus Alentionensis* ad *Coronam* revocatus est, frustra renitentibus defuncti sororibus.

AD

AD TAB. XVI.

ENumerata stirpe Valesia, cum omnibus, qui ex ea propullularunt, ramis, recensenda est *Borbonia*, cujus conditor ROBERTUS extitit, Regis *Ludovici Sancti* filius quintogenitus; huic parens *apanagii* loco *Comitatum Claromontanum* in Bellovacensi pago situm, cum aliquot ad *Esiam* amnem dominiis concessit, indeque fuit, quod *Robertus*, dum viveret, *Comes de Clermont* appellabatur. Cùm verò *Beatricem, Johannis de Burgundia & Agnetis Domine de Bourbon filiam unicam* in matrimonium duxisset, & cum ea præter Comitatum Cadrellanum (*Charolois*) quem è paterna successione *Beatrix* nacta est, amplissimam *Borbonensis pagi* hæreditatem obtinuisset, posteri ejus tanti hanc fecere, ut derelicto Claromontano cognomine, *Borbonium* adsciscerent, licet scutum liliatum Francicum cum *scipione diagonali rubeo extrema clypei tangente*, quo *Robertus* suum à Regio distinguere cœpit, conservarent. Annumerabatur de cætero Borbonia familia, priscina illa scilicet, antiquissimis Galliæ, legiturque, duravisse ejus lineam primogenitam usque ad *Mathildin*, quæ Guidoni II Dn. de Dampierre nupta, eidem hæreditatem Borboniam attulit, & præter alios liberos duos potioris sexus peperit, nempe *Archambaldum VIII Dn. de Bourbon* & *Willelmum Dn. de Dampierre*. Ille ex *Mathilde de Montluçon Archambaldum IX Borbonii Dominum* genuit, patrem è *Jolanda de Chatillon Mathildis* & *Agnetis*, quæ ambæ duobus è Burgundica familia fratribus nuptui locatæ sunt, quemadmodum Tab. VII. videre est; & *Agnes* quidem, cui *Borbonium* ex hæreditate paterna obtigit, *Johanni*, Roberti C. Claromontani socero. *Willelmus Dn. Dampetræ* ducta *Margarita de Flandria*, Balduini Imp. Constantinop. filia, relicto Borbonio cognomine *Flandricum* assumsit, & inter posteros suos *Comites Flandriæ quatuor* numeravit, donec deficiente ejus masculâ stirpe iterum per *Margaritam* Comitatus Flandriæ ad *Burgundiæ Duces* è posteriore familia translatus est, à quibus postea ad *Austriacos* transiit; utadeò dyas illustrissimarum in Europa familiarum à duobus fratribus priscæ Borboniæ gentis defluxerit, *Francica* ab *Archambaldo*, *Austriaca à Wilhelmo*, quemadmodum à *Sanctharis* observatum est.

LUDOVICUS forti ac fideli opera, quam Regi *Philippo* IV. ejusque filiis ac successoribus probavit, clarum nomen, magnámque auctoritatem sibi peperit. A *Carolo Pulchro Ducibus & Paribus Galliæ* adscriptus est, Borbonensi dominio in *Ducatum* & *Pariatum* a. 1327. erecto, ita tamen ut sub novo hoc Pariatu Rex comprehendi etiam voluerit castra *Issoudun*, *S. Pierre le Moustier* & *Montferrand*, nec non Comitatum *la Marche*, quem paulò ante Ludovico pro Claromontio titulo permutationis tradiderat. Sed *Claromontium* postea beneficio Regis Philippi Valesii ad Borbonios rediit.

LUDOVICUS II avi cognominis vestigia ingressus, omnes ævi sui (perditissimi quidem, quo regnante Carolo VI Regum infelicissimo scissa factionibus Gallia in summis angustiis versabatur.) veræ laudis integritatis & virtutis bellicæ superasse prædicatur. Anno 1369. *Ordinem militarem scuti auræi* instituit, inque eum præcipuos è Nobilitate suâ viros cooptavit, dicendo eis, se ob spem fiduciamque, quam post Deum in ipsos collocet, imposterum symbolis loco cingulum gestaturum, lætospei (*Esperance*) vocabulo insignitum. Eduardum III Dn. *de Beauvieu* adversus Amadeum VI. C. Sabaudiæ protexit, hujusque beneficii hanc gratiam retulit, ut ab illo universarum ditionum hæres, si quidem improlis decessurus esset, nuncupatus fuerit; cùmque id contigisset, Baronatus *Beauvieu* cæterorumque dominiorum, inter quæ *Dombes*, postea Principatus axiomate insigne, eminuit, successionem adiit. Per conjugium etiam possessionibus auctus est, & *Delphinatum Arvernia*, nec non Comitatum *Forès* cum dynastia *Mercueil* in familiam suam intulit. *Sanmarth.*

BLANCAM formæ generisque decus à crudelitate mariti Regis Castiliæ tueri non valuit, quin is eam statim à nuptiarum die odisse inciperet, postea pellicum suarum in stinctu quotidiam in custodiam daret, tandemque miseram vel veneno vel ferro è medio tolleret. *Sanmarth.*

JOHANNES I per matrimonium cum Maria Bituricensi *Ducatu Arvernia* nec non *Comitatu Montpenserii*

FAMILIÆ RE

Qua

LINEA BORBO

&

COMITES DE CLERMONT, DUCES DE BOURBON

recensen

ROBERTUS DE FRANCIA, Ludovici IX. Regis F
Febr. a. 1317. *Beatrix, Johannis de Burgundia &*

Ludovicus C. de Clermont, DUX DE BOURBON, †22. Jan. 1341. *Maria Johannis II. C. Hannon f. 1311.* †1354.

Blanca, nup. Roberto VIII C. Arverniæ & Bolon. 1303.

Maria Prioriſſa Peſcinii (Poi ſon) 1330. † 18. Majî 1372 æt. 73.

Petrus D. Borbon. C. Clerm. occ. in pr. Piſtavienſi 19. Sept. 1356. *Iſabella, Caroli C. Valeſii f. 25. Jan. 1336.*

Jacobus † infans. 9. Sept. 1318.

Jacobus de Bourbon. COMES DE LA MARCHE. Vid. Tab. ſeq. XVII.

Johanna, nup. Guidonii II. C. de Forés 1318. †1382.

Margare
Johann
Sully. n
Hutino
Vermei

Ludovicus II. Dux Borbon. n. 4. Aug. 1337. † 19. Aug. 1410. *Anna, Beroaldi Delphini Arverniæ, & Johannæ C. de Forés fil. unica 4. Jul. 1368.*

Johanna, nup. Carolo V Regi Galliæ 1349. †1377.

Blanca, nup. Petro Crudeli R. Caſtil. 1352. †1361.

Bona, nup. Amadei VI. C. Sab. 1355. †

Johannes Dux Borbon. & Arverniæ, C. de Clermont, Montpenſier & Forés. †1434. *Maria, Johannis de Francia, D. de Berry f. Philippi de Arteſia, C. d' Eu vid. 24. Jun. 1400.*

Ludovicus † 12. Sept. 1404. æt. 16.

Carolus I. D. Borb. & Arv. † 4. Dec. 1456. *Agnes, Johannis D. Burg. f. 17. Sept. 1426.*

Ludovicus † infans.

Ludovicus de Bourb. C. de MONTPENSIER. *1. Johanna Delphini Beroaldi III. C. Delphini Arv. de Clermont & Sancerre ſ. & h. 1426. † 1436 ſterilis. 2. Gabriela de la Tour, Bertrandi C. Bolon. & Arv. f. 15. Febr. 1441*

& C. Narbonæ 1466. †

Ludovicus, *nothus*, C. de ROVSSILLON Admiratus Fr. † Jan. 1486. *Johanna de Foix, Ludovici XI. R. Franc. f.*

Johanna, C. de Roufſillon nup. Johanni de Chabannes C. de Dammartin. 2. Carolo Dn. de Boullainvillier.

Anna, Dn. de Mirebeau ux. Johannis B. d' Arpajon.

Elinatur 1465. † 1519. *Margarita, nup.* Philippo D. Sab. † 1497. *Johannæ, ux.* Johanni Gabrielo de la Tour, Comiti d'Auvergne.

Philippus D. de Beaujeu, & C. de Clermont, poſt Dux de Bourbon. n. Nov. 1439. † 10. Oct. 1503. *Anna Ludovici XI. R. Franc. f. 31. Dec. 1461. Dux. 1488. R. Cardinalis Epiſc. Clarom. † 13. Septemb. 1488.*

Petrus Dn. de Beaujeu, & C. de Clermont, poſt Dux de Bourbon. n. Nov. 1439. † 10. Oct. 1503. *Anna Ludovici XI. R. Franc. f. 31. Dec. 1461. Dux. 1488. R. Cardinalis Epiſc. Clarom. † 13. Septemb. 1488.*

Carolus Borb. *Archiep. Lugdun. 1446. † 1476. Legatus Avenion.*

Philippus † ivv.

Johannes Hieron. Bonus, D. Borb. & Arv. † 1488.

Ludovicus Borbonius, *Epiſc. Leodienſis* 1455. occ. 1482. † 1468.

Jacobus † cælebs 28. Maji 1414. † 13. Sept. 1467.

Iſabella, ux. Caroli D. Burg. *Margarita, nup.* Johanni Andino D. Galbr. 1437. †

Catharina nup. Adolpho Egmond. D. Geldriæ 1463. † *Sybilla f.*

Johannes, *nothus*, Dn. de Roſiers, *Legitimatus* 1486. † 1519.

Johannes Borbonius, *Epiſc. Lingonenſis* 1482. † 1501.

Anna, Dn. de Miribeau ux. Johannis B. d' Arpajon.

Johanna, C. de Roufſillon nup. Johanni de Chabannes C. de Dammartin. 2. Carolo Dn. de Boullainvillier.

Johanna, nup. Philippo D. Sab. † 1497. *Johannæ, ux.* Johanni Gabrielo de la Tour, Comiti d'Auvergne.

Stephanus, Dn. de Beaujeu nup. 1. Anna, Dn. de Montpenſier & Dombes † 1522. 2. Catharina d' Armagnac, Jacobi D. de Nemours f. 21. Aug. 1488. † 1516. 3. Johanna d' Albret, Johannis C. de Venti-mil. † 1517.

Petrus D. de Bourbon, *nup.* Annæ, Ludovici XI. R. Franc. f. Dux 1488. † 1503.

Suſanna, Duciſſa Borbon. n. 10. Maji 1505. nup. Caroloà Montpenſ. † 1521. Apr.

Carolus, Dn. de Beaujeu, & C. de Clermont, † in juv.

Carolus, Dn. de Beaujeu, & C. de Clermont, † in juv.

Jacobus, *nothus*, Dn. de Ormoy. † 1580.

Margarita, nothæ ux. Johannus de Serpieres Dn. de Preslet 1562.

Maria, nothus nup. Jacobo de S. Colombe, Dn. du Til.

Hector, *nothus, Archiep. Tolof.* 1491. † 1515.

Carolus, *nothus*, DN. DE LA VEID. A. N. XXVII. A. Vid. Tabul.

Matthæus, *nothus*. Bde la Roche en Renier Admir. Aquitaniæ.

2. Ludovicus de Borbon, n. Mart. 1486. † poſt. 16. diem.

IGIÆ TAB. *XVI.*

ONICA inchoatur,

& AUVERGNE, nec non COMITES DE MONTPENSIER

atur.

COMES DE CLERMONT, obiit ætate confectus d. 7. Aguet's Domicella de Bourbon fil. & hæred. † 1. Oct. 1310.

Margarita, nup. Johannis de Flandria C. Namurci 1307. † 1309.

Petrus *Archidiac. Magnus Ecclesiæ Paris.* vixit 1330.

Johannes de Clermont, Baro de Charollois, Dn. de S. Just. † 1316. *Johanna, Goberti Dn. d'Argies, f. Hugonis C. Suession. vid.*

Margarita, nup. 1. Maria, *ux.* 1. Guidonis de Lezignen Pr. Cypri. 1334. 2. Roberti I. Andini Pr. Tarent. 1387.

Beatrix, nup. 1. Johanni Lucemb. R. Bohem. 1334. 2. Eudoni Dn. de Grancey. † 25. Decemb. 1383.

Philippina † in jun.

Beatrix C. de Charollois nup. Johanni I. C. Armagnaci.

Johanna Dn. de S. Just. uxor. Johanni I. C. Arvern. & Boulon.

Catharina, ux. Johannis III. C. ab Harcourt 14. Oct. 1359. † 6. Jun. 1427.

Isabella.

Margarita, nup. Arnoldo Amanjeu Dn. Albreti 1368.

Maria Monialis Piscinii 1380. † 17. Maji 1372

Johannes *nothus* Dn. de Rochefort. *Agnes Chalcu, Pipini Dn. du Croset f.*

Catharina † innupta.

Isabella nup. Beroaldo III. Delphino Arvern. avunculo suo.

Hercules *Bastardus* de Bourbon. † e vuln. in obsid. Suession acceptis. 1414.

Jacobus, *nothus*, Dn de Curoy.

Johannes, *nothus, Abbas de Cluny, Episc. du Puy. † 11. Dec. 1485.*

Alexander, *nothus*, damn. crim. læsæ Majest. & suffocatus in aquis.

Margarita, notha, nup. Roderico de Villandrand C. de Ribadeo 1433.

Johanna, notha, ux. Ludovici Combauld Dn. de Labour 1435.

Carolus, notha, ux. Odilii de Seunay.

Anna nup. Renato du Bus.

Johanna, notha, ux. Johannis Dn du Fau.

Stephana, notha, Caroli, notha, ux. Guillelmi Dn. de Gouy.

Carolus, notha, ux. Wolfarti de Borselle, Dn. Verz in Holl. 1468.

Gabriela nup. Ludovico II. Dn. de la Tremouille 1484. † 30. Nov. 1516.

Johannes † in juv.

Gilbertus, Archidux Sessæ, C. Montpens. Delphin. Arv. Prorex Neap. † 5. Oct. 1496. *Claræ Gonzaga. Fr. deriit M. Mantuæ, f. a. Febr. 1481. † 1. Jun. 1503.*

Ludovica uxor. 1. Andreæ Dn. de Chauvigny, 2. Ludovici Borbonii Pr. de la Roche-sur-yon. † 1. Jul. 1561.

Renata, nup. Antonio D. Lotharing. † 1539.

Anna † innup. in Hispan.

Carolus III Dux de Bourb. & Auver. C. de Monp. n. 17. Febr. 1489. occ. 6. Maii 1527. *Susanna, Petri Ducis Borbon. f. & hæres. Ducis Bourbon. † 28. Jan. 1521. 10. Maji 1505.*

Franciscus, Dux de Chatelleraud, occisus ad Marignanum 13. Septemb. 1515.

Ludovicus, C. de Montpens. † 19. Aug. 1501.

Franciscus de Bourb. C. de Clermont, n. † ante patrem. Jul. 1517. Gemelli in inf. mortui.

Catharina, notha, nup. Bertrando de Salmart, Dn. de Resis.

penſerii auctus eſt : quamquam enim Johannes Dux Biturienſis Mariæ parens omnem ſuam ditionem in Coronam Francicam per donationem mortis cauſa & ſi ipſum vel filios ſuos absque prole maſcula decedere contingeret, a. 1386. transtulerit, licétque gnati ejus, improles mortui conditionem impleverint ; dedit tamen hoc Rex *Carolus* VI meritis Borboniæ domus, honoríque nuptiarum *Johannis* & *Mariæ*, ut iis eorumque poſteritati maſculæ *Ducatum Arvernie, Comitatúmque Montpenſierium* cum ſuis pertinentiis, exceptis tamen Vicecomitatu *Carlat*, oppido & dominio *Monteferrand*, nec non Caſtro *Uſſon*, jure proprio poſſidendos concederet. Præſtitit pro hoc beneficio Regi *Johannes* gratiſſimi animi ſtudia, ſummaque contentione ac fortitudine pro ipſo adverſus Anglos depugnavit, usque dum ab his in *pugna Azincurtiana* a. 1415. captus & in Angliam abductus fuit, ubi ingens novendecim annorum intervallum in cuſtodia explevit, animámque poſuit.

CAROLUM DUCEM BORB. concernere, quæ de Johanne *Varillaſius in Hiſt. Lud. XI. p. 76. & 77.* narrat, ratio temporum credere jubet: etenim qua tempeſtate Ludovicus Delphinus prima vice ab aula patris Caroli VII receſſit, & Borbonium ſe recepit, factum autem id eſt a. 1440. *Johannes* Caroli pater jam inter mortuos obverſabatur. Concitavit verò Dux Borbonius illa ad Delphini partes acceſſione erga ſe arma Regis, ad cujus tamen obſequium mox, Delphino deſerto rediit.

LUDOVICUS BORBONIUS à Duce *Carolo* fratre ſuo accepit in ſortem ſuam *Comitatum Montpenſierium* & dominium *Combrailles*, nec non jura, quæ ſibi in ſucceſſionem *Beroaldi Delphini Arvernie, Comitis de Clermont & Sancerre*, cujus filiam *Johannam* Ludovicus in conjugio ſed ſterili habuit) ratione aviæ ſuæ paternæ, quæ Johannæ amita fuit, eidemque ſuperſtes manſit, competebant ; ſcutum verò ſuum à Ducali Borbonio ita diſtinxit, ut ſcipionis diagonalis ſummitati *Delphinum cæruleum auro impreſſum* ob *Delphinatum Arvernie* adderet. Quo anno ſupremum diem Ludovicus obierit, non ſatis conſtat, vixiſſe eum adhuc a. 1480 tabulæ matrimoniales filii ejus *Gilberti* teſtantur. *Sanm.*

JOHANNI II DUCI cum affine ſuo *Ludovico XI.* Rege non benè conveniebat, abhorrebátque illius natura bona (quæ in cognomentum ipſi abiit) & candida, à verſuto & diſſimulationibus dedito hujus ingenio. Eo tamen extra orbitam deflexit, eáque propter malè apud Scriptores illorum temporum, præcipuè *Caminaum Comment. lib. i.* audit, quod civilis belli auctor fuit, primorésque Gallorum, inprimis Burgundiæ Ducem, impulit, ut arma adverſus Regem capeſſerent, eo quidem conſilio, ut Regem, qui multa inſolenter ageret & iniquè, cogerent ſaniorem Reip. formam inſtituere; unde quia bellum videbatur ſuſcipi pro republica Galliæ, appellatum fuit *Bonum publicum.* Reconciliatus poſteà Regi iterum ejus offenſam incurrit, quod, cùm is poſt fata Caroli Pugnacis D. Burgundiæ Belgio inhiaret, idque filiæ ejus armis eripere intenderet, conſilia adeò iniqua probare noller; ſed à *Carolo VIII.* Ludovici filio ac ſucceſſore majore in exiſtimatione habitus, & *Comeſtabilis* dignitate ornatus eſt.

Johanne absque liberis mortuo cum ſucceſſio in Ducatum Borbonium ad CAROLUM Cardinalem utpote proximum inter illius fratres ſpectaret, PETRUS minor natu inſtinctu uxoris eam ſibi vindicavit, Carolumque anteverſit, quod hic animo adeò iniquo non tulit, pactoque cum fratre ſancito nil niſi uſumfructum dominii *Beaujolois*, ſibi dum viveret reſervavit. Reliquit poſt ſe *filiam naturalem* è *Catharina Bartine* ſuſceptam, cui nomen *Iſabelle*, hæc *Gilberto de Chantelot Dn. de la Chaiſe* in manum convenit.

PETRUS II antequam *Ducatum Borbonium*, eo quo dictum eſt modo, obtinuiſſet, *Dominus de Beaujeu* audiebat. Floruit gratia *Ludovici XI.* à quo & in generum delectus, & poſſeſſionibus auctus eſt: ejus enim beneficio Comitatum & dominia *Superioris & Inferioris Marchiæ*, qua fiſcus Jacobum Nemoroſii Ducem multaverat, præterea Comitatum *Gien*, & Vicecomitatum *Chaſtellerand*, morte Caroli Andini R. Siciliæ ad coronam relapſum accepit. Vicecomitatus autem *Carlat* & *Murat* titulo permutationis pro Comitatu Inſulæ in Linguadocia acquiſivit. *Sanmarth.*

LUDOVICUM BORBONIUM *Epiſcopum Leodienſem* cives urbis hujus perpetua ferme ſeditione exercuere, tandémque è medio ſuſtulere, manum præbente Wilhelmo Marcano, qui Præſulem ad turbas, quas ipſe conciverat, ſedandas advolantem trucidavit, & de ponte in præfluentem *Moſam* præcipitem dedit.

GILBERTUS C. MONTPENSERIUS cum virtutem militarem *Ludovico XI.* & *Carolo VIII.* Regibus in bellis quæ illi Carolus Burgundus, huic Duces Aureliani & Britanniæ conflarunt, probaſſet, à poſteriore in ſocietatem expeditionis Neapolitanæ accitus eſt, réque proſperè geſta à Rege reditum parante Neapoli, ut vices ejus ſuſtineret, relictus, atque *Archidux Seſſæ* creatus fuit. Illo verò in munere non pari ac prius vel dexteritate vel felicitate uſus eſt: cum enim Ferdinandus Catholicus Rex Hiſp. ad occupandum Regnum Neapol. animum armaque appuliſſet, in anguſtias ſe redigi paſſus, turpem unà cum ſexies mille militibus deditionem fecit, miſſuſque cum iſtis Bajas Puteoloſque in cuſtodiam, tum ærumnis carceris, tum cœli inclementia ipſe cæteríque omnes extincti ſunt ; *quibus longè honeſtius fuiſſet, majorum more in acie occumbere, quàm ſicca & ignominioſa morte manciporum inſtar deficere*, ut *Buſſierii* quidem verba (*Hiſt. Fr. l. 14.*) addam.

LUDOVICUS MONTPENSERIUS grande pietatis in patrem & quanta [illegible] vis ſit, documentum dedit ; cum enim expeditioni Gallorum adverſus Fridericum Arragonium, Neapolitanorum Regem intereſſet, & *Puteolis* ſepulchrum *Gilberti* patris inviſeret ; dolore tanto ex deſiderio patris correptus eſt, ut paucis horis *Neapoli* vitam amiſerit. *Buſſier. Sanmarth.*

CAROLUS MONTPENSERIUS poſt *Petri Ducis Borbonii*, prole maſcula deſtituti, deceſſum, hæreditatem

hæreditatem ejus tacito (ceu *Thuanus Hist. lib. 1.* refert) & familiari gentis Borboniæ fideicommisso ad se pertinere contendens, *Susannæ Petri filiæ* litem movit, cui ut finis imponeretur, dissolutis, quæ jam tum inter hanc & Ducem Alenzonium intercesserant, sponsalibus, *Carolo* Susanna nupsit. pactúmque est, ut si *Susanna* prior sine liberis decederet, jus omne in hæreditatem Borboniam etiam donationis titulo, si opus esset, *Carolo* cederet. Hac itaque opulenta accessione, & præterea *Camerarii* (quod munus jam inde à *Roberto* in hac familia fuit) nec non *Comestabilis* dignitatibus auctus *Carolus*, omnium Galliæ Procerum longè clarissimus evasit, & porrò virtute, qua in pugna ad *Marignannum*, & defensione Mediolani adversus Imp. Maximilianum sepræbuit laudem bellicam insignem, tantámque existimationem sibi comparavit, ut ipsa Regis parens vidua *Ludovica Sabauda* amorem ejus conjugiumque & antequàm *Susannam* duceret, & iterum hac defuncta appeteret; erat enim non solum fortis, sed & pulcher, liberalis, suavis & civilis, ut secundum judicium *Varill.* (*in Hist. Francisci I. l. 1.*) nihil ei deesset, quo minus Heros seculi sui audiret, nisi major obsequela ergà personam, à qua amabatur, aut levior injuriarum ab illa spreta acceptarum sensus & memoria: nimirùm tantum abest, ut *Carolus* oblatas sibi regiæ parentis nuptias pronis auribus acciperet, ut potius eas palàm averseretur, & iterata vice repudiaret, unde impatiens contumeliæ imperiosa fœmina, ut eam ulciscereturcontroversiam illam, de qua cum *Susanna* transactum fuisse dictum est, ipsa, quod *Margarita*, *Susannæ amita*, nata esset, animosè renovavit, nec ulla ratione adduci potuit, quo minus egregium virum Regi agnatum & dignitate præpotentem, intempestiva lite vexaret, & indulgentissimi filii auctoritate ad privatas libidines abuteretur. *Carolus* itaque injuriosam Regis indignationem non ferens, ad defectionem ab eo ad Carolum V. Cæsarem prolapsus est, cúmque eam detectam intelligeret, fuga è Gallia in Italiam se proripuit, in Hispaniam transmittere cogitans, ut *Eleonoram Cæsaris sororem*, uti pactum fuerat, in uxorem acciperet, sed à Cæsare, cui id matrimonium cordi non erat, sub specie honoris in Italia detentus, exercitúque ejus cum amplissima potestate præfectus est, neque parum momenti ad magnam illam & sanguinolentam de Gallis ad *Ticinum* victoriam posteà attulit. Quo verò tandem fato ætate adhuc vigente perierit, nemini nisi in Historia hospiti, obscurum est: nimirum cùm Romam cum Cæsaris, Clementi Pontifici, ob fœdus ab eo cum Gallis initum, infensi, exercitu advolasset, dum irruptionem, quæ etiam ex voto succesit, parat, ipséque scalam muro admovet, glande trajectus in litnine victoriæ suæ occubuit. Corpus ejus *Cajetam* delatum & sarcophago erecto inclusum fuit, ubi peregrinantibus etiamnunc ostentui esse solet, hac inscriptione Hispanica insignitum:

FRANZIA *me dio la luce,*
SPANNA *fuerça y ventura,*
ROMA *me dio la muerte,*
GAETA *la sepoltura.*

Cùm prolem nullam legitimam post se relinqueret, Ducatus *Borbonii & Arvernia* cum Comitatibus *Clermont* & *Forés* ad *Coronam* reducti fuerunt. *Thuan. Mez. Sanm. Varillas l. c.*

FRANCISCUM BORB. magnæ spei & ingenuarum virtutum juvenem pugna ad *Marignanum* abstulit; in ejus gratiam Rex *Franciscus I.* Vicecomitatum *Chastelleraud* in Pictavia in *Ducatum* & *Pariatum* a. 1514. erexit. *Filiam naturalem* idem reliquit *Isabellam*, quæ *Laurentio Suarez de Mendoza*, *Cde Corunna* in Hispania nupsit; hanc ipsam verò, *Margaritæ*, *Johannis I. Ducis Borb. filia notha*, natam esse, à quibusdam perhiberi, *Sanmarthani* memorant.

AD TAB. XVII.



IACOBUS C. DE LA MARCHE *Jcutum*, quo *Borbonii* uti cœpere, *tribus leunculis argenteis (scipioni diagonali rubeo impressis* distinxit, idque ad posteros transmisit. A Rege *Johanne*, cui fidelissimam & strenuam adversus Anglos operam navavit, Comitatu *Ponthieu* (qui tamen ad liberos ejus non devenit, sed ad Coronam reductus est) & dignitate *Comestabilis* auctus fuit. *Tribus* præcipuè *praliis* inclaruit, primò *Crecienſi*, in quo vulneratus, posteà *Pictavienſi*, ubi cum ipso Rege, dum eum ex Anglorum manibus eripere contendit, captus fuit, & denique *Brignæano*, quod ipsi filióque vitam abstulit. In hoc verò non cum hostibus, sed cum scelerata exauctoratorum militum manu depugnavit, qui rapinis assueti per Campaniam Lugdunensemque provinciam grassabantur omnia depopulantes, adversus quos ille à Rege cum copiis numero inferioribus missus, conserta manu victus, graviterque cum grandiore gnato *Petro* vulneratus fuit. Abducti *Lugdunum* triduò post obierunt. *Froſſard. Hist. Lib. 1.*

JOHANNES felici matrimonio *Vindocinenſem* amplam hæreditatem in familiam suam transtulit, Catharina enim ejus uxor Johannæ, quam unicam filiam frater illius *Buchardus IV Comes Vindocinenſis* ex *Isabella Borbonia* post se reliquerat, in tenera ætate extinctæ, hæres ex asse fuit; continebat autem hæc successio, præter *Vindocineuſem* Comitatum etiam *Castrenſem*, prætereaque dynastias *Lusignan*, *Espernon*, *Bretencourt* cum multis aliis.

FAMILIÆ RE

LINEA BORBONICO-

JACOBUS DE BOURBON, Comes Stabilis Galliæ, † 6. Apr. 1362. *cy fil. primog. & ex parte hæres, 1335.*

Ludovicus I. Ducis Bor… *Johanna, Hæ…*

Petrus C. de la Marche † eodem. quo parens, die.

Johannes C. de la Marche, † 11. Jun. 1393. *Catharina, Johannis C. de Vendôme f. 28. Sept. 1364. † 1. Apr. 1411.*

Jacobo II C. de la Marche, REX NEAP. † 24. Sept. 1438. *1. Beatrix, Caroli III. R. Navf. 14. Sept. 1405. 2. Johanna Reg. Neapolitan. 1415.*

Ludovicus de Bourb. C. DE VENDOME, † 10. Dec. 1447. *1. Blanca, Hugonis C. de Roucy f. 1414. † 22. Aug. 1421. 2. Johanna, Johannis de Montfort Dn. de Laval. f. 24. Aug. 1424. † 18. Dec. 1468.*

Anna, nup. 1. Johanni de Berry, C. de Montpensi. 2. Ludovico Barbato D. Bavar.

Maria, ux. Johannis de Beine, Dn. de Croix.

Carola, nup. Johañi R. Cypri 2. Aug. 1409. † 1487.

1. Eleonora C. de la Marche & Castres, D. de Nemours nup. Bernardo Armagnaco C. de Pardiac.

Johannes de Bourb. C. de Vendome, † 6. Jan. 1477. *Isabella, Ludovici Dn. de Beauveau f. & h. 9. Nov. 1454.*

Gabrielis † innupta.

Johannes *Bastardus* de Vendôme Bonneval è *Sibylla Botrum* … *d'Illiers, Johannis Dn. des Roch…*

Johanna, nup. 1. Johanni II D. Borb. 1487. 2. Johañi de la Tour, C. Arv. 1494. 3. Francisco de la Pause, B. de la Garde 1503. † 22. Jun. 1511.

Franciscus de Bourb. C. de Vendôme, n. 1470. † 3. Oct. 1495. *Maria de Lucemb. Petri C. de S. Paul fil. primog. & hær. præcipua, Jacobi de Sabaudia, C. de Romont vid. 1487 † 1. Apr. 1546.*

Catharina, ux. Gilberti de Chabanes Dn. de Courton.

Johanna, nup. Ludovico de Joyeuse, Dynastæ de Botheon. 1477. † 1487.

Ludovicus de Bourbon. PR. DE LÆN… ROCHE SURION… Vid. Tab. XX. A.

Carolus DUX DE VENDOME, n. 2. Jun. 1489. † 25. Mart. 1537. *Francisca d'Alençon Ducissa de Beaumont, Francisci D. Longavillei vid. 18. Maji 1513.*

Jacobus, n. 6. Jul. 1490 † 16. Aug. 1491.

Ludovicus, n. 2. Jan. 1493. S. R. E. *Card. cr. 1517. Archiep. Senonum* 1536. † 11. Mart. 1556.

Antonia, n. 1. Jan. 1494. nup. Claudio Lotharingo D. Guis. 1513. † 20. Jan. 1583.

Ludovica, n. 1. Maji 1495, Abbat. Fontis Ebraldi 1530 † 21. Septem. 1575.

Franciscus C. DE SC… PAUL, n. 6. Octob… 1491. † 1. Septemb… 1545. *Adriana, Jo… hannis Dn. d' Estou… teville f. & h. 1534.* † 1560.

Eleonora, n. 18. Jan. 1532. Abbat. Fontis Ebraldi. † 26. *Mart. 1611.*

Ludovicus PRINCEPS DE CONDE. Vid. Tab. XIX.

Johannes Dux d'Enghien, n. 6. Jul. 1528. † 1557. *Maria Borb. Cæs. S. Paul.*

Renata, n. 6. Febr. 1527. Abbat. Caudæ S. Paul.

Charlotta, n. 28. Septemb. 1525 Abbat. Soession † 1594. Mar… tio mens.

Catharina, n. 28. Septemb. 1525 Ebolarum 30. Febr. 1583.

Ludovicus, n. 2. Maji 1522. † 25. Jun. 1525. *Magdalena, n. 3. Febr. 1520. Abbat. Bar. Pisiaci.*

Franciscus Com. d'Enghien n. 23. Sept. 1519. † 14. 46.

Antonius, DUX DE VENDOME, REX NAVARRÆ. Vid. Tab. Seq. XIII

Margarita, n. 26. Octob. 1516. nup. Francisco Clivio D. Nivern. 1538. † 26. Oct. 1589.

Maria, n. 29. Oct. 1515. † 25. Sept. 1538.

Ludovicus Com. de Marle n. 23. Sept. 1514. † 7. April. 1516.

Franciscus Dn. d'Elbeuf, n. 14. Jan. 1536. † 4. Octobr. 1546.

Franciscus Claudius de Vendome, Dynasta de Levigny.

Franciscus de Vendome, Dn. de Bretancourt.

Carolus de Vendom…

GIÆ TAB. XVII.

INDOCINENSIS exhibetur.

nii F. COMES DE LA MARCHE, & de Ponthieu,
nis de Chatillon dicti de S. Paul, Dn. de Leuse, Condé & Caren-

Isabella, nup. 1. Ludovico Vi-
cec. de Beaumont. 2. Bu-
chardo IV. C. de Vendome.

Jacobus de Bourb. Dynasta de Preaux per uxorem *Margaritam, Petri Dn. de Preaux f. & h.*

hannes de
urb. Dn. DE
ARENCY.
d. Tab. XX.
B.

Ludovicus Dn. de Preaux, occ. in pr. Azincurt, 1415.

Petrus de Bourb. Dn. de Preaux. *Elisabetha de Montagu, Johannis C. de Raucy vid.*

Jacobus de Bourb. Dn. de Thury, post de Preaux. *Johanna de Montagu, Elisabeth. soror.*

Carolus *Archidiaconus Senonum.*

Johannes.

Margarita, hæres fratrum.

me Dn. de
us. *Johanna*
f.

Carola, n. 1464. nup. Engelberto de Clivia D. Nevernii 1489. † 14. Nov. 1520.

Renata, n. 1466. Abbat. Cadomensis & ad Fontem Ebraldi † 8. Nov. 1534.

Isabella. Abb. Cadomensis † 22. Jul. 1531.

Jacobus *Bastardus* de Vendome, Dn. de Boneval & Ligny. † 1. Oct. 1524. *Iohanna, Caroli Dn. de Rubempré f. & h. 7. Dec. 1505.*

Ludovicus Borbon. *noth 9, Episc. Abrincatinus 1484. † 21. Oct. 1510.*

Maturina de Vendome, nup. Petro de Montigny, Dn. de la Boüie.

Claudius de Bourb. DN. DE LIGNY † 1495. *Antonia de Bours, Vicecomit. de Lambercourt.*

Andreas de Bourb. DN. DE RUBEMPRE. *1. Annade Benserade Ludovici Dn. de Rieux f. 2. Anna de Roncheroles 1560.*

Johannes *Abbas de Cuissy* in Picard. † 9 Nov. 1571.

Jacobus *Archidiac. magnus Rothomagi.*

Catharina, nup. Johanni d' Estree, Dn. de Vallieu.

Johanna, Abbat. ad S. Stephanum Suession.

Magdalena moniali.

Maria, Cde S. Paul. D. de Sion.

Jacobus *nothus* Dn. de Levis, † 1632. *Ludovica de Crequy, nup.* Claudio de Crequy Dn. de Hemon.

Ci uelia Dn. de Ligny, ux. Johannis Dn. de Rambures.

Antonius Borb. Vicecom. de Lambercourt, occ. 1584.

Carolus de Borb. Dn. de Rubempré † 1568. æt. 24.

Ludovicus Borb. Dn. de Granville, post de Rubempré. † 1596.

Margarita Domina de Rubempré nup. Johanni de Monchy Dn. de Moncaurel, † 1. Johannes Borb. † æt. 12.

Antonia, monialis.

Maria, moniales.

Magdalena, nup. Johanni Dn. de Gonnelieu. Vic. de Peronne.

Antonia de Vendome.

Maria Gabrielis de Vendome.

Margarita de Vendome.

JACOBUS DN. DE PREAUX scuto Borbonio *limbum rubeum* ad distinctionem circumdedit. De morte ejus dubitant Scriptores, nec definire sustinent, utrum ipse fuerit, aut filius ejus cognominis, quem cum *Carolo VII.* tum adhuc Delphino, Rupellis agentem ruina ædium, in quas ille suos ad consilium convocaverat, a. 1422. oppressit.

JACOBO II parentes sui è ditionibus, quas tenebant, assignarunt Comitatus *la Marche* & *Castri* eum dominio *Leuse*, bos ille perte stamentum in filiam, quam unicam habuit, generumque transtulit, hisque demum & eorum posteris fratres suos & ex iis nascituros substituit. Cum *Johannam Neapolis Reginam* in matrimonium duceret, pactum fuit, ut ipse Regio titulo abstineret, *Princeps Tarenti* tantum salutaretur, regnique negotia sub nomine Reginæ expedirentur. Malè verò *Jacobo* vertit hoc conjugium, incipiens enim ampliorem sibi auctoritatem vindicare, neque pertendens gna viter, & *Johannam*, quam in potestate sua jam habebat, blanditiis ejus victus, in plenam libertatem restituens, ipse irretitus & in custodiam ab illa datus fuit, è qua tandem cùm evasisset, pertæsus mundi curarum, imperiosæque & lubricæ fœminæ contubernii, cilicium in monasterio Franciscanorum ad S. Claram, quod *Vesontii* est, sumsit, reliquamque ætatem ibi exegit.

LUDOVICO per divisionem à parentibus ipsius institutam obtigit Comitatus *Vindocinensis*, cum dominiis *Espernon*, *Tail*, *Preaux*, *Remalart* aliisque, quibus ipse adjecit Baronatum *Mondoubleau*, pretio à *Carolo Dn. de la Riviere* acquisitum. *Captivitatis* miserias *bis* in vita toleravit, primò apud fratrem suum natu majorem *Jacobum*, qui ex Italia aliquando redux ipsum præreptorum fructuum è possessionibus suis insimulavit, eáque propter in decimum usque mensem sub custodia detinuit; posteà apud *Anglos* post *pugnam Azincurtianam*, à quibus sexto demum abhinc anno, gravi lytro persoluto, dimissus est.

JOHANNES C. VINDOC. fidelem ac strenuam Regibus *Carolo* VII & *Ludovico* XI. operam & bello & pace navavit, à posteriore tamen in honore ac pretio condigno habitus non fuit, quod tamen ille æquo tulit animo, neque ab officio suo vel transversum unguem discessit, sed munera à patre & avo suo gesta in alios sibi & genere & virtute inferiores conferri serena fronte vidit.

FRANCISCI C. VINDOC. præmaturam mortem, qua post egregia virtutis documenta, in expeditione Neapolitana Caroli VIII. edita, in reditu *Vercellis* abreptus fuit, graviter prædictum Regem omnémque Galliam, eò quod præclara & virtute & forma & factis ornatus fuerit, tulisse, *Sammarthani* è coævo Historico referunt.

Ludovicus XII Rex in gratiam CAROLI C. VINDOCINENSIS, benè de se meriti, *Comitatum Vindocinensem* eum suis pertinentiis, nempè *Baronatibus Mondoubleau*, *Montoire*, *Lavardin*, *S. Calais* aliisque dominiis vicinis in *Ducatum* & *Pariatum* a. 1514. erexit; idémque postea axioma Rex *Franciscus* I Vicecomitatui *Beaumont*, qui *Franciscæ Alenzonia Caroli uxori*, competebat, impertivit, eique adjunxit dominia *La Fleche*, *Chasteau-Gontier*, *S. Susanne*, *Sonnois* & *Fresnay*. Fuisse prædicatur *Carolus* Princeps magnanimus, sago pariter & toga maximus, eo tamen ingenio præditus, ut ingenua virtute mereretur semper, quam captaret, gloriam honorésque. Atque hujus moderationis suæ eximium documentum illa præcipuè tempestate dedit, qua capto in *Ticinensi prælio* ab Hispanis Rege *Francisco I* Gallia instar navis, malo temoneque mutilatæ, procellis domesticis externisque obnoxia fluctuabat: cùm enim plerique Procerum imperium Reginæ matris, impotentis animi fœminæ, aspernarentur, *Carolúmque* instigarent, ut ipse tanquam *proximus sanguine Regi*, (quippe *Alenzonius* eodem tempore diem obierat, *Borbonius* verò extra Gallias agebat) præterea-que rerum gestarum virtutúmque merito omnium Gallorum facilè primus, regni administrationem, amota Regina matre, capesseret, noluit aurem præbere his consiliis, quæ nil nisi turbas discordiásque paritura esse intelligebat, maluítque uólitatis publicæ, quàm dignitatis privatæ, rationem habere, atque ultro Reginæ potestati assentiens, cæteris in obsequium & concordiam præluxit, quemadmodum *Mart. Bellaius* in Commentariis suis retulit. Id de cætero notare convenit, quod *Carolus Dux Vindocinensis* factus per Caroli D. Borbonii facta *primogenitus familiæ suæ* scuto Borbonio *simplici* uti cœpit, omissa illa trium leunculorum distinctione, quæ Vindocinensibus familiaris hucusque fuerat.

FRANCISCUS ob Comitatum *Fani Pauli* ex hæreditate materna acceptum scuto Borbonio *Lucemburgicum*, quod *leonem rubeum*, *corona*, *lingua & falculis aureis*, *cauda bifida in solo argenteo* exhibet, *quadripartitim* addidit. Dynastiam *Estouteville*, quam *jure uxorio* obtinuit, Rex *Franciscus I.* in ejus gratiam *Ducatus* axiomate a. 1534. auxit. Ætatis maximam partem ille in castris consumsit, multísque fortibus factis inclaruit; fortunam adversam bis expertus est, primò in publica illa Gallorum calamitate ad *Ticinum*, qua & ipse libertatem, brevi tamen arte recuperatam, amisit, posteà ad *Landrianum*, ubi ab Antonio Læva cæsus captusque iterum, sed per *pacem Madritianam* redemptus fuit.

FRANCISCI ANGHIANI fortissimi juvenis triste fatum *Thuanus* his verbis (*Hist. lib. 2.*) expressit: *Franciscus conclusa pace Cressiaca ad Guidonis rupem ad Sequanam hiemabat, nivésque præalta erant,*

erant, ex eáque occasione præcipui ex nobilitate juvenes castellum constructum hinc Delfino Duce oppugnabant: inde Francisco Anghiano propugnante militaris obsidionis imitatione tuebantur: eo in certamine occulta rixa inter duces ex æmulatione suborta ludum in luctum vertit: nam dum Anghianus post solutum certamen, nihil cogitans, ut paullum respiraret, in area palatii ad parietem sederet, arca ex superioribus fenestris, eorum, qui cum Delfino erant, jussu, ut creditum est, sed inscio Delfino demittitur, qua ille cervice elisa oppressus est: hunc exitum maximæ spei juvenis jam in illa ætate nobilis Carinianæ sive Cerisolensi victoria summo regni detrimento habuit; cujus eo lamentabilior mors fuit, quod de ea quæri secundum leges non potuit: pejore principis viri quàm privati conditione. Franciscus quidem Rex hunc casum secundum filiorum mortem ægerrimè tulit; tamen ut Francisci Delfini, sic & Anghiani, dissimulata, nec vindicata nece.

CAROLUM CARDINALEM BORBONIUM florentissimi toto Christiano orbe regni ludibrio natum fuisse *Thuanus (Hist. lib. 48.)* literis prodidit, nec malè, si postremam vitæ periodum, hominis spectes, qua vana adipiscendi regni spe sese á Guisiis ductari, & tanquam larva populis væsanientibus ostentari passus est. Nimirum cum jam libido maxima Guisios invasisset regni capiundi, neque dum sibi id pararent quidquam pensi habere secum constituissent, experimento tamen didicissent, magna se ob renovatas toties factiones turbásque apud multos invidia flagrare, opúsque esse Duce aliquo ex regia familia, quem vulgo ostentarent, cujúsque nomine & objectu privatam ambitionem tegerent, id insuper commodi exinde sperantes, ut regii sanguinis familia, quæ conjuncta adversus contrariam factionem valida erat, divideretur, primò ad Henricum Navarræ Regem, posteà decepti ab hoc ad *Carolum Cardinalem*, ejus patruum, jam senem animum in hunc usum adjecerunt, & per *Andream Borbonium Rubenpratum*, Cardinalis cubicularium, hominem avarum, & accepta ab illis pecunia fatalis regno amicitiæ pararium, in domum ejus se insinuarunt, *Caroloque*, homini levi ingenio & curioso, facilè persuaserunt, regnum, quod veluti belli excitandi præmium proponebatur, excluso Navarro ipsi deberi. Itaque ille ambitione jam repletus, posthabita patriæ caritate & gentilium periculo, Guisios per abrupta, quocunque ducebant, sequi, jamque de nuptiis cùm *Catharina Guisiorum sorore*, *Montpenserii vidua*, acris & turbidi ingenii fœmina, petita à Pontifice venia, contrahendis cogitare cœpit. Hujus autem conjugii spem eum in finem Guisii illi objecere, quod facilem per eam ad fratres regni transmissionem fore, quandocunque ipse sine liberis decessisset, sibi pollicerentur. Atque hæc Cardinalis Borbonii erga Guisios obsequia ansam præbuere Regi *Henrico III.* ut post Blæsensem Guisiorum cædem custodes illi adderet, & Chinoniam ad *Vigennam* missum arci huic includeret. Nihilo tamen secius posteaquam Regem scelerata cucullati sicarii manus peremisset, à factiosis ille captivus adhuc pro Rege proclamatus, *Carolus X.* indigitatus, monetáque aurea & argentea in primariis regni urbibus ejus nomine cusa fuit; qua re impulsus *Henricus Navarræ*, legitimus Gallici regni hæres, *Carolum Cardinalem* ex illa Chinonensi custodia longius amandavit, & *Fontanaii* Pictonum viro strenuo ac sibi fido custodiendum tradidit, atque ibi tandem ille ex ea culi doloribus ultimum vitæ diem clausit. *Thuan. lib. 81. & seqq.*

JOHANNES ANGHIANUS laudibus bellicis æque ac frater ejusdem cognominis abundavit; vitam in *pugna ad S. Quintinum*, Gallicæ nobilitati maximè funesta, amisit: restituto enim sæpius certamine, & magno virtutis edito specimine, tandem sclopeti ictu confossus atque equo dejectus, & in hostium castra delatus paulò post expiravit.

Thuan. Hist. Lib. 19.

X AD

FAMILIÆ RE

Qua

LINEA REGIA H

ANTONIUS DE BOURBON DUX DE VENDOI
n.22.Apr.1518.†17.Nov.1562. *Johannæ d'Albre*
Oct.1548.† 9. Jun.1572.

Henricus Dux de Beaumont, n.21.Sept.1551. † 21. Aug. 1553.

HENRICUS MAGNUS, REX GALLIÆ, ET
NAVARRÆ, n. 13. Dec, 1553. in aug. 17. Febr. 1594. occ. 14. Maji 1610. *1. Margarita, Henrici II. R. Gall. f. 24. Aug. 1572.* *2. Maria, Medicæa, Francisci M. D. Etruriæ f. 27 Dec, 1600. † 3 Jul. 1642*

2. LUDOVICUS XIII REX, n.17.Sept.1605.inaug.18 Oct.1610.†14.Maji 1643. *Anna, Philippi III. R. Hisp. f.1615.† 20. Januar.1666.*

2. *Elisabetha, n.22. Novemb. 1602. nup.* Philippo IV. R. Hispan. 1615. obiit † 6. Oct., 1644.

2. *Christina, 10. Febr. 1606 nup.* Victori Amadeo D Sabaudiæ, 1619. † 24 Dec. 1663.

LUDOVICUS XIV. REX, n.5.Sept. 1638. inaug. 7. Jun. 1654. *Mariæ Theresiæ, Philippi IV. Regis Hisp. f. 9. Jun. 1660. † 30. Jul. 1683.*

Philippus DUX AURELIAN. n.21.Sept.1640. *1. Henrica Anna Stuarda, Caroli I R. Angl f. 31. Mart. 1661. † 30. Jun. 1670.* *2. Carola, Elisabetha, Caroli Ludovici Elect. Pal. f. 21. Dec. 1671.*

1. *Anna Maria Aloi sia,* D. DE MONT PENSIER, *n. 29 1627.*

Ludovicus DELPHINUS, n. 1. Nov. 1661. *Maria Anna Christina Victoria, Ferdinandi Mariæ Electoris Bavariæ fil. 7. Mart. 1680.*

Maria Elisabetha, n. 18. Nov. † 30. Dec. 1662.

Maria Anna, n. 16. Nov. † 26. Decem. 1664.

Maria Theresia, n. 2. Jun. 1667. † 2. Mart. 1672.

Philippus Dux d'Anjou n. 5. Aug. 1668. † 10. Jul. 1671.

Ludovicus Franciscus Dux d'Anjou n. 14. Jun. † 4. Nov. 1672.

dictus Dux Burgundiæ n. 6. Augusti 1682.

dictus Dux Andium n. 19. Nov. 1683.

dictus Dux Biturigum n. 31 Aug. 1686.

GIÆ TAB. *XVIII.*

IODIERNA repræsentatur.

OME, REX NAVARRÆ, Caroli Ducis de Vendome F.
Henrici II. Regis Navarræ, Pr. Bearniæ fil. unica & hæres 20.

Ludovic9 Carol9 C.de Marle,n. 19.Feb.1554.ob in infant. de nutricis manu per fenestram lapsus.

Magdalena.† inf.

Catharina, n.7.Febr. 1558. nup. Henrico D.Lotharingiæ 30. Jan.1599.†13. Feb. 1604.

Carolus Borbonius, *nothus, Archiepisc. Rothomagi,* postea *Abbas Marmusteriensis† 1610.*

2.Gasto Johannes Baptista DUX AURELIANI, n.25. Apr. 1608.†2. Febr. 1660. *1. Maria Borbonia Henrici D. Montpenserii f. & h.6.Aug.1626.†4. Jun. 1627. 2. Margarita de Lotharingia Francisci C. Valdemont.f.1632.†3. Apr.1672.*

2.Henrica Maria,n.26.Nov. 1609. nup. Carolo I. Regi Magnæ Britanniæ 11. Maji 1625. †10. Sept. 1669.

2.Margarita Ludovica n.28.Jul.1645. nup. Cosmo III, M.D. Etruriæ 19.Apr.1661

Isabella,n.26 Dec.1646. nup. Josepho Ludovico de Lotharing. D.Guisiæ 1667.

Francisca Magdalena n.13 Oct. 1648. nup. Carolo Emanueli D. Sabaud. 1663.† 14.Jan.1664.

N.Dux de Valois, n.17. Jul. 165c. †10. Aug.1652.

Anna Maria n.6. Nov.1652.† 1. Aug.1656.

2. Elisabetha Carola Domicella de Chartres n.13. Sept.1676.

2.Philippus Dux de Chartres, n.2. Aug.1674.

2.Alexander Ludovicus Dux de Valois, n.2.Jun.1673. † 1. Mart.1676.

1.Anna Maria,n.27. Aug.1669.nup. Victori Amadeo II Duci Sabaudiæ 9. Apr.1684.

1.Anonyma 9. Jul. 1665.

1.Philippus Carolus D.de Valois, n.26.Jul.1664.† 8.Decembr. 1666.

1. Maria Alodia, n.27. Mart.1662. nup.Carolo II. Regi Hispan. 17.Nov.1679.

AD TAB. XVIII.

ANTONIUS antequam socero suo in regno *Navarræ* succederet, Picardiæ præfuit, magnásque ac memorabiles sibi res sub auspiciis Regum *Francisci I.* & *Henrici II.* gessit, Cæsaris copias aliquot locis fudit, egregiáque *Therunanum* liberavit victoria. Post mortem soceri *regnum Navarræ* (quantum quidem ejus Hispani reliquum fecerant) & *principatum Bearniæ* una cum præfectura Aquitaniæ occupavit, atque illic suaviter ac tranquillè vixit usque ad initia regni *Francisci II*, sub quæ à Comestabile Montmorancio, qui gliscenti Guisiorum ambitioni hunc è sanguine regio æmulum opponere gestiebat, in aulam accersitus fuit, sed pro cunctabundo, quo natus erat, ingenio, prætereáque Montmorancio diffidens, dum lentis passibus iter facit, serius atque ipsius regnique rationes ferebant, Lutetiam venit; hanc ipsam verò *Navarri* cunctationem, consiliorúmque ejus ambiguitatem, qua huc atque illuc fluctuans nunquam non abisto tempore agitabatur, inter præcipuas turbarum Gallicarum causas haud obscurè *Mezeraus* (*Abr. del hist. de fr. T. 3. p. 6.*) refert. Nec diuturna *Navarri* in aula Gallica mora fuit, injecto enim à Guisiis, qui omnem jam auctoritatem sibi vindicaverant, ipsi metu, ne Hispani reliqua regni Navarræ invaderent, reditum ad sua maturavit, húncque statim post inaugurationem *Francisci II.* adornavit; ut verò cum aliqua specie honoris discederet, Elisabetham Regis sororem, Philippo Hispaniarum Regi desponsatam, deducendi onus in se suscepit, atque hoc in itinere hamo vanæ de restitutione vel compensatione regni Navarræ spei, ab Hispanis sibi objecto, quemque postea, ceu dicetur, voravit, primitus inescatus est. Rediit in aulam Gallicam paulò ante excessum *Francisci II.* una cum fratre suo *Condeo*, sed ob malevolos Guisiorum de ipsis, quasi conjurationi Amboisianæ participassent, apud Regem sermones, indignis modis excepti sunt, ita ut ambo parùm à vitæ discrimine abessent, quemadmodum ap. *Thuanum* (*lib. 26. p. 529*) legere est. Postobitum Regis fama est inter *Navarrum* & Reginam matrem ac regentem interventu Montmorancii amicitia, illéque *Prorex* per universas regni provincias dictus; postea Guisii se tam eodem parario reconciliatus fuit, quorum blandis persuasionibus, nec non Hispanorum promissis de tradenda ei Sardinia, insula toto mediterraneo mari maxima (si Deus placet) & opulentissima, loco Navarræ, lactari se, erat enim facili & flexibili ingenio, & ludificari usque adeò est passus, ut à partibus Protestantium ad Pontificiorum castra deflecteret, exercitúmque regium adversus illos, quorum caput frater ipsius *Condeus* erat, educeret; Vetùm cum *Rothomagum* oppugnaret, dieque XV. Octobr. a. 1562 vices suas infra dignitatem, Guisium æmulatus, obiret, dum aquam in aggere mittit, in lævo humero vulnus ex sclopeti ictu accepit, quod negligentius curans, atque in hospitio suo *Dernetalii*, quò deportatus fuit, inter ludos & puellares choreas tempus terens, & inani spe Sardoi regni, ab Hispanis sibi promissi, animum pascens, præterea eò vanitatis prolabens, ut, ubi de capta urbe intellexit, per ruinas exædibus, in quibus decumbebat, in urbem ab Helvetiis succollatus inferri voluerit, ibidemque prioribus obsclamentis utens, assidente ad pulvinar assidue nobili ex reginæ Comitatu puella, quæ *virgo de Rouet* appellabatur, quámque ille impotenti amore deperibat, febri ardente correptus est: sentiens tandem instare horam novissimam, abjectis prorsus aulicis illis mundanisque vanitatibus, de salute animæ suæ cogitare cœpit; in diversa verò à duobus medicis, quorum alter Pontificiorum, alter Protestantium doctrinæ addictus erat, tractus, tandem declaravit, si convalesceret, se confessionem Augustanam palam amplexurum in eáq; victurum ac moriturum; dein condito testamento per flumen ad castrum Fossatense, ubi aër salubrior, devehi voluit, sed rigore insolito correptus, moxque supervenientе ingenti sudore debilitatus *Andilii* subsistere coactus, animam ibidem Deo reddidit. *Thuan. Lib. 32. Davila Lib. 3. Varillas Hist. Car. IX Lib. 4.* Conf. etiam *Laburer. Addit. ad Memor. Castein. T. I. p. 887. & seqq.*

HENRICUS cogn. MAGNUS omnibus, quotquot Galliæ imperarunt, Regibus magnitudine rerum aperto Marte gestarum induxit caliginem; ipsa statim ejus nativitas nihil non læti præsagiebat, quippe quam mater ipsius inter medios partus dolores cantu Bearnensi prosecuta esse fertur. Educatio verò ejus talis, accurante avo materno, fuit, ut inde à teneris, quod ajunt, unguiculis labores omnes periculáque consueta haberet, atque ante annos animum curámque virilem gereret. Quinto & decimo ætatis anno Protestantium in Gallia caput se vidit, ingenióque adeò validum ut sermones ejus consiliáque etiam veteranis admirationi essent. Cum nonum & decimum annum ageret, allectus nuptiis illis funestis, & *Sanbartholomæana laniena* infamatis, ad aulam Gallicam venit, eadémque tempestate matrem suam, probam ac providam fœminam, morte amisit, *Regisque Navarræ* axioma assumsit. Post quatuor annorum servitutem, quam in aula inter greges malevolorum atque inimicorum hominum, nec non mulierculorum, quæ à Regina regente ad omnes lenocinandi & expiscandi artes instructæ erant, servierat, in libertatem discedendo se vindicavit, Protestantiúmque partes tuendas denuò suscepit, & multo labore ac magna cura obviam eundo periculis, & Ducis & gregarii militis officiis fungendo, in tantam claritudinem brevi pervenit, ut suis vehementer carus, hostibus maximo terrori esset. Ter *pacem* regiis extorsit, totidem ab iisdem viola-

violatam, nempè *Pictaviensem*, *Neracensem* & *Flexensem*. Ligam, quam Pontifex Rom. Rex Hiſpaniæ & Guiſii conflarant, vivente adhuc Henrico III. *prælio Cutracenſi* a. 1587. fregit, huic poſteà, ab illa ob cædem Guiſiorum ad angustias redacto, omni ope præſtò accerſitus adfuit, interim etpóque non ita multò poſt in regno Galliæ ſucceſſit, rara profectò felicitate; ſiquidem defunctum Regem non niſi primo & viceſimo gradu agnationis attingebat, & cum naſceretur, octo regii ſanguinis Principes anteſe habebat, quos omnes fata abſtulere, ut viam ipſi ad regnum Galliæ panderent. Ejus verò difficillimo ob Ligiſtarum pervicaciam initio uſus eſt, quos tamen mox *prælio Arçuenſi* ſuperavit, iterúmque anno ſequenti 1590 ad *Iuriacum*, eodémque die per Duces ſuos ad *Iſſoriacum* in Arvernia profligavit. Tandem cùm ad ſiſtendum victoriarum ipſius curſum Alexander Farneſius cum exercitu Lutetiam advolaſſet, quò factioſorum globum diſcuteret, a. 1593 Romana ſacra amplexus eſt, quo facto regni membra longa annorum ſerie diviſa pedetentim coaluere, agnitúsque ille eſt pro Rege à civitatibus, Parlamentis, Ligiſtarum primoribus, poſtremóque omnium à Duce Meduanio. Pacta deinceps a. 1598 *Vervini* cum *Hiſpanis*, nec non a. 1601 *Lugduni* cum *Duce Sabaudiæ* pace, atque adeò ſopito ubique armorum furore in id omni ſtudio incubuit, ut regno priſtinus ſplendor, ærario, expunctis nominibus, affluentia, cultus agris, ſacris honos, magiſtratibus auctoritas, judiciis gravitas, hominibus ſecuritas, certa cuique rerum ſuarum poſſeſſio rediret. Exinde vero nova conſilia animo volventem, arbitrium Europæ affectantem, jámq; in id intentum, ut occaſione interitus familiæ Juliacenſis cogitata in effectum perduceret, homuncio unicus isque viliſſimus, in urbe primaria, ſuos inter proceres, in ipſo potentiæ & amplitudinis cumulo, ictu cultri repetito vi ventium numero exemit, ea ipſa die, qua regia ejus conjux *Maria Medicea*, quam repudiata *Margarita Valeſia* duxerat, atque *Regentem*, dum ipſe abeſſet, conſtituerat, in fano Dionyſiano inaugurata, urbem ſolemni pompa ingreſſura erat. Habuiſſe *Henricum* fatifui aliquot *vaticinia præſagiáque* memoriæ proditum eſt, recenſuit eorum pleraque *Harduinus Perefixius* in *comment. de ejus vita*. Non læva inprimis illa fuit prædictio veteris cujusdam & perſpectæ fidei miniſtri, qui Henrico Regi cultrum aliquando ſibi oſtendenti, quo a. 1595 à. *Johann. Caſtello* in ore percuſſus fuerat, dixiſſe, in *Appendice Hiſt. Univerſ. Albignii* ſertur: *Domine, quandoquidem hactenus ore tantum veritatem Divinam abnegaſti, fatis habuit Supremum Numen id punivisse, quod ſi verò cor etiam huic abnegationi aſſenſerit, vereor ne & hoc panam ſerat & confodiatur.* Neminem cæteroquin Regum ante Henricum M. patrimonium Regium luculentius illo auxiſſe *Sanmarthani* obſervarunt, incorporavit enim ei præter *jus in regnum Navarræ*, *Principatum Bearniæ*, qui *Suprematu* gaudet, *Ducatum Vindocinenſem*, *Bellomontanum & Albretanum*, *Comitatum Foxenſem*, *Armaniacum*, *Rutenicum*, *Bigerritanum*, *Perigordenſem & Marlanum*, *Vicecomitatum Lemovicenſem*, *Tartaſanum* aliaque, denique *Comitatus Breſſanum & Bugiacenſem*, quos titulo *permutationis*, pro Marchionatu Saluciarum à Sabaudiæ Duce acquiſivit. Scuto Regio Gallico *Navarræum* adjunxit, quemadmodum hodieque ejus ſucceſſoribus familiare eſt; exhibet verò iſtud *carbunculum aureum radiatum*, *ſphæruliſ diſcretum & clauſum in campo rubeo*.

LUDOVICI XIII ingenium & regimen paucis verbis, ſed cogitatè & egregiè, ut omnia, *Baptiſta Nani* (*Hiſt. Ven. l. 12.*) expreſſit. Cum famæ, inquit, & Majeſtati regni Gallici *Ludovicus XIII.* perpetua armorum ſuorum felicitate, qua adverſus internos externoſq; hoſtes uſus eſt, (*domi* enim Proteſtantes bello bis repetito, tandémque Rupella a. 1628. occupata, malè contentos ve. ò præliis ad Caſtrum Arii a. 1632. & ad Sedanum a. 1641. domuit, *foris* verò Sabaudos a. 1629 apud Suſam, a. 1630 ad Avilianum iterumque ad Carignanum fudit, Lotharingum Ducatu exuit, Hiſpanos ſex maximis præliis ſuperavit, videlicet in Belgio ad Avenium a. 1635. & ad Rocrojam a. 1643, in Hiſpania ad Leucatam a. 1637, ad Perpignanum, iterúmq; ad Ilerdam a. 1642. [quo anno Cæſareus etiam exercitus ad Kempenum in Colonienſi diœceſi gravem à Gallis cladem accepit] denique in Iaſubria ad Caſalium a. 1640, regno autem Galliæ adjecit Pignerolum, Perpignanum, Briſacum, Arrebatium & Heſdinum claves Italiæ, Hiſpaniæ, Germaniæ & Belgii) præterea legum ſalutarium ſanctione, bonorúmque morum introductione, maximum attulerit incrementum, inter eminentiſſimos & primi nomi nis Principes haud dubiè numeraretur, niſi partem laudum ipſius gloria Cardinalis Richelii, cujus prudentiæ proſperorum ſucceſſuum conſilia eventúsque orbis adſcribere ſolebat, exhauſiſſet. Vixit ille & mortuus eſt obnoxius artibus illorum, quos in ſinu atque intima admiſſione habebat. Ornatus erat multis virtutibus, ardebat ſtudio probitatis, religionis, juſtitiæ, ſed nimia erga miniſtrorum ſuorum peccata indulgentia labem contraxit. Religionem, quam domi perſequebatur atque opprimere contendebat, foris aluit ac ſuſtentavit. Ipſe tenui victu cultuque contentus, & ſi venationem, quam in deliciis atque in delectamentis habebat, exceperis, ab omni voluptate animum temperans, facultates populi gratioſis ſuis dilapidandas expoſuit. Juſti cognomento ſeverita tis probrum obvelavit, ſiquidem ipſo regnante ſæpe numero & Baſtillia, ille illuſtris Lutetiæ carcer, innocentes clauſos tenuit, & carnificis machæra privatæ miniſtrorum lubidini & vindictæ, etiam ad magnorum virorum necem, ſubſerviit. Fratrem ſuum pariter ac matrem ſolum vertere atque in exilium ſecedere vidit, utrumque ob ſupremi miniſtri arrogantiam & dominatum; illum quidem, qui ſponte abierat, reduxit, hanc, tantum non expulſam, extorrem etiam è vita decedere paſſus eſt. Itaque licet magnitudo Richeliani nominis gloriæ Ludovici Regis in factis illuſtribus aliquid caliginis induxerit, in ſequioribus tamen id commodi attulit, ut invidia eorum culpáque in

„ipsum derivaretur, hac tamen nota penes eum permanente, quod eum in communicanda cum „consanguineis suis auctoritate restrictus & tenacissimus fuerit, eandem ministris familiaribusque „suis usurpandam & abutendam quàm liberalissimè profuderit. Hæc suo idiomate *Nanius*, quibus pauca *de matrimonio Ludovici XIII* subjungam: jamtum a. 1611, impubere adhuc Rege, confirmandæ paci Gallos inter & Hispanos, fœdus inter utramque gentem à Regina matre propositum fuit, atque in fidei pignus matrimonia duo, quibus *Ludovicus* Annæ Infanti Hispanicæ, Philippus IV Rex Hispan. *Elisabethæ Ludovici sorori* sociabantur, indignantibus quidem Principibus Regii sanguinis, multisque è Galliæ Primoribus, & causam turbarum inde quærentibus. Missi sunt nihilominus utrinque legati, qui fœdus corroborarent, à Gallis scilicet Dux Meduanius, ab Hispanis Pastranus. Posteà a. 1615. Rex ipse cum matre, Duce Guisio, aliisque in Aquitaniam, ut sororem deduceret, sponsamque exciperet, profectus, cum hac Burdegalæ solemnia nuptiarum d. 25. Nov. in Ecclesia Dei peregit. Per ingens verò temporis intervallum sterile fuit hoc matrimonium, nec nisi post annum tertium & vicesimum primam prolem Regina edidit, quod è quodam occultiore corporis Regis vitio factum esse *Piasecius (Chron. p. 515.)* ait, præsertim aversi naturalis meatus catarrhi è capite defluentis ad vitalia membra proveniente, ex quo Rex ille malas affectas vires habebat, ut non tam pallidum quàm luridum vultum præferret, eo verò sagacitate cujusdam medici tandem deprehenso, faciléque curato, & habitudinem corporis bonam & fœcunditatem recuperavit.

GASTONI D. AUREL. *prænomen* in memoriam *Gastonis Foxii Ducis Nemorosii* fortissimi Viri inditum fuit cum baptizaretur, reliqua nomina in confirmatione addita sunt. *Dux Aurelianensis* a. 1626. appellari cœpit, cum anteà *Andinus* audiret, quo ipso tempore apanagii loco *Aurelianensium* & *Carnutensium* Ducatus, Comitatúmque *Blesensem* à Rege accepit, quibus posteà ejusdem beneficio accessere Ducatus *Valesius*, Comitatus *Montlehery* & *Limours* cum dynastia *Montargis*. Prius matrimonium cum *Montpenseria*, opulentissima virgine, quippe cui è paternis tantùm bonis quaterdecies librarum millia quotannis redibant, in gratiis contraxisse visus est, in diversa actus persuasionibus Joh. Baptistæ Ornani moderatoris juventæ suæ, aliorúmque, unde factio adversus Regem has nuptias cupientem exorta est, cui *Aversio matrimonii* nomen erat, cuique primorum ex utroque sexu permulti subscripserunt, ut quisque privatis rebus agebatur, ceu *Gramondus (Hist. Gall. l. 16.)* loquitur. Sed remoto à *Gastone* factionis illius signifero Ornano & carceri, in quonon sine veneni accepti suspicione vitam mox amisit, mancipato, cæterisque complicibus vel dilapsis, vel pariter in vincula conjectis, assensit ille Regis voluntati, ambivitque palàm, quam spreverat, virginem. Hæc autem, post breve cum illo contubernium defuncta, dum ad secunda vota *Gasto* adspirat, iterum turbas, prioribus illis graviores & diuturniores, dedit. Exoptabat vehementi adfectu nuptias *Mariæ Gonzagæ*, quæ Caroli Ducis Nivernensis filia erat, adversabantur verò eis Rex & Regina mater; hujus rei culpam ille in Cardinalem Richelium transtulit, adeoque ergà eum exarsit, ut ab aula, in qua is primas tenebat, in Campaniam & Lotharingiæ fines discederet; & licet non ita multo post, Richelio in expeditione Insubriaca occupato, reversus, & à Rege in civitate Tricassium benignè receptus esset, novam mox è nimia Richelii auctoritate ansam abeundi arripuit, atque a. 1631. iterum ex aula Aurelianum, inde in Ducatum, posteà Comitatum Burgundiæ se contulit, ubi posteaquam de secessus sui causis Manifestum edidisset, militem conscripsit, tractóque in partes suas Duce Montmorancio in Linguadociam, cui is Regis nomine tunc præerat, profectus est; sed pugna ad *Castrum Arrii* Cal. Sept. a. 1632. victus, pacem cum Rege fecit, haud diu duraturam: irritatus enim, supplicio Montmorancii iterum Gallia excessit, & in Lotharingiam abivit ibidémque ut faceret quod Regem Richeliumque malè ureret, sororem Ducis Caroli in matrimonium duxit. Inde cum Rex iram in Lotharingos misso exercitu evomeret, in Belgium & Bruxellas, quo etiam Regina mater secesserat, se contulit, donec reconciliatus cum Rege ad aulam ejus a. 1634. rediret. Nihilominus deinceps conspirationi *Cinq Martiane* participavit, veniam tamen iterum à Rege obtinuit, atque ab eodem moribundo filii ac successoris sui impuberis adhuc *Locumtenens Generalis* nuncupatus est. Verum cum Mazarinus Richelio in ministerio supremo successisset, æquè graviter cum illo, ac cum hoc factum, dissedit, perfecitque tandem, ut is Gallia expelleretur; reditum verò ejus iniquo oppido animo tulit. Tandem irrequietis & curbarum pertæsus, umbram & otium petiit, reliquámque ætatem, quæ brevis supererat, antiquariæ & herbariæ rei studio, venatu, & ad superstitionem pietatisque intemperiem (ut *Prioli* verbo utar) animum componendo consumsit usque dum morbo correptus, ministrato imperitè antimonio, intra septem dies urgente lethargo vitam concessit. Præclara puentia (liceat mihi subnectere modo citati auctoris in *Lib. XI. & XII. de reb. Gall. inseriem*) lætam voluptatibus juventutem egit, servientium imperio semper obnoxiùs, nunquam suæ spontis; ingenio mutabili præditus in solius *Margaritæ Lotharingæ* amore pertinax fuit, ejúsque exemplo & monitu vulgivagam Venerem maritali capistro domuit. Reliquit post se *filium naturalem* è *Ludovica Roger* Turoni a. 1637. natum, *Ludovicum Comitem de Charny* dictum, qui a. 1663. Hispanis contra Lusitanos militante, & ab his captus in Galliam remissus esse, legitur.

LUDO-

LUDOVICUS XIV A DEO DATUS Regum Galliæ maximus, dura regni initia, quibus, dum minorennis & sub tutela esset, utebatur, sui juris factus, perpetua prosperitate pensavit, neque terras solùm, sed maria etiam fama ac terrore nominis sui implevit. & Monarchiam Galli.am ad supremum culmen perduxit, incremento vix relinquens locum. Bella ipsius auspiciis ductúque gesta, urbium obsi.dia, tot domi forisque opera, oculis animisque omnium inserta, omne ævi sui spatium impensurum in id solum opus scriptorem fatigent. Hic scripturæ modus enarranda non recipit, & si reciperet, nefas esset, culpa ingenii nostri eorum magnitudinem deterere.

Postquàm Serenissimo DELPHINO, in spem ac præsidium regni, tantorúmque nominum, quibus ortus est, ornamentum genito, filius primogenitus natus, eidémque ab incluto avo, novâ, ea ex parte, felicitate, nulli Regum Galliæ indè à Francisci I. excessu à fatis concessa, aucto, titulus *Ducis Burgundiæ* inditus fuisset, de *insignibus* ipsi assignandis non eadem omniũ fuit opinio. Putarunt haud pauci convenire ei scutum è symbolis regni Franciæ & Ducatus Burgundiæ partitum, in quorum numero *Dominus de Gaya* extitit, qui in *Historia Delphinorum Viennensium Fig. 6. ad p. 250.* illi clypeum è prædictis insignibus bipartitum, suo sensu usus, attribuit. Consultus tandem ea dere Judex armorum Franciæ Nobilissimus *Hozierius* sententiam suam scripto exposuit, quam è *Mercurio* Gallico, quem *Politum* vocant, *m. Oct. a. 1682.* excerptam, & Latinitate donatam *Eruditi Lipsienses* in *act a Cal. Aug. a. 1683.* edita retulerunt. Ita verò *Hozierium* censuit, non alia, quàm *regni insignia pura* concedenda esse Duci Burgundiæ, neque eis Ducatus hu·us arma jungenda, has potissimùm ob rationes, quod titulus ille nudum in hoc Principe distinctivum nomen sit, apanagium provinciæ illius annexum non habens, quod etiam tale quid in eum non cadat, ut pote primogenitum domus, in spem successionis in regnum natum, atqi adeò augustiore multò, quam Burgundiæ Ducis, titulo, aliquando, si quidem Deus vitam concesserit, gavisurum; denique quod ratio, ob quam parens ejus, Delphinus, Franciæ & Delphinatus tesseris junctum uti solet, hic locum nu·lum habeat, cùm id ex veteri pacto fiat, quale quoad Burgundiam nullum unquam intercessit. Atque discessum est in Hozierii sententiam ab ipso Rege, pnblicáque auctoritate probatam eam fuisse, auctor Mercurii testatur.

AD

AD TAB. XIX.

SCutum, quo *Condatenſis* rami Principes uti conſueverunt, eodem modo ſe habet ac Borbonicum, niſi quod balteus in *bacillum brevioremque*, nec extrema tangentem, mutatus eſt. *Sueſſionenſes* Comites ad diſtinctionem *limbum rubeum* addidere.

LUDOVICUS CONDÆUS Princeps ſupra natalium ſplendorem, magnitudine animi ac virtute, *Thuani* elogio, (*Hiſt. lib. 43.*) illuſtriſſimus, fortitudine, conſtantia, ingenio, ſolertia, rerum uſu, comitate, facundia, liberalitate, paucos æquales, neminem ſua ætate vel inimicorum confeſſione ſuperiorem habuit. Sed tantas virtutes, quæ omnes ſimul in illo uno excellebant, exiguus corporis habitus, atque iniquiſſima vitæ conditio, & pertinax fortunæ adverſitas comitata eſt, quæ in eo potiſſimum vim ſuam exſeruit, quod arma, quæ tanta nominis ſui fama geſſit, adverſus Regem ſuum ſumere, nec niſi cum ſpiritu ponere, per temporum hominúmque illorum, qui Regis facilitate ad explendam ambitionem lubidinémque ſuam abutebantur, injurias coactus eſt. *Tria* præcipuè *prælia* memoratu digna, pro familiæ ſuæ dignitate, religioniſque, cui adhærebat, ſecuritate, cum illis qui utramque everſum ibant fecit, nimirum *Drocenſe*, *San Dionyſianum* & *Baſſacanum* ſive *Jarnacenſe*. Idque inſigne eſt ad memoriam, quod referente *Thuano* (*lib. 32.*) nocte, quæ diem XIX Decembris a. 1562. præceſſit, quo ad Drocum ſigna cum hoſtibus contulit, ſibi per ſomnum viſus eſt tria prælia conſerere, in quibus *Trium Viri*, qui tunc ſummam rei in Gallia ſibi arrogaverant, ceciderint, quarto demum ſe lethali vulnere confectum, ac mortuum accumulatis cadaveribus impoſitum animam expiraſſe. Non vanum fuiſſe hoc ſomnium eventus comprobavit: namque in prima ſtatim *ad Drocum* pugna *Mareſcallus Sant-Andreanus* vitam amiſit, neque multo poſt *Ducem Guiſium* apud Aurelianum ſicarius è medio ſuſtulit. *Comeſtabilis Montmorancius* in prælio *ad ſanum Dionyſii* a. 1568. occubuit; *Condæo* denique ipſimet *Jarnacenſis* pugna fatalis fuit: ibi enim, fracto licet ſibi ſub prælii initium ex calcitratu equi C. Rupifulcaudii crure, dum poſt acerrimum ac ſæpius reſtitutum certamen ante alios pugnat, nullumque non Ducis ſolum, ſed militis officium prætermittit, tandem à ſuis, majore numero undique circumfuſis, deſertus, equo ſuffoſſo & ſupra incumbente oppreſſus eſt, ibique Eparchium Tiſonem Argentium & Sanjanium conſpicatus, & quis eſſet, reducta galea profeſſus, eorum ſe fidei permiſit. Verùm illi cum de vita ſalva fidem viciſſim interpoſuiſſent, quo minus eam ſervare potuerint, in cauſa fuit *Montesquiius* Andini ſtipatorum ductor, qui mox non ſine occultis, ut creditur, mandatis advenit, & cum ipſis colloquentem Condæum à tergo aggreſſus, ſclopeto in cervicem adacto confecit. Ita *Thuanus*. Qui vitam Principis hujus ante paucos annos Gallico ſermone in *fabulam Romanenſem* contulit, Montesquium à *Margarita Luſtraca* vidua Sant-Andreani ad cædem ejus ſubornatum fuiſſe, commentus eſt, eò quod indignè oppidò illa ferret, nuptiarum *Condæi* ſpe, quam conceperat, fruſtratam ſeſe eſſe. Equidem affectaſſe *Luſtracam* conjugium *Condæi*, poſtquam is primam uxorem *Rojam* amiſiſſet, & Illuſtris, quem ſæpè citavimus, *Thuanus*. (*Lib. 34.*) & *Varillaſius* (*Lib. 5.*) teſtantur, fiducia ſcilicet ingentium opum quas ipſa & avitas poſſidebat, & à marito relictas habebat, atque ut ejus amorem ſibi conciliaret, prædium ſuum Sanvalerianum in Burgundia, opulentum & pretioſa ſupellectile ornatum, per donationem inter vivos in ipſum transtulit, fructu tamen cupiditatis ſuæ, acerrimo cum dolore, caruit. Erat eiæmula in gynæcéo Reginæ è Turria familia orta & heræ ſuæ cognatione juncta, *Domicella de Limeuil* dicta; ea à Regina inſtructa, ut Condæum, oculos crebrius & avidius in ſe conjicientem, amoris mutui occultis ſtimulis inflammaret, & in aulæ compedibus teneret, dum prono animo obſecundat, mox poſt *Rojæ* obitum etiam nuptiarum ſpem credula levitate animo imprudenter ſibi finxit, & ne à rivali ſua, quæ dono, quo dictum eſt, *Condæum* captivare aggreſſa erat, vinceretur, cupido amanti copiam ſui fecit, ſed nullo, æque ac illa, fructu, hoc verò cum dedecore, ut prægnans ex ea conſuetudine facta, comitatu regio ejiceretur.

HENRICI I. CONDÆI laudes vitæque curriculum ita *Thuanus* (*l. 90.*) expreſſit: *Henricus Condæus vir fortiſſimo patre natus & virtute patri minimè inferior fuit; in eo humanitas cum fortitudine, conſtantia cum comitate, prudentia cum liberalitate, facundia cum gravitate certabant; in eo denique, nihil merito deſiderares, niſi fortunam,*

fortunam, quam importunè adversam à prima infantia ad ultimum vitæ brevis spiritum expertus est; tumultu Amboisiano penè cum patre oppressus, deinde cum eodem patre assiduis bellorum civilium periculis conflictatus, antequam arma ferre posset: post patris cædem iisdem bellis civilibus jactatus, Parisiensi laniena, paullum abfuit, interceptus, quæ vitata vitam captivitate, libertatem exilio redemit: deinde rursus bellorum civilium resurgente æstu abreptus è Germania in Galliam cum exercitu rediit, quo Alenzonio tradito, fanum Johannis miserum tot errorum ac laborum receptum habuit, frustra præfectura Picardiæ spe ludificatus, quam dum ingredi conatur, Feræ Veromanduorum occupata se in novas calamitates induit, variis rursus erroribus jactatus in Angliam & Belgium cum vitæ periculo ac Germaniam ad sollicitanda auxilia frustra profectus; cumque inde reverteretur, in Allobrogibus obsoleto habitu captus nec agnitus indignum primarii viri fortunæ periculum evasit: postea renovato pernicioso fœderatorum factione apud nos bello cum Lacopolim obsideret, Andegavensis arcis potiundæ vana spe revocatus eum lectissimis copiis Ligerim transmisit, & mox re infecta oppressus miserabili lectissimarum copiarum dissipatione & fuga sibi consulere coactus est, ad insulas Anglicanæ ditionis vix perfugio reperto, & ope Serenissimæ Anglorum Reginæ ex ea calamitate ac veluti rerum suarum infelici naufragio enatavit, Rupellam cum suis incolumis reversus, postremo etiam Cutracenо prælio interfuit, in quo rursus discrimen vitæ adivit, hasta succussatione equi à Sanlucio dejectus, tandem arumnosæ vitæ tristem exitum habuit: quippe V. Non. Martii post cœnam acutissimis doloribus quem colicum dolorem ex familiarem existimabant esse medici, correptus, biduo post sub vesperam inter dirissimos & nunquam intermittentes cruciatus summa mentis constantia ac tranquillitate exspiravit in oppido Santonum, cui Johannis Engeriaci fanum nomen: repentinus adeò casus suspicionem violenti ac præsentis veneni fecit; quod mox à morte spumantis oris indicio, & postridiè sectо à medicis cadavere patuit. Habita ea de re quæstione & Job. Ancelius Brillandius domesticus Principis damnatus & à quatuor equis in diversa tendentibus discerptus est: decretum etiam fuit, ut in Tremolliam defuncti uxorem inquireretur, addito ut quia prægnans erat, in quadragesimum à partu diem executio differretur, interea in arcta custodia esset, in qua etiam postquam sexto mense à mariti obitu filium peperit, per sexennium asservata fuit, donec Regis Henrici IV & Parisiensis Senatus decreto absoluta tandem fuit. Prioris quoque uxoris *Mariæ Clivensis* causa parum abfuit *Condæo*, quin in discrimen ineideret: correptus enim illius amore Rex Henricus III, Condæum sub prætextu hæreseos matrimonio ejus, quippe quæ Romanis sacris adhærebat, exturbare, vacuumque thorum occupare cogitavit; sed discussit hæc molimina mors *Mariæ*, quæ tempore adeò opportuno veniens scrupulum diffidentioribus injecit, naturalis ne fuerit, an insidiis conflata, quemadmodum *Mezeræus* (*Tom. V. p. 200. & 201.*) refert.

DE FRANCISCO Principe CONTIO nihil est (*Gramondi* verbis ex *Hist. Lib. 1. utor*) quod memoremus: parum enim à vulgo distinguebatur sine vitio magis, quam cum virtutibus. Obiit ex longo & inveterato morbo, prole orbus.

CAROLUS initiò *Cardinalis Vindocinensis*, posteà, defuncto patruo ejusdem nominis ac dignitatis, CARDIN. BORBONIUS dictus, in religione Romana unà cum fratribus *Comite* & *Suessionensi* educatus fuit; animúmque erga Protestantes infensum, dum vixit, habuit. Fuisse cæterum à *Thuano* (*Lib. 110.*) prædicatur facto comique ingenio, & summa dicendi facilitate præditus, propenso etiam in literas & literatos à more; qui quandiu bonis consulroribus usus est, rectum animi servavit, sed insita levitate postquam ab adulatoribus affari cœpit, facilè depravatus, tertianæ factioni nomen dedit; cumque eventus expectationi non responderet, à suis proditus in lethalem mœrorem incidit, diuturnaque tabe confectus annos tantùm natus XXXII decessit; ut olim Galliæ ornamento natus, sic meliore republicæ tranquillitatis, quam ille, ut multis persuasum fuit, nunquam vexare desisset, fato vivis exemptus.

Comitatum *Suessionensem* Maria Luxemburgica, Francisci Comitis Vindocinensis uxor, in *Borbonicam* domum intulit, qui posteà illius nepotis *Ludovici Condæi* filio CAROLO è posteriore conjugio suscepto titulum præbuit. Erat is, judice *Gramondo* (*Hist. Lib. 1.*) vir magni ingenii, sagacitate & virtute bellica inter paucos, haud impar natalibus quos ducere à sanguine regum natura dederat. Pro nævo à plerisque ipsi data *sui æstimatio*. Atque ab hac fuisse videtur, quod cum regnante Henrico III, Navarrus ejus patruelis spem ipsi fecisset, ut si ad partes suas transiret, *Catharinam* sororem suam in uxorem pro præmio acciperet, posteà verò spem illam implere detrectasset, repulsam ad animum altius revocaverit, neque solum relicto iterum Navarro ad Regem redierit, sed & hoc vivis exempto tertianæ factioni accesserit, denique vel invito Navarro licet jam ad Galliæ regnum evecto, *Catharinam* ducendi consilia agitaverit. Nec res multum ab exitu abfuit, secretis pollicitationibus inter utrumque (pararia Corisanda Andoina Guichia, Philiberti Grammontani Comitis vidua) initis, & utriusque manu subscriptis. Sed antequam nuptiæ celebrarentur, Rex, re cognita, intervenit, illasque sua & Senatus Bearnensis auctoritate diremit; quemadmodum apud *Thuanum Hist. Lib. 87, 92 & 105*, nec non in *Memorialibus Ducis Sullii* legere est. Ab eodem illo, quem *Gramondum* notasse diximus, *Caroli Suessionensis* nævo haud dubiè factum etiam est, quod paulò ante obitum, impatientia prælati sibi Quilleboviæ arci procurandæ Fervaquii, ab aula discessit, neque ad illam morte in arce *Blandina*, quæ in agro Brienti sita, præventus rediit.

HENRICI II CONDÆI genium vitæque rationes exponat pro me *Beniam Priolus*, qui

FAMILIÆ RE

Qua

LINEA PRINCIPUM DE CONDE ET CONT

LUDOVICUS DE BOURBON, Caroli Ducis Vind
chio de Conty, Comes de Soissons &c. n. 7. Maji
de Roucy, fil. primog. & cohæres, 22. Jun. 1551. † 23.
Nov. 1565. † 11. Jun. 1601.

1. Henricus Pr. de Condé, n. 29. Dec. 1552. † 5. Mart. 1588. *1. Maria de Clivia Francisci D. Nivern. f. m. Jul. 1572. † 30. Oct. 1574. 2. Carola Catharina de la Tremoille, Ludovici D. de Thouars f. mens. Mart. 1586. † 28. Aug. 1629.*

1. *Margarita, n. 8. Novem. 1556 † inf.*

1 Carolus n. 3. Nov. 1557. † infans.

1. Francisc9 PR. DE CONTY, n. 19. Aug. 15
† 3. Aug. 1614. 1. *Johanna de Coëme, Dn. de Lucé, Ludovici C. de Montafié vid. m. Jan. 158*
† 27. Dec. 1601. 2. *Aloisia Margarita de Luthuring, Henrici D. Guisiæ f. 24. Jul. 1605*
1631.

1. *Catharina n. m. Octobr. 1574. † 30. Dec. 1595.*

2. Henricus II. Pr. de Condé n. 1. Sept. 1588. † 26. Dec. 1646. *Carola Margarita Henrici II. D. Montmorancii f. 30. Mart. 1609. † 12. Novembr. 1650.*

2. *Eleonora, n. 30. Apr. 1587. nup.* Philippo Wilhelmo Nassovio Pr. Arausion. 1606. † 20. Jan. 1619.

2. *Maria. n. 8. † 20. Maji a. 1610.*

Nicola9 de Conty *fil. naturalis* dictus de Grammont, *Abbas S. Stephani de Bussac in Santonibus* † 1648.

Anonymus n. & † 1617.

Gemelli, n. n. & †† 1618.

Anna, n. 27. Aug. 1619. uxor secunda Henrici D. Longavillæi 1642. † 15. Apr. 1679.

Ludovicus II. Pr. de Condé, n. 8. Sept. 1621. *Clara Clementia, Urbani de Maillé, M. de Brezé f. 11. Feb. 1641.*

Armandus Pr. de Conty
† 21. Febr. 1666. *Anna M*
zia, Cardin. Mazarini n
Febr. 1654. † 4. Febr. 167

Henricus Julius de Bourbon, D. d'Anguien, n. 29. Jul. 1643. *Anna, Eduardi Com. Palat. Rheni f. 11. Dec. 1663.*

Ludovicus Dux de Bourbon. n. & † 1653.

Anonymus, n. 6. † 14. Sept. 1658

Dux de Bourbon, n. 5 Nov. 1667. † 4. Jul. 1670. *Maria Theresia, Domicella de Bourbon, n. 1. Febr. 1666.*

Ludovicus Dux de Bourb. n. 11 Oct. 1668. *Aloisia Francisca, Ludovici XIV Regis fil. natur. legit. 24. Jul. 1685.*

Anna Domicella d'Anguien, n. 11. Nov. 1670. † 27. Maji 1671.

Henricus Com. de Clerm. n. 3. Jul. 1672. † 6. Jun. 1675.

Comes de la Marche, post de Clermont, n. 17. Nov. 1673. † 21. Febr. 1677.

Maria Anna, Domicella de Montmorancy, n. 1675.

Anna Maria Victoria Domicella d'Anguien n. 1676.

Aloisia Benedicta, Domicella de Condé, n. 1678. m. Febr.

EGIÆ TAB. *XIX.*

TY, nec non COMITUM DE SOISSONS enumeratur.

locinensis F.PRINCEPS DE CONDE, Par Franciæ, Mar-
530.occ.16.Mart.1569. *2.Eleonora,Caroli Dn.de Roye, Com.*
Jul.1564. 2.Franciſca d' Orleans, Franciſci M. de Rotelin f.3.

58 1 *Magdalena,† inf.* 7.Octob. 1563.	1 Carolus,n.30 Mart. 1562.*Archiep.Rothom. S. R. E. Cardinalis,cr.* 1583.†30.Jul.1594.	1.Ludovicꝰ gemellus Caroli †19 Oct.1563.	1.*Catharina,n. 1564.† inf.*	2.Carolꝰ C.DE SOISSONS Par & Magnus Magiſter Franciæ,n.3.Nov.1566 †1.Nov.1612.*Anna,Ludovici C. de Montaſſ. f. & hæres.27.Dec.1601.†17 Jun.1644.*	2.Ludovicus †juv.	2. Benjamin †infans.

*Aloiſia,n.7.Feb. 1603.nup.*Henrico D.Longavillæo 1617.† 9.Sept.1637.	Ludovicus C.de Soiſſons, n.11. Maji 1604. occ. 6.Jul.1641.	*Maria,n.3.Maji 1606 nup.* Thomæ de Sabaudia Pr. de Carignan 6.Jan.1625.	*Carola Anna n. 15. Jun.1608. †1623.*	*Eliſabetha, n.m.Octob. 1601.obiit 1611.*	*Carola notha, Abbat. Malbu† 1626.*	*Catharina notha, Abb. Perrinenſis.*

n.18.Oct.1629.
Maria Martinoz-
ptiè ſorore. 21.
92.

Henricus Ludovicus de Soiſſons,*nothus*,n.m.Aug.1640.legitimatꝰ 1643. *Eques Melitenſis*, Comes de Noyers, Baro de Luzarches, *Abbas de la Couſture.*

Ludovicus de Bourbon,Pr.de Conty, n.5.Apr.1661. †9.Nov.1685. *Maria Anna de Bourbon Duciſſa de Vaujour,Ludovici XIV.Regis fil. natur. 17. Jan. 1680.*

Franciſcus Ludovicꝰ de Bourbon Pr.de la Rocheſuryon, n.30.Apr. 1664. dictus nunc Princeps de Conty.

Domicella de Clermont, n.17. Jul.1672.† 17.Sept.1680.

Lib. II de reb. Gall. §. 27. ita fatur: *Cadente anno 1646. Henricus Borbonius Condæi Princeps, nondum sexagenarius decessit facili exitu: flebilis Gallia illo rerum cardine, ut qui prudentia & pari justitia continebat res vergentes in deterius. Natus erat ap. Fanum Egerii in Santonibus, postumo partu; patre veneno extincto, pessimis artibus. Henricus IV exprobi cum tanquam futurum hæredem omni cura excoluit. Novella religione, quam cum lacte ab avo & patre translatam susceperat, ex animo tenello depulsa; Catholicis ritibus ita innutritus est, ut postea grandior factus capitalis hostis Novitiorum audire affectaverit, vano ostentu; valituro, ut putabat, si casus daretur. Carlota Montmorancia conjugium paene illi exitio fuit: nam fugiens Henrici regis rivalitatem, Belgium uxoris pudicitiæ asylum quæsivit. Hinc per Germaniam arcto comitatu Mediolanum se recepit. Trucidato Henrico redux in Galliam Turbonibus infeliciter se addixit; compositis dissidiis vindicta Regiæ securus, per abruptum in Bastilliam arcem, hinc Vincennas detrusus est. Duravit tadium carceris annos V, comite conjuge. Liber postea Aquitaniæ primum, illinc Burgundiæ ac Bituricensi provinciæ præfectus, mutavit genus vitæ, attentus rei; ex simulata segnitie remedium malorum quærens. Priore angustia deterrente, domesticam parcimoniam intulit primus è sua stirpe accumulator, ad pecuniosam senectam pervenit. Nullus melior dominus, nullus melior servus, id est, obnoxius gratiosis. Suopte ingenio animosus, ubi formido aulæ incessisset, pavens.* Hæc aliaque *Priolus*, à quibus non abludunt, quæ apud *Nanium Hist. Ven. T. II. Lib. 3. p. 126. & 127.* leguntur.

LUDOVICUS SUESSIONENSIS generosæ atque acerrimæ indolis Princeps meliore fato, quam quo abreptus est, dignus sanè fuit: etenim cum fidem virtutémque suam multis fortibus factis Regi suo probasset, & de universo regno egregiè meritus esset, ægrè & intoleranter tulit, cuncta adarbitrium Cardinalis Richelii geri, neque Principum regii sanguinis eam, quam natalium jure iis convenire putabat, rationem haberi; quare rupta patientia, ex aula Sedanum secessit, non ut quid turbarum moveret, sed opperiretur, dum vices rerum humanarum mutationem sponte afferrent. Verum Richelio urgente, & reditus annuos ei detrahente, exasperatus & ad extrema actus, cum cæteris *malè contentis*, inter quos tunc *Guisius* & *Bullionæus* familiam ducebant, se conjunxit, scriptóque milite & Hispanis in auxilium vocatis in Campaniam penetravit, ubi collatis cum Marescallo de Chatillon, quem Richelius ei objecerat, signis, victoria quidem penes Principum partes fuit, sed *Suessionensis*, dum quosdam è suis in fugam actos ad certamen reducit, glande sclopperi in fronte ictus illicò concidit, spiritúmque effudit; neque cædis tam improvisæ auctor innotuit, sive subornatus ab inimicis percussor fuerit, sive ipse facto in noxio se peremerit, sclopeto temerè in caput exonerato, dum galeæ bucculam aperiret: nam utrumque sermonibus hominum percrebuisse *Bussierius Hist. Fr. l. 24.* refert. Uxorem non duxit, & Richelianam affinitatem, ad quam invitabatur, tanquam genere suo indignam, constanti animi magnitudine aspernatus est, adeo, ut *Henricum Seneterram*, Cardinalis internuncium, alapa amandaverit, ceu *Vitt. Siri in Mercur. T. I lib. 2.* refert; hinc iræ hominis, quem *Jovem coccineum & occisorem* Patinus *epist. 69.* salsè & lepidè vocat. *Filium naturalem*, quem in tabula notavimus, *Sedani*, dum exularet, sustulit.

ANNA BORB. LONGAVIL. in custodia Vicennensi genita, ibidémque in lucem edita, postquàm mulier facta est, pro libertate publica adversus Ministrorum arrogantiam majore, ac fœminam decere videtur, contentione decertavit, & factiosis, qui *Frondatores* dicti, quòd instar Davidis giganteam Mazarini magnitudinem prosternere decretum eis esset, inter primos accessit, multósque procerum venustate & lepore, quo pollebat, ad suas partes abduxit. *Mulier*, Prioli verba è lib. III. de reb. Gall. §. 16. refero, *alti spiritus, ingenio acri, quæ in mille figuras poterat vertere, sibi addictos, non poterat jura propria animi vertere. Turbida gratuitò, ex motu nihil sperare, prater motum. Cujus quidem tandem fatur, in pejus ruente studio partium,* se (iterum cum auctore modo citato è lib. VI. §. 20. loquor) *conjugi soli applicuit, concorditer vixit, amplexa genus vitæ, quod in decus, gloriam & in exemplum cessit, nihil ex alto sanguine sibi vindicans, prater morum sanctitatem, cum religionis reverentia, modica cultu, parca comitatu; & demum tanta simplicitatis & puritatis fama, ut dubitaret sit ne efficacius, aut semper vixisse ad Sanctitatis normam, an benè uti pœnitentia occasione & exulcerata quandam mente, ad sanitatem revocari.* Atque sic vixisse perhibetur, usque dum supremum vitæ diem *Lutetiæ* fermè *sexagenaria* morte confecit, clarissimorum in Gallia ingeniorum elogiis celebrata.

LUDOVICUS II CONDÆUS Princeps in tantum laudandus in quantum intelligi virtus & prudentia militaris potest, fama nominis *Anghiani* (hoc enim initiò gesserat) æque ac *Condatensis* universum terrarum orbem implevit, idque ad omnem posteritatis memoriam egregiis factis consecravit. Quantas res inde ab expugnatione Atrebati & victoria Rocrojensi, ubi prima fortitudinis suæ documenta edidit, ad hanc usque senectam suam gesserit, si numerare velimus, facta prement annos, cúmque insertæ illæ sint oculis animísque hominum, quis in partibus eloquatur. Fatum verò Heroibus è *Borbonia* domo jam à longo tempore proprium, nec à sealienum expertus est, persecutionibus inimicorum in aula præpollentium eò redactus, ut a. 1652. patria excedere & cum externis hostibus consilia armáque miscere necesse haberet: ea propter a. 1654, d. 28. Mart. à Parlamento per sententiam, Regein tribunali suo sedente, latam ac publicatam, criminis læsæ Majestatis reus peractus, Borbonio nomine, dignitatéque primi Principis sanguinis (ceu loqui amant) excidisse

excidisse dictus, omnibus muniis spoliatus, capitisque damnatus; nec nisi per pacificationem Pyrenæam, sed difficilj admodum & Hispanis detrimentoso negotio (tria magni momenti in Belgio loca isti Gallis hoc nomine cessere) in integrum restitutus fuit.

ARMANDUS CONTIUS Princeps, corporis pariter ac animi viribus minimè abundans ad vitam Ecclesiasticam destinabatur, quam & ipse superatis adolescentiæ annis palàm professus est, purpurámque ambivit. Postquam verò factionibus adversus Mazarinum instigante sorore sua se illigasset & præfecturam armorum Parlamenti suscepisset, dubitatum fuit, ex animo ne illud fecerit an simulatè. Magis animum nudavit, eum eustodiæ à Regina regente una cum fratre sororióque mandatus, assentiret, ut Ducissæ Caprusiæ, quæ in aula tunc plurimùm auctoritate valebat, devinciendæ gratia, ejus gnara, cui *Carple* nomen erat, sibi despouderetur; quas tamen nuptias restitutus in libertatem ut perageret, fraternis artibus impeditus fuit, non sine dolore, quem amor, quo erga sponsam ardere cœperat, ipsi injecit, quemadmodum *Gazzottus (Lib. V. Hist. delle guerre di Europa)* memorat. Tandem fessus discordiarum ut pacem sibi cum alia conciliaret, Cardinalis Mazarini neptem probam & modestam fœminam, in matrimonium duxit. Vitam maturè amisit, peripneumonia oppressus, cui gibbosos plerumque obnoxios esse *Patinus (epist. 142)* testatur.

LUDOVICUS CONTIUS Princeps, *Armandi* F. in contubernio Serenissimi *Delphini* educatus, omnibusque artibus se dignis instruxit, postquam adolevit, bellicæ laudis cupidine flagrans, castra regia in nupero bello Belgico secutus est, ibidémque prima fortitudinis rudimenta dedit; exinde in militiam Hungarico-Turcicam una cum fratre suo profectus, victoriæ *Strigoniensis* & expugnationis *Viennæ* pars fuit. — Reversus verò ad penates, dum uxori suæ variolis decumbenti summam assiduitatem præbet, ipse eundem in morbum, illa sanitati restituta, incidit, cujus malignitate oppressus, & in flore ætatis exanimatus est, titulo *Principis Contii* ad fratrem transmisso.

FAMILIÆ RE

LINEA PRINCIPUM DE LA ROCHESURION & DUC

cont

A

LUDOVICUS DE BOURBON, Johannis C. de Vend
Borbonia, Gilberti C. Montpens f. Andreæ de Chauvigny

Ludovicus DUX DE MONTPENSIER, n. 10. Jun. 1513. † 23. Sept. 1582. 1. *Jacobina de Longui C. de Bar ad Seq. 1538. † 28. Aug. 1561.* 2. *Catharina Lotharinga, Francisci D. Guisiæ f. 1570.*

1. Franciscus Dux Montpensier. n. 1542. † 2. Jun. 1592. *Renata d'Anjou, Nicolai M. de Mezieres f. & h. 1566.*

1. *Francisca, nup.* Henrico Roberto Marcano D. Bullion. 1558. † 1587.

1. *Anna, nup.* Francisco Clivensi II. D. Niv. 1561. † 1572

2. *Johanna Abbat. Pierrevii* † 6. *Mart. 1624. æt. 82.*

Henricus de Bourbon, Princeps Supremus Dombarum, Dux Montpenserii, de Chastelleraud & S. Forgeau, Par Galliæ, M. de Mezieres &c. n. 12. Maji 1573. † 27. Febr. 1608. *Henrica Catharina, Henrici D. de Joyeuse fil. unica*

Maria, fil. & hæres paternarum ditionum amplissimarum unica, Duci Aureliani 1626. † 4. *Maji* 1627.

B.

JOHANNES DE BOURBON, Johannis C. de la Marche
C. d'Eu f. 2. Johanna Vindocinensis.

1. *Maria.* 2. Ludovicus Dn. de l'Escluse 1453. Johannes & *Johanna* † in juv. Petrus Dn. de Carency † ∞. *Philippina de Plaines.* Jacobus Dn. de Carency. *Antonia de la Tour d'Oliergues.*

Carolus Borbon. Dn. de Carency, *Bertrandi B. de Puisgui f. 1493.* *Catharina d'Alegre,* Johannes Borbon, Dn. de Rochefort. ∞. *Johanna del' Isle, Jacobi Dn. de Freune f.*

Bertrandus de Bourbon Dn. de Carency † ∞. Johannes improlis. Petrus Dn. de Ventad. † ∞. *Isabella Domina de Carency,* de la Vauguyon 1516.

EGIÆ TAB. XX.

Ra
ICUM DE MONTPENSIER, nec non DNN. DE CARENCY
tnentur.

A.

lome F.PR. DE LA ROCHESURION, †.1520. *Ludovica*
uid. 1504.

Susanna uxor secunda Claudii Dn. de Ricux C. de Harcourt. | Carolus Pr. de la Rochesuryon † 6. Oct. 1565. *Philippina de Montespedon, Joachimi Dn. de Beaupré, f. & h. †31. Oct. 1577.*

1. Carola, Abbat. Jovarre, post nup. Wilhelmo Nassovio Pr. Arausion. 12. Jun. 1574. † 6. Maji 1582. | *1. Aloisia, n. 1548. Abbat. de Jovarre, dein de Farenmoutier. † 1583.* | Henricus Marq. de Beaupré, n. 1546. †. Dec. 1560. | *Johanna † nov. mens.*

illiæ, Pr. de la Rochesuryon & de Luc, Delphinus Arver-
a 1597.

, n. 15. Oct. 1605. nup. Gastoni Johanni Baptistæ de Francia,

e F. DN. DE CARENCY. *1. Catharina de Arteſia, Philippi*

Philippus Dn. de Duisant. | *Catharina Lalain de Roberſat.*

Antonius Borbon, Dn. de Duisant. *Hubert, Petri Dn. de Gournay f.* | *Johanna de* | *Johanna nup.* Franciſco Rolin Dn. de Beauchamp.

nup. Franciſco d' Escars Dn. | Petrus de Bourbon Dynasta de Duisant. † in juv.

AD TAB. XX.

A.

LUDOVICUS *Princeps Rupis ad Tonnam* pleraque bona, quæ mater ipsius in Vindocinensem domum intulit, pro sorte sua accepit; inter illa eminuere Dynastia illa, à qua cognomentum ei inditum fuit, in Pactavia sita, necnon dominium *Champigny* in Turonibus. Vitam non secus ac frater ipsius natu major fortitus est brevem, at memoriam benè & in perpetua atque inconcussa erga Regem suum fidelitate transactæ vitæ sempiternam.

LUDOVICUS, illius, de quo modo verba facta sunt, filius, beneficio Regis *Francisci I.* magnam successionis Borbonicæ partem recepit, videlicet *Comitatum Montpensierium*, qui ab eodem Rege a. 1538 in *Ducatum* & *Pariatum* erectus fuit, conjunctis cum eo *Delphinatu Arvernia* & Dynastia *Combraille*; recuperavit porrò Ducatum *Chatellerald*, Comitatum *Forés*, dominia *Beaujolois* & *Dombes*, idque *posterius* jure *suprematus* auctum; multis etiam præclaris in regno muniis admotus est, ita ut cum tenues admotum initio facultates ejus essent, pecuniosus & locuples ad senectam pervenerit, filioque suo opulentissimam hæreditatem reliquerit; hinc *Equitibus Melitensibus* assimilabatur, eò quod illi non nisi provecta ætate ad opes honoresque pervenire soleant. Nimirum usus ille est vita longa eadémque maximè gloriosa, neque quidquam ævo ejus tot tantisque casibus insignito memorabile actum est, cui ipse non intervenerit. Eximia inprimis opera ejus fuit in *pugna Jarnacensi* & *Monconturia*. Erat siliceir eo virtus ac prudentia in bello atque in re militari summa, studium præ cæteris erga remp. & religionem avitam singulare; isthuc omnia retulit, regisque partibus constanter adhæsit, adeò ut Lotharingorum, in aula præpollentium injurias mussitare & perferre mallet, quam cum agnatis arma consiliaque pro familiæ decore sociare: quo ipso tamen id intendisse à nonnullis culpatur, ut ex Regis Navarræ ac Pr. Condæi adversitatibus sibi emolumentum compararet, illisque, odio religionis laborantibus, exclusis, viam filio suo ad successionem regni sterneret. Siquidem ut auram popularem captaret, omnium maximè infestum Protestantibus nunquam non se præbuit, nullique eorum, quorum qualicunque modo potitus est, veniam aut incolumitatem concessit, non esse hæreticis servandam fidem semper dictitans. Quoties itaque captivus aliquis ei sistebatur, si vir erat, his tantum eum verbis excepit: *Vous estes un Huguenot mon amy, je vous recommande à Monſ. Babelot.* Erat hic Babelotius monachus ordinis funigerorum, perpetuus Ducis comes; ad hunc perductus captivus & ab eodem de quibusdam rebus interrogatus, protinus ad furcam rapiebatur. Si mulier aut virgo illi exhibebatur, similibus verbis affari eam solitus est, his additis: *je vous recommande à mon guidon, qu'on la luy mene.* Erat iste *Dn. de Montoiron è Turpinorum* prisca familia ortus, decora proceritate vique corporis ac membrorum insignis, hujus insatiabili salacitati miseræ ad necem usque prostitue bantur, quemadmodum *Laburerius in Addit. ad Memor. Caſtelnov. ex Brantonio (T. 2. p. 800)* refert. Quo acriore verò odio Protestantes *Montpensirius* prosequebatur, eò magis illis, clam licet, favebat, prima ejus conjux *Jacoba Longviana*, mulier virili animo & prudentia supra sexum insignis, quæ (teste *Thuano Hiſt. Lib. 22.*) semper publicæ tranquillitati studuerat, & si diutius vixisset, motus, qui posteà secuti sunt, impeditura credebatur. Posterius *Ludovici Montpenſerii* matrimonium cum *Guiſia* Regina mater Catharina Medicæa fabricavit, ut nimirum hac affinitate offensam, quam ille inauguratione Regis Caroli IX è Guisii Ducis ambitu & procdria contraxerat, penitus diluerct, quemadmodum *Varillaſius in Hiſt. Caroli IX. l. 1.* pluribus refert.

De CAROLO PR. RUPIS AD YONNAM ita *Thuanus Hiſt. lib. 56. Carolus Borb. Rupiſurionius princeps manſuetudine & æquitate inſignis, poſt Bajonæ ſpectacula à Carolo Rege inſtituta, quibus interfuit, Bellopratum in Andibus redierat, ubi febre violenta correptus optimè meritam de patria animam Deo reddidit, & in vicino Belliſontis cœnobio ſepultus eſt, nullis relictis liberis.*

FRANCISCUS DUX MONTPENS. Vir magni animi & Regibus summè fidus fuisse à *Thuano* lib. 103. prædicatur. Allobroges primùm, dein Neustrios summa moderationis & justitiæ fama rexit, præliis omnibus civilibus interfuit, Regis partes constanter & cum imperio secutus, in *Eurlacenſi*

censi inprimis inter suos fortissimè dimicans, ex ussus etiam equo & humi prostratus, victoriæ occasionem Henrico IV Regi præbuit. Tandem militiæ laboribus attrito corpore & articulari morbo fracto *Lemovii* apud quo ex Regis exercitu curandæ valetudinis gratia secesserat, febri continua extinctus est nondum quinquagenarius. Dynastiam *S. Forgeau* in Turonibus, ab uxore illi in dotem allatam, Rex Henricus III in *Ducatum* & *Pariatum* a. 1575. erexit, cum eaque dominium *S. Mauritii* ad Averonim conjunxit.

HENRICUS BELLOPRATI MARCHIO cum vix XV annum ageret, & jam in illa ætate egregiam de se omnium spem concitasset, miserabili admodum casu periit, inter eurrendum ex equo cadente lapsus, & à robusto Caroli Roberti Marcani Molevriæ Comitis concitato cursu ejus vestigiis inhærente equo conculcatus & protritus; quæ mors non solùm parentibus, qui unicum filium sibi ereptum insolabiliter lugebant, sed universæ aulæ luctuosa fuit. Qui res curiosius notant, observabant familiæ regiæ primum ac novissimum hæredem (*Franciscum II Regem* scilicet & *Bellopratum*) eodem mense decessisse, *Thuan. Hist. L. 27.*

HENRICI MONTPENSERII omnium Galliæ Procerum opulentissimi optimique res pro tranquillitate & salute patriæ præclarissimè gestas, gravissimus & sæpè nobis citatus *Thuanus* passim percensuit. Mortem ejus, quam præmaturè obiit, gravissimè omnis Gallia, ipsusque Rex tulit, qui causam ingentis doloris quærenti cuidam respondisse memoratur, non posse non se afflictissimè lugere obitum Viri, *qui Deum sincero amore coluerit, Regi suo fortiter fideliterque servierit, plurimis benefecerit, neminem læserit.* Acceleravit autem illi fatum vulnus, quod jam tum anno ætatis XX in oppugnatione Drocensis oppidi accepit; ibi enim dum III Kal. Quintilis a. 1593. post cœnam Regem secutus fossorum operas lustrat, per vallum interpositum incedens ictu sclopeti graviter saucius est, per mentum in inferiorem maxillam descendente, quo juvenis vita longissima (*Thuani* verba refero) dignissimus, tunc pro desperato habitus, postea diu ac repetitis vicibus semper languit.

B.

JOHANNES è parentum suorum ditionibus accepit dynastias *Escluse* & *Carency* in Artesia, & quicquid illi in Picardia possidebant. Post prioris uxoris suæ obitum Nobilis cujusdam viri, cui nomen *Hamelini Vindocinensis* erat, gnatam, *Gervasio Ronsart* nuptam, de amate cœpit, & cum ea superstite ejus marito consuevit, liberósque genuit; postea isto defuncto ad eam ducendam animum appulit, & ab Episcopo Meduanensi dispensationem obtinuit, ut extra Ecclesiam & neglecta proclamatione in matrimonium eam duceret. Id verò clandestinum fratres ejus appellarunt, & irritum reddere omni openiti sunt, sed incassum, ipso Pontifice Romano id data Bulla legitimum pronunciante. *Insignia* Johannes ejúsque posteri eadem gessere cum Comitibus Marchiæ & Vindocini, nisi quod ad distinctionem *limbum rubeum* addederent.

FAMILIÆ REG

Qua

LINEA CURTENA

&

IMPP. CONSTANTINOPOLITANI nec non DYNA

PETRUS DE FRANCIA, Ludovici VI. cogn. Crassi, k
Elisabetham, Reginaldi Dn. de Courtenay, Montargii, Chl
atque hæredem.

Petrus II. Dn. de Courtenay IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANUS. *1. Agnes Comitissa de Nevers, Auxerre & Tonnerre, Guidonis I. f. 2. Yolanda C. de Namur, Balduini V. C. Hanitoniæ f. 1193.*

Robertus de Court. DN. DE CHAMPIGNELLES. Vid. TAB. seq. XXII.

Philippus.

Alisa nup. 1. Wilhelmo C. de Joigny. 2 Adamaro I. C. Engolismensi.

Clementia nup. Guidonis V. Vicec de Thiern.

Eleonora, nup. Philippo de Montfort, Dn. de la Ferté Alegis.

Agnes, nup. Godofredo de Ville-Hardouin Fr. Achaiæ.

Maria, nup. Theodoro Lascari, Imper. Orient. 1219.

Yolanda, ux. secunda Andreæ II. R. Ungar. 1215. † 1225.

Elisabetha, nup. 1. Scarolæ C. de Barad Seg. 2. Eudonis de Burg. Dn. de Montagu.

Margarita, nup. 1. Rudolpho III. Dn. d Ifoudun. 1210. 2. Henrico C. de Vianden. 1217.

Balduinus Dn. de Courtenay IMP. CONSTANTINOPOL. n. 1217. † 1272. *Maria de Britannia, Johannis R. Hieros. f.*

Henricus M. Namurci. 1229

Robertus, IMP. CONST. † 1228. *Nide Neufville.*

2. Philippus M. Namurci, Dn. de Court. † ao. 1226.

1. Mathildis C. de Nevers, Auxerre & Tonnerre. nup. 1. Herræo IV. Dn. de Donzy. 1199. 2. Guigoni IV. C. de Forés 1226. † 12. Oct. 1234.

Philippus Dn. de Courtenay, Imp. Constantinopol. Titularis. *Beatrix d' Anjou, Caroli I. R. Siciliæ f. 1273.*

Johannes, Dn. de Tanlay † 15. Jul. 1285. *Margarita Dn. de Johannis I. Dn. de Plancy f.*

Catharina Dn. de Courten. nup. Carolo de Francia, Com. de Valois 1301. † 1308, m. Jan.

Robertus Dn. de Tanlay & S. Winemer † 1310. *Agnes de Saint-Ton. † 1316.*

Stephanus Dn. de Tonnerre † ao.

Philippus Dn. de Ravieres. † 1300.

Johannes *Abbatiæ* † 1300.

Wilhelmus Dn. de Tanlay, Ravieres S. Winemer & S. Thierry. † ante a. 1328. *Uxor incomperta.*

Philippus. *Agnes Dn. de Bragelonne nup.* Robert to Dn. de Rochefort.

Robertus Dn. da Tanlay & S. Winemar, interfuit prælio Mon Cassellensi a. 1328.

Johannes Dn. de Ravieres. *Ode ta, Guidonis Dn. de Pleepape f.*

Philippus Dn. de Tanlay † 1385. *Philiberti de Chateauneuf Dn. de Poisy.*

Petrus † ante patrem 1377.

Stephanus Dn. de Ravieres † 1383. *1. Johanna de Marmeaux. 2. Margarita de Valery.*

Johanna Dn. de Poisy nup. 1. Johanni de Chamigny Dn. de Soustour. 1375. 2. Hugoni Postel. 1392.

Alexia, Abbat. d B. Virg. de Crisenon.

1. Johanna Dn. de Tanlay nup. 1. Wilhelmo de Plesy, qui occubuit ad Nicopolim a. 1393. 2. Roberto de Chaslus Dn. d' Entragues.

GIÆ TAB. *XXI.*

ACENSIS inchoatur,

STÆ de TANLAY & YERRE ex illa orti enumerantur.

Regis F. DOMINUS DE COURTENAY, per uxorem
Asseau Regnard, Champignelles, aliarúmque terrarum filiam.

Wilhelmus de Court. DN. DE TANLAY. *1. Adelina, Clerembaldi Dn. de Noyers f. 2. Nicola . . . .*

N. nupta Aimoni Dn. de Charros

Constantia nup. 1. N. Dn. de Chateaufort. 2. Wilhelmo Dn. de la Ferté-Arnaud.

Eustachia nup. Wilhelmo I. C. de Sancerre.

Johannes de Court. Dn. D'YERRE.

Hugo de Court. Dn de Prenoy

Constantia.

Sibylla, monialis ap. Fontenet. Bérardi † ao. 13.

Margarita de Melo, Wilhelmi Dn. de S. Prejo. f.

Robertus Dn. de Tanlay. † a. 1260.

Johannes, Dn. de Joux. † cœlebs a. 1248.

Balduinus † in juventute.

Johanna ux. Petri Corail Eq.

Alisa, nupt. Miloni de Tonnerre. Equiti.

Wilhelmus I. Dn. d' Yerre, Bondouffe, Revigny & Coms la ville.

Wilhelmina, nup. Nargaldo de Fons.

Maria, nup. Wilhelmo de Joinville Dn. de Juilly.

Wilhelmus Dn. d'Yerre & Bondouffe † 1279. *Johanna de Grignoles. † 1276.*

Johañes Dn. de Coms la ville. *Adelheid de Soiss.*

s Decanus Quincy.

Maria, nup. Guidonide Monreal Dn. d' Athies.

Johannes Dn. d'Yerre. *Isabella de Corbeil, Johannis Dn. de Grez. f.*

Robertus, † 1297.

Wilhelmus Dn. de Bondouffe & Buzenval,

Jacobina & Johanna †† injuv.

Petrus Dn. d' Yerre † 1333. *Johanna de Courpalay. † 1319.*

Simon. † in juv.

Margarita, Abbatissa d' Terre.

Wilhelmus Dn. de Bondouffe & Buzenval.

Johañes Dn. de Yerre. *Maria de Vincy.*

Margarita, nup. Petro de Voisins, Dn. de Montgry. † 1360.

Wilhelmus Dn. de Bondouffe & Buzenval.

Petrus. *Johanna de Bode. 1366.*

Johañes Dn. d' Yerre. *Johanna du Plessey, Godofredi Dn. de Brouille f. Roberti de Vieuxpont vid.*

Wilhelmus &c.

Johannes & Andreas *Canonici.*

Jacobina monialis.

Isabella Dn. de Courpalay & Terre nup. Godofredo de Tour.

AD TAB. XXI.

QVemadmodum omnium auctorum, qui res Gallicas, clararumque familiarum historiam scripris illustrarunt, concors & constans hæc est sententia, inter ramos complures, qui è Regia *Capetingica* stirpe propullularunt, fuisse etiam qui CURTENACENSIS cognomine distinguebatur, ita circa ejusdem diuturnitatem dissentiunt inter se, creditúmque à multis fuit, jam diu esse, cum legitima ipsius propago defecit, nec nisi pro nothis, aut è talibus ortis habendos, qui recentiore hocque nostro ævo *Curtenacensi* titulo superbiunt. Cui quidem opinioni familia ipsa ansam fulturámque præbuisse dici potest, dum imminuta pridem claritate pristina oblituit, privatimque, proculab aula, procul à dignitatibus, in re mediocri se continuit, atque adeò propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versata est. Demum sub seculi superioris finem, hujusque, quo agimus, initium, exorti exilla sunt, qui generosiore genio afflati sese extollere, genus suum è tenebris in lucem revocare, jusque natalium suorum quasi postliminio vindicare omni ope annisi sunt; verùm præoccupatis illa, quam dixi, opinione hominum animis, gliscentéque insuper invidia, in eas incurrére difficultates, quas superare nondum valuerunt. Ut tamen æquioribus de justitia prætensionis suæ constaret, jura sua titulosque luci publicæ & celeberrimorum in Europa JCtorum judiciis exposuere, quorum responsa typis excusa prostant in libello Lutetiæ a. 1607. evulgato, cui titulus: *De stirpe & origine Domus de Courtenay, quæ cœpit à Ludovico Crasso hujus nominis Sexto Francorum Rege, sermocinatio. Cui inserti sunt Supplices libelli Regi ad hanc rem oblati, unà cum repræsentatione juris & meritorum præsentis instantiæ.* Accuratiore verò cura causam illorum defendendam, natalémque, quibus se ortos prædicant, veritatem enucleandam sibi sumsit *Johannes du Boucher*, Scriptor præstantissimus, & de aliis etiam in Gallia familiis illustribus bene meritus; is egregio volumine, Parisiis a. 1661 edito, *Curtenacensis* domus Regiæ Historiam methodo Genealogica, sermone Gallico, excoluit, & solidis argumentis ac testimoniis omni exceptione majoribus, è veteribus membranis atque instrumentis collectis, demonstravit, nondum intercidisse *prolem Curtenacensem* è Regia stirpe rami propagines, sed superesse etiam nunc, qui vera & legitima successione ab illo descendant, & *Principum sanguinis Regii* axiomate censeri omnino mereantur. Atq; hujus, quem modo laudavi, Scriptoris auctoritate nititur Genealogia, quæ hac & duabus, quæ sequuntur, tabulis, exhibetur. *Sanmarthani* enim fratres, quos hac ten' secutus sum, licet in suo de Regia domo opere *Curtenacensis* rami non planè nullam mentionem fecerint, manetum tamen illum & posterioribus germinibus truncatum dedere, vel quia exaruisse illum ipsi etiam putabant, vel quod similius veri est, & à *Bucheto* haud obscurè innuitur, quia ut integrum recenserent, eorum, quibus refragari periculosum erat, nutu atque imperio prohibebantur. Id de cætero notasse haud absre fortassis erit, floruisse seculis superioribus etiam *in Anglia* familiam, quæ *Curtenacense* cognomentum gessit, Comitatum *Devonensem* tenuit, & cum *Eduardo* Henrici, quem Rex Angliæ Henricus VIII capite diminuit, filio Patavii in Italia a. 1556 mortuo defecit. Eam Anglici Scriptores communiter è Regia Gallica stirpe derivant, & specialim à *Ludovici Crassi Regis* filio, quem tamen non Petrum, sed *Florum* appellant, eidémque gnatos duos tribuunt, *Robertum* scilicet & *Reginaldum*, quorum *ille* prole caruerit, *hic* verò sede fortunarum in *Angliam* translata, familiam ibi propagaverit, quemadmodum in *Baronagio Angliæ Wilhelmi Dugdalii* (*Tom. I. p. 635.*) videre est. Hanc verò deductionem salva Chronologia admitti non posse præter Buchetum, *Laburerius* etiam (*Addit. ad Mem. Castiln. L. 2. c. 3.*) ostendit, fertque illorum opinio, è *prisca* Curtenacensium in Galliis familia, & fortè ab *Athonis Dn. de Courtenay* (is abavus fuit *Elisabethæ*, quam *Petrus de Francia* uxorem habuit) *filio secundogenito*, qui Wilhelmum Ducem Nortmanniæ, cum ad Angliam occupandam proficisceretur, secutus est, propaginem illam Anglicanam descendisse.

Cum primorum è stirpe *Capetingica* Galliæ Regum usque ad *Philippum Augustum* patrimonium, arctioribus circumscriptum esset terminis, quàm ut ipsorum filios natu inferiores apanagiis luculentis instrui paterentur, necesse isti habuere per conjugia facultates dicionémque sibi quærere; unde factum est, ut & *Hugo* cogn. *Magnus*, Philippi I. Regis frater, & PETRUS, de quo hoc loco agitur, non alias tenerent possessiones, quàm quas per matrimonia, ille cum *Veromandensis* Comitatus, hic cum *Curtenacensis* dynastiæ hæredibus, acquisivere. Usus etiam est exemplo Hugonis PETRUS, & sicut ille passus est, ut posteri sui avi um nomen cum materno commutarent, ita & ipse *Curtenacensem* titulum clypeúmque Francico relicto, filiis suis gerendum permisit. Solebat autem ipse in scuto suo *lilia Francica* ferre, hac tamen distinctione addita, ut *limbum rubeum dentibus asperatum* ei circumdaret;

cumdaret; hoc missio posteri ejus *Curtenacense* adsciverunt, quod *aureum vitellos tres coccineos* continet. Quemadmodum verò prisci Curtenacenses itineribus atque expeditionibus, quas in terram Sanctam adversus Barbaros crebrò suscepere, non terras solùm Orientales, sed mare etiam fama nominis sui implerunt, ita & *Petrus* interire illam passus non est, sed vestigiis tam claris insistens, viam posteris suis ad illud, quod in istis oris consecuti sunt, fastigium, præeundo monstravit. Non satis autem exploratum est, utrum *Petrus* ab itinere illo, quod una cum Henrico I C. Campaniæ & Philippo Drocensi, fratris sui filio, trans mare fecit, redierit, an illi immortuus sit; id tantùm è veteri membrana constare, *Buchetus* affirmat, a. 1183. ejus uxorem *Elisabetham* viduam fuisse.

PETRUS II per matrimonium prius Comitatibus *Nivernensi*, *Antissiodurensi* & *Tornodorensi* auctus, posterioris respectu ad successionem *Henrici Imp. Byzantini* (is *Johannæ* frater erat) vocatus est a. 1216. Verùm dum Constantinopolim cum armata manu tendit, Romæ à Pontifice Honorio III solemniter m. Apr. a. 1217 coronatus, fraude ac perfidia Theodori Angeli, qui Imperatorem Thessalonicensem se dicebat, in Albaniæ montium angustiis circumventus, fusisque copiis suis vel in prælio, vel in carcere interemptus fuit.

ROBERTUS *Imperium Constantinopolitanum*, à fratre suo natu majore PHILIPPO derelictum, suscepit, & cum *Theodoro Lascare*, qui *Græcorum in Asia Imperator* salutabatur, fœdus adversus Theodorum Angelum patris sui interfectorem inivit, pacta sibi in uxorem *Eudoxia* Lascaris illius filia. Ea verò, à sorore suo *Johanne Vatatze*, qui Theodoro paulò post mortuo successerat, domi retenta est, ruptis & fœdere illo & nuptiarum pactis. Exinde *Robertus* virginem Gallicam *Balduino de Neufville* nobili viro ex Artesia natam, & juveni ingenuo genere Burgundo desponsatam, deamare cœpit, eámque nuptiis sibi adjunxit. Indigne id tulit Burgundus ille, vindictámque paravit, quam executurus cum globo amicorum noctu in palatium Cæsareum irruit, matrem Imperatricis comprehensam, quod ista filiæ suæ, ut ipsum desereret, persuaserat, in mare præcipitem dedit, Imperatrici verò nares labiaque abscidit. *Robertus* Imperator hoc facinore perculsus relicta Constantinopoli Romam abiit, Papæ opem adversus subditorum insolentiam imploraturus, dumque hoc suadente ad sua remigrat, in Achaja morbo implicitus vita concessit.

Roberto mortuo cum frater ejus ac hæres BALDUINUS impuber adhuc esset, afflictus verò & præceps Imperii Byzantini status viro idoneo indigeret, initum fuit à proceribus fœdus cum *Johanne Briennensi* Rege Hierosolymitano, addicto ei Imperio, plena & absoluta potestate, dum viveret, tenendo, Balduino verò pactis nuptiis filiæ illius legitimo tempore consummandis. Quare post soceri sui demum mortem, *Balduinus*, tunc in Galliis conquirendorum auxiliorum causa agens, ad Imperium pervenit, *Constantinopolin* reversus exeunte a. 1239. coronatus illic fuit. Cum Impp. Nicænensibus *Johanne Vatatze* & *Michaele Palæologo* perpetua gessit bella, irato ut plurimum Marte: namque à priore non simplici vice summas in angustias, imò ad incitas redactus, à posteriore verò Imperio prorsus exutus fuit, post captam scilicet ab illo per proditionem d. 25. Jul. 1261. Constantinopolin. Potuit tamen Balduinus salutem fuga quærere, quam in Italiam adornavit, unde in Galliam abiit, ubique summatium virorum opem implorans; eâ à nonnullis, inprimis à Carolo Andino R. Neap, sibi condicta, dum ad recuperandum Imperium suum expeditionem parat, morte oppressus est.

PHILIPPUS postquàm in demerendis Pontificibus Romanis, ut adversus usurpatorem Imperii patrii suppetias sibi ferrent, aliquot annos consumsisset, tandem Martinum IV. permovit, ut is Michaelem Palæologum tanquam Schismaticum excommunicaret, procerésque orbis occidentalis ad arma cum Philippo adversum illum sociandà incitaret. Ad hoc classicum Carolus R. Neapol. & Siciliæ, *Philippi* socer, nec non Resp. Veneta facto fœdere maximo apparatu, cujus solo rumore trepidare cœpit Oriens, expeditionem instruxerunt; eam verò in ipso limine successus destituit, Carolo R. Neap. novo negotio domi per Vesperas Siculas objecto; eo enim ad res proprias curandas ille avocatus, fœderatos deserere necesse habuit, neque isti incepta persequi sustinuere,

Philippus verò non ita multò post vivis
excessit.

FAMILIÆ REG

LINEA CURTENACENSIS continuatur, & DOMINI DE

ROBERTUS DE COURTENAY, Petri Domini de Co
Renard, Charny, Conches, Nonancourt &c, Buil
sur Teure filia unica.

Petrus de Court. Dn. de Conches, Mehun sur Yevre &c. *Petronella de Jogny.*

Philippus de Court. Dn. de Champignelles, † [illegible].

Rudolphus de Court. Dn. d'Illiers & Neuvy, Comes de Chieti † 1271 *Alisa de Montfort C. Bigorræ, vidua Eschivati II. Pr. de Chabanais.*

Robert9 de Court *Episc. Aurelianens.* el. 1258. † 8. Aug. 1279.

Amicia de Courtenay, Domina de Conches, nup. Roberto C. Arteſiæ 1262. † 1275.

Mathildis de Court. Comitissa de Chieti, Domina de Neuvy, nup. Philippo de Flandria a. 1284. † *sterilis* a. 1300

1. Robertus de Court. *archiep. Remorum* el. a. 130 † 2. Mart. 1323.

Johañes de Court. II. Dn. de Champignelles & de St. Briçon. † 14. Dec. 1334. *Margarita de S. Verain.*

Petrus de Court. *Præpos. Eccles. Insularum in Flandria.*

Wilhelmus de Court. *Canon. Remenſis.*

Johanna de Court. mon

Johannes III. Dn. de Champig. & S. Briçon. † m. J n. 1392. *ux. Margarita de Thianges, Guidonis Dn. de Champalement f. 1368.*

Petr9 Dn. de Champig. & S. Briçon. *Agnes de Melun, Johannis III. Dn. de la Borde f.*

Adelheidis.

1. Margarita, nup. Rudopho le Bouteiller Dn de Monteſpillouer.

Petrus II. Dn. de Champign. & S. Briçon. † 1411. *Johanna Braque, Blancheti Dn. de S. Maurice f. 1405.*

Johannes DN. DE BLENEAU. Vid. Tab. ſeq. XXIII.

Maria, nup. Wilhelmo Dn. de la Grange 1399.

Agnes ux. 1. N. de Briot 2. Johannis de S. Julien Dn. de Mairroy.

Johannes de Courtenay IV. Dn. de Champignelles, S. Briçon &c. Ux. 1. *Isabella de Chatillon, Jacobi Dn. de Dampierre Dn. de Longueval & c. fil. unica, Stephani de Vignolles vid.* ex his liberos nullos, ex amica ſua autem, *Johanna de la Bre*

Petrus de Courtenay, *nothus.* Dn. des Eſves. *Dionysia Charnier, Ludovici Dn. de Charnelou & de la Chapponniere, & Margarita des Barres, Domina de Changy f.*

Jacobus de Court. Dn. des Eſves, du Cheſne, de Changy, de la Chapponniere. &c. *Chriſtina de Villeblanche, Dn. de Cernoy.*

Franciſcus de Court. Dn. de Changy. † [illegible] a. 1575.

Jacobus de Court. II. Dn. du Cheſne &c. occ. 21. Aug. 1589. *Maria de Gauville Dn. de Fermarville 1577.*

Jacobus III. Dn. du Cheſne, de Changy &c. † 10. Aug. 1642. *1. Franciſca de Laron Dn. de Ferrieres 1606. 2. Jacobina a Paviot. Caroli Dn. de Boiſſy f. 1632.*

Franciſcus I. Dn. de Changy &c. *1. Maria de Creſſy, Jacobi Dn. de Beauregard f. Henrici de Bernard vid. 1649. 2. Maria Ludovica de Rochechouart, Ludovici Dn. de la Broſſe f. 1653.*

Jacobus, *Eq. Melit.* cr. 1628. *Geneſvieva, monia*

2. Ludovicus de Courtenay Dn. de Changy.

2. Aloiſia Maria de Court.

2. Maria de Court,

Carolus *Baſtardus* de Courte Nancæi è *Ludovica Vaubec*

GIÆ TAB. XXII.

CONCHES & CHAMPIGNELLES ex ea prognati recenſentur.

ourtenay F. DN. DE CHAMPIGNELLES, de Chateau-
iarius Franciæ, †a. 1239. *Mathildi, Philippi Dn. de Mehun*

Johañes de Court. *Archiepiſc. Remorum* el. 1264. †20. Aug. 1271.

Wilhelmus de Court. Dn. de Champignelles, Nonancourt la Ferté-la Loupiere &c. *1 Margarita, Johannis I.C. Burgund. & Cabilon. f. Henrici de Brienne Dn. de Veniſy vid. 1252. 2. Agnes de Tocy, Anſerici Dn. de Baſerne f. Wilhelmi de Culent vid.*

Mathildis nup. Ludovico I C. de Sancerre.

Iſabella ux. 1. Reginaldi de Montfaulcon. 2. Johannis I.C. Burg. & Cabilon.

1. Johannes de Court. I. Dn. de Champignelles &c. † 1318. *Johanna de Sancerre, Stephani II. Dn. de S. Briçon. f.*

1. Petrus de Court. †'27.

1. *Iſabella uxor ſecunda* Wilhelmi de Bourb. I. Dn. de Beçay.

1. *Margarita, nup.* 1 N. de Soreſticto d'Eſtrée. 2. Reginaldo de Trie C. de Dammarrin.

Philippus de Court. Dn. de la Forté Loupiere. 1. *Margarita d'Arrablay. 2. incomperta.*

Stephanus de Court. *Præpoſ. Eccleſ. Remenſis*, poſt el. *in Archiep.* ſed ante confirmationem Papalem mortuus 2. Nov. 1352.

Petrus de Court. Dn. d'Autry. *Margarita de la Louptiere.*

2. Johañes Dn. de la Ferté Loup. 1. *Petronella de Manchecourt Dn. de Trezeau. 2. Anna de Valery Dn. de Tannerre.*

Johanna nup. Scævolæ de Bruillart Dn. de Courſaut.

Margarita Dn. d'Autry nup. Johanni de Beaumont Dn. de Coudray.

Iſabella nup. 1. Wilhelmo de Roigny 1361. 2. Petro de la Tour.

Johanna moniali.

Anna monialis.

Johannes II. Dn. de la Ferté, Loupiere. Ux. *incomperta.*

2. Margarita David, Henrici ..., duos ſuſcepit.

Johanna de Courtenay nup. Gnidoni de Cournoy Dn. de Bonnelle.

Michaelis de Courtenay nup. Michaeleo Bourdin Armigero.

Laurentia, notha, nup. Ludovico Renard Dn. du Cheſne.

Leo de Court. †'...

Eſmeus de Courtenay.

Franciſca de Court. nup. Bertrando de Vores, Dn. de Malesherbes 1563.

Lucretia de Court. nup. Ludovico d'Orleans, Dn. de Foiſſeau 1574.

Margarita de Court. uxor, Maximiliani de Salazart Dn. de Vendeurres.

Johanna de Court. nup. Paulo de Coſte Dn. de Champ feſtu.

Joſephus, *Eq. Melit.* cr. 1603.

Claudia nup. Carolo de Loron Eq. Bar. de Limanton. 1605.

Agnes, monialis.

Maria, monialis.

Joſephus Dn. de Montcelart & Moulaines. *Dn. de la Mothe f. 1646.*

Catharina Guyon, Georgii

Leonora, monialis.

Angelica, monialis.

...nay dictus de Mongelou, natus ...*rtia.*

Johañes Maria de Court. Dn. de Montcelart.

Catharina de Court.

Anna de Court.

AD TAB. XXII.

ROBERTUS CHAMPIGNOLII DN. *scuto Curtenacensi*, quo æque ac fratres sui uti cœpit, ad *distinctionem* à linea primogenita addidit *fasciolam cæruleam quinque segmentorum*. Fortitudinem fidémque suam Regibus *Philippo Augusto* & *Ludovico VIII.* egregiis documentis probavit, hócque meritorum suorum præmium tulit, ut à priore dynastiis *Conchis* & *Nonancourt*, ab altero verò dignitate *Butiliarii* sive *Pincernæ Franciæ* augeretur. Mortem obiit in Palæstina, quò aliquo religionis impetu, seculis illis familiari, concitatus, ad pellendos inde Saracenos, Theobaldum Regem Navarræ multósque Galliæ Proceres secutus fuerat.

PETRUS DN. DE CONCHES expeditioni Regis *Ludovici IX.* adversus Infideles, prælioque eum istis a. 1250. d. 8. Febr. ad *Masoram* in Ægypto commisso interfuit, neque ita multò post vita in illis oris excessit.

RUDOLPHUS ab uxoris suæ matre *Petronella Comitissa de Bigorre*, dimidiam hujus Comitatus partem dotis loco accepit. Cum Carolum Andinum, ad occupandum regnum Neapolitanum profectum, comitatus esset, fortémque ei operam navasset, donatus ab eodem fuit a. 1269 Comitatu *Chieti*, ab oppido primario Aprutii citerioris sic appellato.

WILHELMUS ad vitam Ecclesiasticam destinatus, postquam *Philippi* fratris sui hæreditatem ex substitutione paterna crevit, breviarium cum gladio commutavit, utque familiam, quam formellis tantum fratres sui auxerant, propagaret, uxorem duxit. Expeditioni postremæ *Ludovici IX.* in Africam ipse quoque interfuit, nec minus filio ejus ac successori *Philippo Audaci* fortem in bello adversus Alphonsum X. R. Castiliæ operam præstitit. Vitam ante a. 1280 amisit.

In JOHANNE I. DN. DE CHAMPIGNELLES explicit descriptio stirpis Curtenacensis, quam *Sammarthani* in Historia domus Regiæ exhibuere; non quod hi stirpem istam in illo exaruisse persuasi essent, sed quia hic subsistere, foliúmque jam impressum, in quo memoraverant, à *Wilhelmo Johannis patre, Dominos de Champignelles & de Bleneau* superstites descendisse, supprimere jussi à Regio Causarum Patrono, fuerunt; quemadmodum è declaratione à prædictis auctoribus hac de re edita *Buchetus* (*Lib. 2. c. 3.*) fidem facit.

JOHANNI IV. dissipationes ditionum suarum, quas amplas ex hæreditate parentum, & cum uxore secunda perceperat, cognomentum *Johannis sine terra* pepererunt. Dominia *Champignelles* & *S. Maurice* Jacobo Cœur Argentario Regio, Baronatum autem *S. Bricon* Johanni Juvenali Ursino Archiepiscopo Remorum vendidit, alia aliis, multa etiam in Johannem Colignium, Catharinæ Saligniæ sororis suæ uterinæ filium transtulit, ita ut fundis non minus quàm liberis legitimis orbus ad plures se penetraret.

AD

AD TAB. XXIII.

JOHANNES cum dominio *Bleneau* è paterna successione ad se delato, aliquas ex avitis dinionibus rursus junxit: *Champignolium* enim jure retractus recuperavit, postquam ille, cui à fratris ipsius filio (ceu ad *tab. superiorem* dictum) divenditum id fuerat, peculatus damnatus est. Dominium quoque *Fertè-Loupiere à Johanne II.* filiabus & generis redemit.

Postquàm FRANCISCUS & EDMUNDUS *Curtenæi* fratres relicta vita privata in qua majores eorum diu oblituerant, aulicam sectari, egregiisque factis magis magisque se extollere cœpere, ita ut posterior Ivodio, quod oppidum in confinio Campaniæ & Lucemburgici Ducatus situm est, in cujus obsidione fortiter (teste *Thuano Hist. l. 10.*) se gesserat, à Rege Henrico II. a. 1552 præficerentur; prior autem dignus ab eodem reputaretur, quem moderatore pueritiæ juventæque sobolis suæ, in spem regni natæ, constituerer; nata est deinceps filiis *Francisci* occasio, qua generis nataliumque suorum decus ac dignitatem è tenebris extraherent, lucique publicæ exponerent. Nimirum cùm auctoritate superiorum cuidam datum esset negotium, ut familiatum nobilium titulos originésque inspiceret & examinaret, isque ab EDMUNDO *Curtenæo* etiam, *Casparù*, qui tum caput familiæ erat, F. *Francisci* N. documenta titulósque nobilitatis suæ exhiberi sibi insolentius postulasset, porro detrectantem regiámque originem, omni probatione majorem, prætendentem, novis mandatis, quæ à Curia subsidiorum (*la Cour des Aides* Gallis audit) dari sibi curavit, urgeret, ferociúsque exagitaret, impatiens contumeliæ GASPAR *Curtenæus* apud Carcellarium Regni, Pomponium Bellievræum, de injuria sibi familiæque suæ illata conquestus est, perfecítque, ut is prædictæ Curiæ factum exprobraret, præciperetque ne amplius negotium *Curtenæi* hoc nomine faceſſerent. Neque verò hic acquiescendum sibi, sed ulterius ea occasione utendum esse ratus est *Casparus*, consiliáque cum fratre JOHANNE SALLENSI, nec non cum agnatis *Cevillanensibus* JACOBO, RENATO & JOHANNE contulit. Ergò conjunctim libellum supplicem Regi *Henrico IV* sub initium a. 1603 obtulere, obsecrantes, post narrata causæ suæ merita, ut pro satis è Regia stirpe agnoscerentur, atque in dignitatem & prærogativam, quibus Regii sanguinis Principes gaudere solent, restituerentur. Acceptavit quidem Rex libellum hunc, aliósque eodem nomine subindè sibi exhibitos, sed nullo supplicum emolumento, eludentibus omnes istorum conatus malevolis, quorum chorum Procurator Generalis ducebat, Regísque animum præoccupantibus. Itaque cum frustra se niti, neque aliud sè fatigando nisi novas inimicorum injurias quærere videtent, post iteratam protestationem de excellentia & jure natalium suorum scripto editam, è Gallia in Belgium partim, partim in Angliam secessere, ubi Jacobum Britanniæ Regem permoverunt, ut is causæ suæ patrocinium susciperet, datisque ad *Ludovicum* XIII Regem nec non Reginam regentem literis jura ipsorum de meliore nota utrique commendaret. Accessit præterea Henrici Pr. Condæi favor; is enim post facta Regis Henrici in Galliam tenturus EDMUNDO *Curtenæo*, in Belgio obviam sibi facto, amorem studiáque sua pollicitus, posteà curavit, ut cum a. 1616 suo fœderatorúmque nomine cum Rege auláque *Loduni* transigeret, hic etiam articulus (referente *Gramondo Hist. lib. 2.*) pacis capitibus insereretur: *Curtenæorum illustri familiæ, quæ se Regia Gallorum stirpe commendat, consulendum, ut natalibus restituatur per temporis lapsum obliteratis.* Verùm enim verò quemadmodum nec ullum commendationis Anglicæ emolumentum *Curtenæi* viderunt, ita & illa, quam è Condæi favore conceperant, spes ipsiusmet captivitate, quæ pacem Lodunensem brevi intervallo ob novas, quas aulæ præbuit, diffidentiæ causas excepit, subversa fuit. Redierunt illi denique in Galliam, jus suum denuò omni cura ac contentione persecuturi, sed mox senserunt, nondum detumuisse odia inimicorum, inprimis Procuratoris generalis: is enim non satis habuit interdixisse Notariis, ne in actis suis titulum Principum Regii sanguinis *Curtenæis* tribuerent, sed Historiographis etiam Regiis, fratribus *Sammarthanis*, (ceu jam dictum est) injunxit, ne illorum è regia stirpe derivationem in opere suo recenserent. De his injuriis gravitet quidem iterum iterumque in aula conquesti sunt, *Curtenæi*, sed nullo alio fructu, quàm quod Regem non infestum sibi adeò, nec justitiæ causæ suæ insciam esse, spem aliquam ex illius silentio hauserint; eainterim fretiaxioma *Principum sanguinis regii* publicè privatímque sibi sumunt, & symbolo *Curtenacensi* illud, quo *Petrum de Francia* stirpis suæ fatorem usum fuisse dictum est, *regium* scilicet *Francicum limbo rubeo dentibus asperato distinctum*, in scutis suis *quadripartitim* jungunt, quemadmodum hæc aliaque ubertim *Buchetus* in Opere superius citato memoravit.

FAMILIÆ REG

Qui

LINEA CURTENACENS

JOHANNES DE COURTENAY, Petri Dn. de villon, de Champignelles, de la Ferté Loupier f. 1424.

Johannes II, Dn. de Bleneau, † 1480. *Margarita de Boucart, Lanceloti Dn. de Blancafort. f. 1457.*

Agnes, nup. Johanni Dn. de S. Pierre.

Wilhelmus Dn. de Croquetaine, *Antonia des Marquets.*

Isabella, nup. Johanni de Fors Dn. de S. Martin.

Johannes III. Dn. de Bleneau. † 7. Jan. 1511. 1. *Catharina, Philippi Dn. de Bourlaix-villiers f.* 2. *Magdalena de Bar. Roberti Dn. de Bauffy f. 1494. † 25 Aug. 1516.*

Margarita, monialis.

Aloisa, nup. Claudio de Champigny Dn. de Briare.

Catharina, nup. Johanni de Longueau Dn. d' Eſcrignelles.

Antonia, nup. N. de Vielliers.

Carola, nup. N. de Autray.

Claudia d'Ancenville, Claudii Dn. Villiers f.

Hector Dn. de la Ferte Loupiere.

Catharina, nup. 1. Johanni de Marins Dn. de l' Eſchelle. 2. Juliano de Conde Dn. de Boulages. 3. Nicolao de la Croix Vicc. de Semoine.

Maria, nup. Johanni de Sailly Dn. de Hirtanes.

Barbara, nup. Philippo de S. Phale Dn. de Thou.

Johanna, nup. Wilhelmo de S. Phale Dn. de Nevilly. 2. Titio de Chaſtelnau. 3. Francisco de Verneuil Dn. de St. Eſtin.

Philippus † 1511.

Renatus Dn. de la Ferté Loup. occ. in obſid. Bituric. 1562. *Anna de la Magdelaine Girardi Dn. de Raigny f.*

1. *Antonia, nup.* Francisco Dn. de Monceau 1544.

2. Johannes *Eq. Hieroſol.*

2. Edmundus Dn. de Villar. † ... *Vaudelina de Nice.*

2. Philippus *Abbas de Loroy.*

2. Franciscus Dn. de Bleneau † 1561. 1. *Margarita de la Barre, Johannis C. Stamparum f. 1527. 2. Helenæ de Quinquet, Wilhelmi Dn. de Montfaut. f. 1547.*

1. *Margarita, obiit a. 1579. juvenis.*

1. *Franciſca nup.* Antonio Dn. de Lignieres 1566.

Carolus † 97.

O. Jeeg Dn. de Parcviel. † ...

2. Gaſpar Dn. de Bleneau † 15. Jan. 1609. 1. *Edmundæ du Cheſnay, Johannis Dn. de Neufvy f. 1571. 2. Aloiſiæ d'Orleans, Ludovici Dn. de Rere f.*

Johannes Dn. de Salles. *Magdalenæ d' Orleans, Johannis Dn. de Rere f.*

Maria Eliſabetha nup. Francisco de Loron B. de Limanton.

Suſanna nup. Joachimo de Chaſtenay Dn. de Villars.

Thoigny.

1. Franciſcus Dn. de Neufvy † in Ungaria.

1. Edmundus Dn. de Bleneau. † 1640. m. Sept. *Catharina du Sart, Adriani Dn. de Ville-ſaint-Jacques f.*

1. Johanna monialis. † 1638.

1. Edmunda monialis. † 1641.

1. Claudia nup. Antonio de Brenne Dn. de Bombon.

1. Gaſpara nup. 1. Claudio Dn. de Rigny. 2. Jacobo de Boſſu Dn. de Longueval.

Gaſpar de Courtenay II. Dn. de Bleneau † a. 1655. absque prole legitima, inſtituto hærede agnato Ludovico. Ux. *Magdalena de Durfort, C. de Chatillon, Godofredi Dn. de Ciurac. f. 1633.*

Iſabella Angelica Prioriſſa monaſterii S. Dominici in Montargü.

Ludovicus Carolus Pr. de Courten. C. de Ceſy &c. n. 25. Maii 1640. *Maria de Lamet Domicella de Buſſi, ducta 9. Januar. 1669. † m. Jun. 1676.*

Gaſpar *Baſtardus* de Courtenay, Dn. du Coudray.

GIÆ TAB. *XXIII.*

NIS SUPERSTES exhibetur.

Champignelles F.DN. DE BLENEAU, de Villar, de Che- &c. †1460. *Catharina de l' Hospital, Francisci Dn. de Choisy*

Petrus Dn. de la Ferté-Loupiere. † 1504. *Petrina, Vincentii Dn. de la Roche f. 1471.*

Reginaldus † *ao.*

Catharina † *innupt.*

Carolus Dn. d'Arrablay. † 1488. *Johanna de Chery.*

Johanna, nup. Johanni de Guarchy Eq. Dn. de Blagnay.

Franciscus Dn. d'Arrablay. *Franciscus de Menipeny, Alexandri Dn. de Conversans f.*

Gilberta Dowine, d' Arrablay nup. Francisca de Chamugny Dn. de Brize, qui ob. a. 1577.

Blanca nup. Marco de Matalan Eq. Scoto.

Ludovicus Dn. de Bonin † 24. Sept. 1540. *Carola de Mesnil-Simon, Ludovici Dn. de Maurepas f. 1522.*

Edmundus, *Clericus.*

Petrus Dn. de Martroy † *ao.*

Carolus Dn. de Bonnetin. † *ao.* 1514

Johannes Dn. de Chevillon & Frauville † 24. Maji 1534. *Lupa de Chastier, Wilhelmi Dn. de Moulins f. 1513.*

Edmunda, nup. Wilhelmo de Quin-

Francisca Dn. de Bonnin. *Aloisia de Jaucourt, Johannis Dn. de Villarnoux f.*

Claudius, *Eq. Hierosol.*

Lupus Dn. de Beaulieu, † *ao.*

Barbara † *innupta.*

Johanna, nup. Francisca de Rochefort Dn. de Chars.

Martha, nup. Mario de Giverlay Dn. de Chastres.

Wilhelmus Dn. de Cherillon. † 1592. *Margarita Fretel Ludovici Dn. de Beaumbasches f.*

Maria nup. Johanni de Sailly Dn. de Gastines.

Jacobus Dn. de Chevillon. † in inf. Cypro a. 1557. *ep.*

Anna Dominæ de Bontin, nup. Maximiliano de Bethune, M. de Rosny, post Duc de Sully. 1583 † m. Jun. 1589.

Francisca, nup. Guidoni de Bethune Dn. de Marcuil. † *sterilis.*

Catharina, nup. Edmundo Dn. de Chery. 1597. Johannes II. Dn. de Chevillon, Frauville & Briant. obiit 4. Februar. 1639. *Magdalena de Marle, Hieronymi Dn. de Versigny f. Claudii de Faulx Dn. de Pouilly vidua.* 1589.

Renatus, *Abbas de Jumiges.*

Jacobus Dn. de Chevillon. † *ep.* 8. Jan. 1617. Franciscus † *ep.* an- ce patrem.

Magdalena nup. Ja-

Jacobus. † *ao.*

Magdalena † *innupta.*

Ludovicus PRINCEPS DE COURTENAY, Dn. de Chevillon & Bleneau, n. 25. Aug. 1610 †. *Lucretia Christina de Harley, Philippi C. de Cesy f. & her. 1638.* †

Robertus, *Abbas ap. B. Virg. des Eschaalis.*

Magdalena.

Amicia nup. Jacobo de Belloy, Dn. de Castillon.

Gabrielis Carola n. 22. Mart. 1639. † *12. Jul. 1652.*

Christina, n. 15 Jun. 1641.

Lucretia, n. 12. Jul. 1643.

Roger 9 de Court. *Comes S. Johannis Lugd. Abbas des Eschaalis.* n. 29. Maji 1646.

Elisabetha n. 29. Oct. 1647.

Joh. Armand 9 de Court. n. 7. Maii 1652. *Eq. Melit.* † in obsid. Camerac. m. Mart. 1677.

AD TAB. XXIV.

IOHANNES *Dunensis Comes* vitium natalium suorum egregiis virtutibus pensavit, omniaque incrementa, quæ amplissima consecutus est, sibi debuit. Vix sanè inter omnes, quotquot unquam Gallia habuit, Heroas reperies, quem pronius omnis ætatis scriptores impensis verbis celebrarint, & exquisitis laudibus cumularint; neque id immeritò: ejus enim fidei ac fortitudini debet Gallia, quod infelici illo & tot cladibus ac malis insigni ævo, quo regnavit *Carolus VI*, & moriens regnum filio suo *cognomini* tradidit, non victa penitus & subacta ab Anglis fuit. Ille imminentem patriæ servitutem suo consilio, suáque virtute averruncavit, ille servata Aurelianensi urbe, summa vi ab hostibus oppugnata, animos popularium suorum desperatione torpentes exsuscitavit, & alacriores ad rem gerendam fecit, ille denique excelsissimis de Anglis partis victoriis regnum *Carolo VII.* restituit, illosque adeò perculit, ut naves relegerent, cupiditatique subjugandi Galliam renunciarent. Hinc *Johannem*, non minus atque Aurelianensem puellam, quæ incertum quo instinctu, arma sagumque induta plurimum momenti Gallorum succesibus attulit, quasi de cœlo delapsum accepisse contuebantur. Hæc præclara fortissimi viri de se regnique merita Rex *Carolus* VII condignis remunerari beneficiis studuit: neque enim solum *Johannem* omni *natalium jure* donavit, *nomen, arma, omniaque insignia, quæ sanguinis Regii Principibus conveniunt* ei communicavit, sed & *Locumtenentem* suum *Generalem* eundem constituit, atque ad munus *Magni Galliæ Cubicularii* evexit, ut, ceu *Thuanus (Hist. Lib. 27.)* memorat, quoniam ob natalium defectum à regni successione excludebatur, præcipuum gratiæ & auctoritatis gradum ipse posteritasque ejus in aula retineret, atque hanc dignitatem posteri ejus CXX amplius annos hæreditario jure tenuerunt. Præterea opibus ac additionibus illum auxit, nimirum dominio *Vaubannois* in Delphinatu, & Comitatu *Longueville* in Nortmannia; accessere his è Caroli D. Aurelianensis fratris sui liberalitate & gratitudine, ob servatum ipsi apanagium aliáque officia præstita, primò Comitatus *Porcensus*, posteà cum hunc is repetiisset, *Perigordensis* & *Virtutensis*, denique horum loco *Dunensis*, cum Vicecomitatu *Chasteaudun* aliisque locis. Porrò cum uxori suæ secundæ nonnihil juris in dominia *Parthenay, Vovant, Mervant, Secondigny* aliaque in Pictavis sita competerent, illa quoque post mortem Arturi Comestabilis de Richemond beneficio Regis obtinuit; eadémque cum posteà à Rege *Ludovico* XI, eò quod consiliis Principum quibellum *bonipublici* nomen adeptum adversus ipsum moliti erant, participasset, ipsi erepta fuissent, cognita consiliorum suorum rectitudine, denuò recepit. Decessit tandem gravis *(Cominæi* elogio) annis, honoribus & opibus, egregia nominis fama, summáque omnium existimatione. Usus est *scuto Aurelianensi*, sed *bacillo argenteo inter lilia distincto*, idque ad posteros transmisit.

FRANCISCUS C. LONGAVILLEI Comitatum *Tancarville* in Nortmannia ex hæreditate matruelis suæ *Johannæ Harcurtiæ*, quæ Renato II Duci Lotharingiæ nupta fuerat, sed improlis decesserat, percepit. Idem auctor & pararius nuptiarum *Annæ Ducissæ Britanniæ* cum Rege *Carolo* VIII. fuisse, eóque reditum sibi in aulam, qua diu, invisus Regibus *Ludovico XI*, ipsique *Carolo*, quod Britanniæ Ducis partes acerrimè tuitus esset, exulaverat, conciliasse memoratur.

FRANCISCUS II. C. LONGAVILLEI forti ac fideli opera Regibus *Carolo VIII.* & *Ludovico XII.* in expeditionibus Italicis præstita meruit, ut a. 1505. Comitatus *Longavilleus* in *Ducatum* erigeretur, ipseque *Dux* saluaretur.

LUDOVICUS I. D. LONGAVILLEUS dum Anglis in Picardiam a. 1513. erumpentibus se objicit, rementate suorum cladem passus est: inciditque in captivitatem, in qua quidem, abductus in Angliam, ea dexteritate usus est, ut pacem inter utrumque Regem Henricum VIII nimirum & Ludovicum XII, huicque nuptias Mariæ Anglæ quæ prioris soror erat, conciliaret; quemadmodum

dum & Rex Ludovicus ipsi non ita multo ante *Johannæ, è Badensi,* in Germania stirpe prognatæ, & opulentæ hæredis, nuptias paraverat. Ab hac autem jus ortum est, quod in *Arausionensem* Principatum *Longavillei* data occasione subinde sibi quæ situm iverunt: videlicet erat *Johannæ* avia paterna *Margarita Vienensis, Wilhelmi de Vienne Dn. de S. Georges* filia, nata ex *Adelheide Cabillonia;* quæ parentes habebat *Johannem Cabillonium Dn. de Arlay* & *Mariam Bauscam, Principatus Arausionensis hæredem:* hi per testamentum a. 1417. conditum bonorum suorum omnium hæredem scripserunt filium suum primogenitum *Ludovicum Cabillonium,* eique si posteritatem ipsius masculam intercedere contingeret, substituerunt fratres ejus *Hugonem* & *Johannem,* horúmque posteros successivè, casu verò quo & istorum virilis progenies deficeret, *Adelheidin* filiam suam ejúsque natos, qui ab his nascerentur, in illorum locum ad adeundam hæreditatem surrogarunt, quemadmodum *Ægydius de la Roque in Hist. famil. Harcurt. T. I. p. 734.* tradit.

HELIONORO DUCI LONGAVILLÆ Rex *Carolus IX.* ob summa de se regnoque in bellis Belgico & civili merita novo Diplomate a. 1571. confirmavit omnem dignationem ac prærogativam, *Johanni* abavo ipsius à *Carolo* VII concessam, & declaravit, reputare se *Longavilleum* pro agnato suo ac *Principe sanguinis,* velleque ut liberi ejus ac successores in recta linea eodem censu perpetuò habeantur, & tanquam prognati è domo Aurelianensi observentur, utque passim *proximum à Principibus Regii sanguinis locum* occupent. Verùm à munere *magni Camerarii,* quod majores ejus CXX amplius annos tenuerant, depulsus est ambitione Guisiorum, qui id à Francisco *Helionori* patruele ad se transtulerunt, & refert *Thuanus (Hist. Lib. 27.)* cùm prædicti Regis inauguratio instaret, petiisse per literas *Jacobam Roanam, Rotelini Marchionis* viduam, ut *Helionorus Longavillæ Dux* filius *magni Camerarii* munere in solemnitate illa defungeretur: Guisium autem veritum, ne Longavilleo dignitatis, quam præter jus ademptam sibi querebatur, reposcendæ ac retinendæ occasio præberetur, sic *Rotelinæ* rescripsisse, ut neque ei petitam gratiam denegaret, neque ita concederet, ut ex eo sibi jus in ea dignitate Longavillani in posterum arrogare possent: nam conditionem adjectam fuisse, ut Longavillanus Guisii loco magnum Cubicularium ageret; quod non solùm ille recusaverit, verùm ob id alienior fuerit à Guisii filiæ Mariæ conjugio, de quo *Rotelina* parens verita, ne sibi Protestantibus adhærenti ob religionis causam periculum crearetur, dum filius nuper apud hostes esset, spem fecerat, ac postremò spem illam omninò evanuisse. Ad ampliores scilicet nuptias animum posteà adjecit *Helionorus,* fœminámque non Regio solum sanguine cretam, sed & opulentam, utpote Ducatus d' *Estouteville* & Comitatus *Fani Pauli* hæredem, penatibus suis induxit. Vitam in flore ætatis amisit, postobsidionem primam Rupellanam. *Blæsis* in itinere ex contage tunc popularitet serpente.

HENRICUS I. LONGAVILLÆUS egregium fortitudinis documentum in *pugna Silvanectensi* a. 1589 edidit, ea enim plus minus quatuor hominum millibus Aumalium duodecim millia ducentem profligavit, & Silvanectum Regi *Henrico III.* servavit; nec minus strenuam operam hujus successori *Henrico IV.* navavit, meruitque ut in dignitatem *Magni Camerarii* ab ipso a. 1594 restitueretur; qua quidem haud diu gavisus est, utpote sequenti anno miserabili casu *Durlanii* extinctus, cum festa salutatione à præsidiariis exciperetur, ictu scloppeti in cervice accepto: Auctor *Historiæ amorum Regis Henrici IV* non temerè id contigisse, sed potentem aliquam feminam, *Gabriellem* scilicet *Estræam,* cædis hujus machinatricem fuisse refert.

FRANCISCO C. FANI PAULI Rex post fratris ejus mortem Picardiæ præfecturam, quam is gesserat, commisit; eam ille administravit, donec fratris filius adolevit, postèa Aurelianensem, & denique Turonensem obtinuit. In inauguratione pariter & exequiis *Henrici Magni* munere *Magni Magistri Franciæ* functus est, cum fide sua promeruisset, ut a. 1608. Marchionatus *Fronsac* in Aquitania, uxorio jure ad ipsum delatus in *Ducatum* & *Pariatum* erigeretur.

HENRICUS II. D. LONGAVILLÆUS majorum virtutis, ut & ditionum hæres Picardiam primùm, postèa cùm hanc jussu Regis Luynæo in gratiis cessisset, Nortmanniam rexit, multis per Lotharingiam, Burgundiam, Italiam & Germaniam etiam expeditionibus victoriisque claruit, ad expugnationem Brisaci plurimum momenti attulit, idque nec non exercitum Vinariensem, defuncto Duce Bernardo, ad obsequium Galliæ, sua inprimis dexteritate, traduxit; inde post diuturna bella missus cum summa potestate *Legatus ad tractatus pacis Monasterii* institutos, ibidemque insigni Gallorum emolumento tandem conclusos, togatæ etiam prudentiæ documenta dedit. Fuerunt tamen eidem inter tot præclaras virtutes etiam nævi sui: *erat* quippe (si *Priolo,* cujus verba refero, fides) *ut impiger, ita factiosus, avidus potentiæ, honoris; putabat qui nulla re nisi quiete indigebat, sibi indecorum, turbidis temporibus, quales sapiuscule sua ætate fuere, nihil lucrari, & adignem accensum non calescere; hinc nulla factiooborta, cui non admixtus: vix tamen intravit, cum pedem retrahit, quem aptabat mille calceis. Ejer atùs prioribus amicitiis novis se applicabat, dummodo spes melior. Cupidus lucri dotes animi technis futilibus corrumpebat. Certè carcerù molestia,* quam una cum Condæo ac Contio Principibus a. 1650. in Castro Vincennensi subiit, *longè ab eo fuisset, nisi versipellis & neutri parti fidus, utramque devincire aut eludere paratus esset.*

FAMILIÆ REG

DUCES DE LONGUEVILLE, MARCHIONES DE

JOHANNES D' ORLEANS, Ludovici de Francia D
Dn. de Feugneulles gnatus, quæ Auberto le Flamant Dn.
DUNOIS & DE LONGUEVILLE, n. a 14
Secretorum Caroli VII. Regis arbitrif. 2. Maria de Harc

2. Maria, nupta Ludovico de la Haye Dn. de Passavant.

2. Franciscus I. C. de Dunois, Longueville & Tancarvil
f. 1466. † 17. Mart. 1508.

Franciscus II. DUX de Longueville. C. de Dunois, Tancarville, &c. Comestabilis Hæreditarius Nortmanniæ. † 1512. *Francisca, Renati D. Alenzonii f. 1505.*

Ludovicus I. Dux de Longueville
de Hochberg, Dn. de Neufchastel &

Renata C. de Dunois, n. 1508. † 3. Maji 1515.

Claudius D. de Longaville, n. 1509. † 1525.

Ludovicus II. Dux de Longuev. † m. Jun. 1537. *Maria Lothar. Claudii D. Guisii f. 4. Aug. 1534.*

Claudius *Bastardus* de Longueville. *Maria de la Boissiere.*

Franciscus III. Dux de Longav. n. 30. Oct. 1535. † 22. Sept. 1551.

Ludovicus, posthumus, n. 4. Aug. 1537. † inf.

Helionorus Dux Longu
Tancarville, M. de Ro
Borbonia, Francisci C.
& h. 1563.

Jacobina, nup. Petro de Brisay, Dn. de Denonville.

Carolus. Carolus, Heliodorus obiit inf.

Henric' II. D. de Lon
gav. & Estoutev. † m. Apr. 1595. *Catharina Gonzaga, Ludovici D. Nivern. f. 27. Febr. 1588.*

Catharina, Monialis.

Franciscus C. de S. PAUL D. de FRONSAC. † 7. Oct. 1631. *Anna de Cuumont, Godofredi M. de Fronsac f. Johannis d' Escars, Pr. de Carency vid. 1595.*

Antonia nup. C
dy, M. de Bich
riti mortua s
censis.

Henricus II. Dux de Longuev. & Estoutev. Pr. Supremus de Neufchastel, C. de S. Paul, de Dunois, Chaumont, Tancarville, & Colomiers, Comestabilis & Camerarius hæreditarius Nortmanniæ. n. 7. Apr. 1595. † 11. Maji 1663. *1. Aloisia Borbonia, Caroli C. Suession. f. 30. Apr. 1617. 2. Anna Borbonia, Henrici Pr. Condæi f. 2. Jun. 1642.*

Helionorus Dux de Fronsa
n. 1605. occ. in obsid. Mo
tis pessulani 2. Sept. 162

1. Filius n. 21. Jun. 1626. † 8. Jun. 1628.

1. Filius n. & † m. Jan. 1634.

1. Maria, n. 5. Mart. 1635. nup. Henrico Sabaudo D. Nemorof. & Aumal. 22. Maji 1657.

2. Carola n. & † a. 1644.

2. Joh. Ludovicus Carolus Dux de Longueville n. 12. Jan. 1646.

2. Carol Paris Ch
& per cessionem
Dux de Long
Jan. 1649. oc
num 16. Jun
27.

Ludovicus d' Orleans, *nothus*, na
Sept. 1672. dictus *Eques de Lon*

GIÆ TAB. XXIV.

ROTELIN, ex domo AURELIANENSI orti, exhibentur.

cis Aurelianensis filius *naturalis, è Maria d'Enghien, Jacobi le Canny & Varennes nupta fuerat*, susceptus, COMES DE 2. † 2. 1470. Ux. 1. *Maria Johannis Louvet, Dn. de Thais, ont, Jacobi C. de Tancarville f. 26. Oct. 1439.*

n, 1447. † 25. Nov. 1491. *Agnes, Ludovici D. Sabaudiæ* | 2. *Catharina, nup.* Johanni de Sarebruche C. de Rousſi. † 1497.

† 1516. *Johanna, Philippi M. otelin f. & h.* 1504. | Johannes d'Orleans-Longueville, n. 1484. *Archiep. Toloſanus 1515. Epiſc. Aurelianenſis 1521. S. Rom. Eccl. Cardinalis cr. à* Clemente VII Papa a. 1533. † 1534.

Carola. nup. Philippo Sabaudo D. de Nemours 1528. † 8. Sept. 1549. | Franciſcus M. de Rotelin, C. de Neuf-Chaſtel, † 25. Oct. 1548. *Johanna de Rohan, Caroli Dn. de Gié f. 1536.*

v. C. de Neufchaſtel, Dunois, otelin n. 1542. † 1573. *Maria de S. Paul, D. d'Eſtouteville f.* | *Franciſca, poſthuma, uxor ſecunda* Ludovici Borb. Pr. Condæi ducta 1565. † m. Jun. 1601. | Franciſcus d'Orleans, *nothus*, M. DE ROTELIN, B. de Varenquebec † 1600. *Johanna du Val, Germani Dn. de Marueil f.*

Carolo de Gonsle, *& poſt monialis Folia-* | *Margarita monialis † 13. Septemb. 1615.* | *Eleonora, nup.* Carolo de Matignon, C. de Thorigny 1596 | Henricus M. de Rotelin. *Catharina, Antonii de Lomenie f. 1628.* | Helionorus. † cœlebs 1628. | *Catharina Mon.* | *Henrica, nup.* Renato M. de Coetquen, C. de Combour.

Marcus Antonius M. de Rotelin n. 1622. † m. Jun. 1644. *Anna de Bauquemare, Caroli Dn. de Bourdeny f. 1643.* | Henricus B. de Neufle, poſt M. de Rotelin. 1. *Maria le Bouteiller Senlis, Caroli M. de Nangis vid.* † 1669. 2. *Henrica de Conflans.* | Franciſcus *Eq. Melitenſis.*

ie S. Paul, m fratris ev. n. 28. ad Rhe- 1672. | *Maria Angelica, filia natur. Abbatiſſa Malbiſſon.* † 17. *Jul.* 1664. | Henricus B. de Hugueville † infans. | 1. Henricus B. de Neufle & Hugueville, n. 13. Apr. 1655. M. de Rotelin. *Franciſca Gabrielis Eleonora de Montault de Benac, Philippi D. de Navailles f.* | 1. *Maria Johanna Catharina, nup.* Maximiliano Franciſco M. de Bethune-Orval, 1684.

alium jure donatus ueville.

HELIONORUS D. FRONSACI, ante annos animum virilem gerens, Regi in expeditione adversus Reformatos comitem se dedit, experimento armorum faciendo, posuitque prima militiæ rudimenta in obsidione Monspelensi, eadémque dura: in acerrima enim eruptione, quam defendendo propugnaculo S. Dionysii obsessi fecere, quáque maxima clades Regiis illata, *Fronsacus* etiam strenuè dimicans, & post vindicatam crebro hostium sanguine necem suam, quadraginta vulneribus confossus cecidit, spiritúmque generosum effudit. *Gramond. Hist. Gall. L. 12.*

JOH. LUDOVICUS LONGAVILLEUS inde à pueris tantum rerum mundanarum contemptum tantúmque è contrà vitæ Ecclesiasticæ amorem præ se tulit, ut grandior factus nec ingentis fortunæ, ad quam natus erat, splendore, nec parentum suorum precibus monitisque detineri se pateretur, quo minus a. 1662. *Jesuitarum* societati, faciendo apud eos asceticæ vitæ tyrocinio, se se applicaret. Licet autem istorum contubernio posteà valedixerit, ad seculi tamen curas reverti noluit, sed post translatum in fratrem minorem natu Principatum *Novocastrensem* in Helvetia, jure *Superioritatis* gaudentem, Romam profectus est, cupiensque initiari sacris, nec tamen annos, quos Canones requirunt, habens, ætatis veniam à Pontifice petiit, quâ impetrata Cal. Dec. a. 1669. *sacerdos* inauguratus est, postridiéque prima vice missam dixit. Inde universo patrimonio suo, & Ducis axiomate, se abdicans id omne in fratrem suum ultrò transtulit, non nisi *Abbatis de Aureliano* titulo postmodum usus.

CAROLUS PARIS C. FANI PAULI axioma *Ducis Longavillæ* a. 1670. d. 24. Febr. post voluntariam fratris sui nati majoris cessionem, de qua modo dictum fuit, adscivit; sed ad breve tempus duraturum: namque hæres fortitudinis avitæ a. 1672. Regi in expeditione adversus Batavos comitem se præbuit, & post famosum illum Rheni apud *Tolhusium* trajectum, dum nimio æstu in paucas hostium cohortes sepimento quodam vallatas rapitur, hisque jam ad deditionem pronis mortem truci clamore minitatur, scloppeta eorundem jam de salute sua desperantium in se convertit, quibus percussus, occubuit, magno suorum luctu. Conjugem nondum duxerat, neque tamen sine copula vixit; sed ex alterius, summi apud Gallos viri, uxore filium genuit, quem in scheda quadam in scriniis ipsius post fata reperta, pro suo agnovit, & luculento legato impertivit. Hunc Rex natalium jure à Parlamento donari non ita multò post jussit, bonorum verò Longavillæ domus curatelam defuncti soror *Maria Nemorosii Ducissa* suscepit, à qua tamen ipsam iterum summotam fuisse a. 1682. m. Jul. accepimus.

FRANCISCUS AUREL. ROTELINUS, filius *nothus* Francisci M. Rotelini, matrem habuit *Franciscam Blosset Domicellam du Plessis pasté, Johannis Dn. de Torcy* filiam, quæ posteà *Johanni de Briqueville Dn. de Coulombieres* nupsit. Illi *Heliorus Dux Longavillæi* frater ejus naturalis a. 1563. Baronatum *Varenquebec* tradidit. *Scutum*, quo ipse posterique ejus uti consuevere, *quadripartitum* est è *Badensi* & *Novocastrensi* symbolis, quorum prius *baltheum rubeum in campo aureo*, alterum *palum coccineum tribus cantheriis argenteis* distinctum *in solo* itidem *aureo* exhibent: media verò scuti pars parmulam, quæ *Aureliano-Longavillæum* σύγμα ostentat, sustinet.

AD

AD TAB. XXV.

CÆSAREM *naturalem* filium Rex *Henricus* IV Principatu *Vindocinensi* cum Paris *Franciæ* titulo donavit instrumento de ea re confecto III Non. April, a. 1598, quod (referente *Th. Hist. L. 120*) in Senatu Parisiensi posteà promulgatum est, conditione addita, ne in exemplum traheretur ad alia patrimonialia bona, quæ regni adeptione lege regni coronæ Francicæ unita intelligebantur: biduo post nuptiales tabulæ inter *Cæsarem* & *Franciscam Ducis Mercuriani & Mariæ Luxemburgicæ filiam* conficiebantur, quibus Rex CLXVI aureorum clo ad luenda bona antiqua, quæ à Vindocinensi Principatu allenata fuerant, certis pensionibus exsolvenda concessit, & insuper CC aureorum clo à Mercuriano & uxore ejus in possessionum emptionem *Cæsaris Franciscæq;* commodo impendenda: insuper hypobolum VIclo aureorum annui reditus constitutum: vicissim *Mercurianus* & *Maria* XVIclo aureorum annui reditus Filiæ in dotem promiserunt ex Pentevriæ familiæ in Armorica bonis & Martigiæ Vicecomitatu, qui in Provincia est, provenientia. His actis fiduciariæ nuptiæ contractæ, & in arce Andegavensi magno Procerum ac Nubilitatis concursu celebratæ, verba faciente Francisco Jousa Cardinali; sed undecimo demum abhinc anno peractæ. Destinata eodem tempore *Cæsari* fuit Præfectura Armoricæ, Mercuriano paulò ante adempta. Post excessum Patris factionibus Primorum adversus aulam ministrosque ut plurimum nomen dedit, proindeque non una vice calamitatem & vincula suo sibi jumento accersivit: *erat* quippe, *Gramondo* teste, *(Hist. Lib. 2) contumax, ferox, suspiciosus, & dum calebat sanguis, ibat in res novas totus natura & studio:* sed quum ad officium rediit, utilis Regi suo fuit, eidemque in bello adversus Reformatos fortem operam navavit, Septimaniæ superioris procuratione propterea ab ipso auctus; quarto tamen post anno, qui seculi XXVIII erat, cum iterum in suspicionem apud aulam venisset, & in cassesdolosè sibi Blesis positos incidisset, Britannica præfectura multandus. Vergentibus demum ad senectutem annis cum longo usu didicisset, quanto magis in rem conducat, amicos habere Supremos Ministros, quam petulanti atque impotenti ferocia iram eorum in se derivare, tranquilla rutaque consilia, turbidis incertisque serio præferre cœpit, gratiamque ac affinitatem Mazarini palam ambivit, utramque etiam unà cum Præfectura maris haud difficulter obtinuit. *Vid. Priol. de reb. Gall. L. 4.* & *Nan. Hist. Ven. T. 11. L. 5.*

ALEXANDER, *Magnus Prior Vindocinensis* sicut natura & moribus eum fratre suo congruebat, ita pariae is odio erga Richelium ardebat, auctumque id apud ipsum est, cùm Cardinalis munus Magni Galliæ Tbalassiarchæ affectaret, in cujus spem vocatus ille fuerat. Hoc autem odio ad sequiora consilia, quæ ipsi & pænè etiam fratri exitium attulere, impelli se passus est: factionis quippe, quæa. 1626 adversus Richelium ciebatur, cuique Dux Aurelianensis Regis frater nomen auctoritatemque commodabat, ipse, prout valebat ingenio non minus quàm audacia, auctor & impulsor fuit; verum re *Chalesis* levitate evulgata cùm *Magno Priori* æque ac cæteris complicibus vincula pararentur, Rex veritus, ne illo capto frater eius Dux Vindocinensis pro immensa qua sese complectebantur charitate turbas in Britannia moveret, dissimulato consilio fallacibus gratiæ incitamentis *Alexandrum* induxit, ut iscitanis equis in Britanniam properaret, fratri tuta omnia ac læta polliceretur huncque reluctantem & Regi diffidentem in aulam, quæ tunc Blesis erat, secum venire compelleret. Venientes, quod nemo sanus putaverat, lautè quidem & benignè in speciem excepti, postridiè verò custodiæ mancipati & Amboisiam primò, posteà ad castrum Vincennense abducti fuere, ubi *Magnus Prior* suo tandem aut alieno fato vitam amisit. Vid. *Gramond. Hist. Gall. L. 16.*

CATHARINA HENRICA *Vindocinensis Ellebovii Ducissa* in Historia causarum forensium (*Les Plaidoyes P. II. pl. 21 & seqq.*) *Antonii le Maistre* legitur fratri suo Duci Vindocinensi de hæreditate materna litem a. 1651 intendisse, illamq; sibi soli vindicare contendisse, advocans in prætensionis suæ præsidium discrimen quod inter utriusque nativitatem intercesserit; se quippe aiebat natam esse post dissolutum matris suæ *Ducissæ de Beaufort* cum *Liancurio*, ob hujus impotentiam, matrimonium, seseque adeò illorum liberorum, quos *purè naturales* leges vocant, nomine censendam esse, cùm econtra *Dux Vindocinensis* frater ipsius ante divortium illudgenitus fuisset, eàque propter *adulterinis* liberis annumerandus esset. Verùm non admissa fuit ad actionem Ellebovia, sed explosa à Curia Parisiensi ejus petitio & rejecta est.

HENRICUS *Dux Vernulii* initiò *Gasto de Foix* dictus fuisse perhibetur; priorem maximam que vitæ suæ partem insulatus transegit, præter complures enim *Abbatias*, utpote *Vaux de Bernay, Bonport, Tyron, S. Germain des Prez, Orcamp, la Valasse, & S. Taurin d' Evreux*, etiam *Episcopatum Metensem*, quem post mortem Annatis d' Escars Cardinalis de Givry a. 1612 obtinuerat, longo annorum

FAMILIÆ RE

Qu

LIBERI NATURALES REGUM HEN

HENRICUS IV. cogn. Magnus, REX GALLIÆ & N
buit, è quibus prolem à se agniram, & jure na
Ducissa de Beaufort, Marchionissa de Monceaux, Johan
merval, Dn. de Liancour. † 10. Apr. a. 1599. Secunda
d'Entragues fil. † a. 1633. Tertia, *Jacobina de Bueil-*
ta denique *Carola des Essars, Domina de Romorantin,*

1. Cæsar D. DE VENDOME, d'Estampes & de Beaufort, Par. Fr. Eques Ord. Reg. cr. 1620. n. m. Jun. 1594. † 22. Oct. 1665. *Francisca de Loth. Philippi Emanuelis D. de Mercueur & Penthievre f. & h. m. Jul. 1609.*

1. Alexander de Vendôme *Eques Melitensis, Magnus Galliæ Prior.* n. m. Apr. 1598 † 8. Febr. 1629.

1. *Catharina Henrica n. 1596. nup.* Carolo de Lotharing. II. D. d'Elbœuf 1619. obiit Jun. 1663.

2. Henricus de Bourbon D. DE VERNEVIL, Par Fr. n. m. Jan. 1601. † 28. Maji 1682. *Carola Seguier, Petr. C. de Gyen f. Maximiliani Bethunii D. Sullii vid. 1668 29. Oct.*

Ludovicus D. de Vendôme, Mercueur, Penthievre & Estampes, Princeps d'Anet, Par. Fr. Eq. Ord. Reg. cr. a. 1661 & post defunctam d. 8. Jan. a. 1657. uxorem suam *Victoriam Mancini, Laurentii & Hieronymæ Mazarinæ filiam* a. 1651. ductam, S. R. E. *Cardinalis*, cr. a. 1667. Natus a. 1612. † 6. Aug. 1669.

Ludovicus Josephus Dux de Vendôme, Mercueur &c. n. 29. Maji 1654.

Philippus de Vendôme, 1655. *Magnus Galliæ*

LUDOVICUS XIV REX GALLIÆ, ET NAVARRÆ
ex illis susceptos publicè agnovit: prima erat *Ma*
Vaujour, Par Fr. Laurentii Dn. de la Valiere filia, nunc
cordia. Secunda est *Francisca Athanasia de Roche*
Pardaillan Gondrin M. de Montespan uxor. Tertia
Marchionis de Roussille. † 28. Jun. 1681.

1 Maria Anna de Bourb. dicta Domicella de Blois, n. Oct. 1666. nup. Ludovico Borbon. Pr. de Conty 16. Jan. 1680.

1. Ludovicus de Bourb. D. de Vermandois, Supr. rei nauticæ & maritimæ Præfectus. n. 2 Oct. 1667. legit. una cum sorore 20. Febr. 1669. † Curtraci 18. Nov. 1683.

2. Ludovicus Augustus de Bourb. Dux de Maine, Colonellus Generalis Helv. & Grisonum. n. 31 Mart. 1670. legit. 22. Dec. 1673.

2. Ludovicus Cæsar de Bourb. Comes du Vexin. n. a. 1672. legitim. 22. Dec. 1673. † 10. Jan. 1683.

EGIÆ TAB. XXV.

Qua

ENRICI IV & LUDOVICI XIV enumerantur.

& NAVARRÆ, inter complures *amicas, quatuor* eximias ha-
e nalium donatam, ſuſtulit: prima erat *Gabrielis d'Eſtrees,*
Johannis Antonii Dn. d'Eſtrees, M. de Cœuvres filia, neptis Nicolao Da-
nta, Henrica de Balſac; Marchioniſſa de Verneuil, Franciſci Dn.
uil Sancerre, Comitiſſa de Moret; Claudii Dn. de Courcillon fil. Quar-
in, filia naturalis Baronis de Santour in Campania.

bon Pa Ma Pem Ma 661

2. *Gabrielli Angelica nup.* Bernardo D. de la Valette, d'Eſpernon & Candale 1622. † 29. Apr. 1627.

3. Antonius de Bourbon COMES DE MORET occ. in pugna ad Caſtrum Arii d. 1, Sept. 1632.

4. *Johanna Baptiſta de Bourbon, Abbatiſſa ad Fontem Evraldi, el. 1639. † ann. 1670.*

5. *Maria Henrico de Bourb. Abbatiſſa Calenſis el. a. 1627. † 10. Febr. 1629.*

Franciſcus de Vendôme, Dux de Beaufort, Princeps de Martigues, Par Fr. Eq. Ord. Reg. cr. a. 1661. Supremus rei nauticæ ac maritimæ Præfectus, n. m. Jan. 1616, periit in Candia 25. Jun. 1669.

Iſabella de Vendôme, nup. Carolo Amadeo de Sabaud. D. de Nemours 8. Jul. 1643. † 19. Maji 1664.

me Eques Melitenſis, n. 22. Aug. de Prior, cr. a. 1678.

Julius Cæſar de Vendôme, n. 26. Jan. 1657. † 28. Jul. 1660.

RÆ fœminas *tres amicarum* loco hactenus coluit, liberóſque
loiſia Franciſca de la Baume le Blanc de la Valiere, Duciſſa de
ae Moniales Carmelitani Ord. ſub nomine Sororis Aloiſiæ de Miſeri-
Rochouart, Gabrielis Pr. de Mortemar fil. Henrici Ludovici de
ca erat *Maria Angelica de Scorraille, Duciſſa de Fontange, filia.*

2. *Aloiſia Franciſca de Bourbon, dicta Domicella de Nantes n. 1673. legitim. 22 Dec. e. a. nup.* Ludovico Duci Borb. 1685.

2. *Aloiſia Maria Anna de Bourb. dicta Domicella de Tours, legitim. a. 1676. † Sept. 1681. at. 5.*

2. Ludovicus Alexander de Bourbon. Comes de Toulouze. n. 6. Jun. 1678. legit. Nov. 1681. Supr. rei maritimæ Præfectus.

2. *Franciſca Maria de Bourb. dicta Domicella de Blois, legitim. Nov. 1681.*

ſpatio rexit. Poſteà cùm Calendis Januar. a. 1662 *Equitibus Ordinis Regii*, ſequentisque anni d. 23. Dec. *Ducibus* ac *Paribus Galliæ*, adſcriptus fuiſſet, miſſo Epiſcopatu *Ducis Vernuliī* titulum adſcivit, atque a 1665 legationem extraordinariam, ceu vocant, in Angliam obiit. Inde a. 1666. Præfecturam Linguadociæ obtinuit, dimiſſisque tandem beneficiis Eccleſiaſticis omnibus, uxorem duxit, demum verò extrema ſenectute confectus improlis in caſtro ſuo *Vernulii* è vitâ diſceſſit.

ANTONIUS C. *de Moret* expeditioni Ludovici XIII Regis in Sabaudiam; oppugnationique Suſæ interfuit; poſteà verò alienatus à Rege malecontentis ſeſe adjunxit, atque a 1631 cum Duce Aurelianenſi Gallia exceſſit, quare proſcriptus à Rege fuit, bonaque ipſius in Fiſcum redacta. Anno ſequenti cum eodem Duce copiisque, quas ille conſcripſerat, in Linguadociam delatus, cum Montmorancio Aurelianenſium partium adjutore ſe conjunxit, et in *pugna ad Caſtrum Arrii* cum Regiis commiſſâ alam ſiniſtram duxit, ſed in primo impetu, globo trajectus, paulo poſt in carpento Ducis Aurelianenſis, quò ſe receperat, expiravit.

LUDOVICUM & FRANCISCUM *Mercurii & Belloſortiæ Duces* fratres germanos, moribus, genio & conſiliis diverſiſſimos Hiſtoriæ ſecularis ſcriptores produnt, *illum*, quippe ledatum, conſtantem & bonarum ut plurimum in regno partium repræſentant; *hunc* verò impigrum, factioſum, auræ popularis captatorem. *Illum* Mazarini clientem etiam in adverſis obſervantiſſimum, adeo ut ad exulem Coloniam advolare, pactásque cum ejus nepte nuptias, licet à Parlamento prohibitas, & à fratre execratas, ibi peragere non dubitaret; *hunc* infeuſiſſimum & pertinacem ejuſdem Cardinalis adverſarium, & ſorte ſua abundè contentum, dummodo *Funditor ſtrenuus*, non Mazarinæus audiret; *illum* poſt probatam Regi ſuo in expeditione Sabaudica & Belgica, præcipuè in prælio ad Avilianum, fidem fortitudinemque ſuam, maturè in quietis & otii portum ſe recipientem; *hunc* è contra fluctibus bellisque, civilibus pariter ac externis, dum ſupereſſet, ſe committentem. In ſola petitione officii *Magni Galliæ Thalaſſiarchæ* concinuiſſe videntur: id enim *Belloſortius* reconciliationem aliquando cum Mazarino ſimulans, exigebat, ut nimirum poſt patris ſui mortem ad ſe devolveretur; *Mercurianus* verò ſibi tanquam primogenito ſucceſſionem in munere illo aliquando deberi contendit, & vehementer erga fratrem ea propter exanduit, minásque ei (referente *Priolo de reb. Gall. L. 5.*) intentavit, quaſi diſſidium ferro terminaturus. Poſitus eſt cupito munere *Belloſortius*, alteri verò Provinciæ præfectura tradita. Erat cæteroquin *Belloſortius* forma corporis excellens, & vigore animi acerrimus, addiditque ad ea dona à natura data multa belli decora, facundiámque, ut nemo lingua & manu promptior inter Gallos haberetur, nemo facilius amorem ſui injiceret; inde poſtquam è carcere Vincennenſi, in quo ob crimen affectati adverſus Mazarinum miniſterii per quinquennium detentus fuerat, elapſus Lutetiam veniſſet, Senatus Funditorúmque partes contra aulicos ſuſcepturus, affuſa plebs ingenii plauſu ipſi acclamare, dextram Parlamenti, ſpem præſidiúmque que regni eum vocare, & genibus ejus advolvi, ita ut (dicente iterum *Priolo Lib. 3.*) poſt Guiſiana tempora non aliàs populare ſtudium vehementius in quemquam exarſerit. A Senatu etiam perhonorificè exceptus, mox Ducem & Anteſignanum Funditorum ſe præbuit, Atque huic factioni, delinitus applauſu populari nec non blandimentis *Mariæ Rohanæ Mombaſonis*, à cujus ore nutuque pendebat, pervicaciter adhæſit, neque unquam cum Mazarino ſeriò, in gratiam rediit, licet is ad eum ſibi conciliandum omnes iniret vias. Poſt ſedatas tandem turbas & redditam Galliæ à domeſticis vicinisque hoſtibus tranquillitatem, negotium datum eſt *Belloſortio*, ut tanquam *Thalaſſiarcha* claſſem Regiam Africæ oris admoveret; verum cum læta expeditionis hujus initia ſucceſſus deſtituiſſet, Galliq ue *Gigerim*, Barbariæ oppidum, vix expugnatum deſerere, reditúmque fugæ ſimilem adornare neceſſe habuiſſent, ille impatiens otii, aliquamdiu poſt imperium in copias auxiliares, quas Rex Venetis in Cretam Inſulam ſubmittere decreverat, ſuſcepit: vix verò cum claſſe eò delatus, cùm impetu intempeſtivo, ſed Gallis familiari, percitus in caſtra Turcarum, nondum ſibi cognita, eruptionem, nequicquam dehortantibus calamitatemque prædicentibus Veneris, tentaſſet, periit fato incerto, quippe nec inter vivos nec inter mortuos repertus, dubiúmque fecit, ut acutiſſimi *Nanii interpres* (*Hiſt. Ven. P. II. L. 11.*) ſubjungam, utrum obſcura adeò ipſius mors pœna fuerit aut infortunium: ſiquidem clariſſimis animi corporisque dotibus ornatus præterea regia origine conſpicuus, & ob populi amorem ſtudiúmque celebratus, dum factionibus in regno facem prætulit, famam nominis ſui contaminaſſet, niſi in Gallia turbæ civiles tempori genioque condonarentur, ipſeque expeditionis Cretenſis merito, præteritorum notam diluiſſet. Habitæ ei ſunt exequiæ Venetis & Romæ magno ſplendore inſtructæ, dictaque tanquam pro fide & re Chriſtiana mortuo ab eloquentiſſimis viris parentalia.

AD

AD TAB. XXVI.



AD *spuriam* propaginem è domo *Burgundica* ortam referenda etiam est juxtà illam, quam hæc tabula exhiber, progenies JOHANNIS DE BURGUNDIA, quem *Johannes Intrepidus Dux Burgundiæ* ex *Agnete de Croy Johannis Dn. de Rentyfilia*, vino ipsi in chorea oblato, sustulit, *Philippus Bonus* verò ad *Episcopatum Cameracensem* evexit, invitum illum quidem, utpote dissolutiore ingenio prædictum, & in voluptatibus inquinatiorem, quàm virum sacra infula redimitum decebat. *Amicarum* ille gregem aluit, è quo apud *Joh. Carpentarium* in *Addit. ad Part. III Hist. Camerac.* p. 1081 enumerantur, *Johanna de Spontin, Clara van der Hœde, Catharina de Syvitten, Catharina Arents* & *Lucia Braus*; eximiam verò inter omnes & uxoris loco habuit *Margaritam Absolœns*; ex hac *Johannem de Burgundia Dn. de Herlaer & d' Amerval*, cujus posteritas paulo post recensebitur, genuisse perhibetur; reliquorum illius nothorum hunc catalogum modo citatus autor dedit: 1. *Arnoldus* mortuus in pueritia, 2. *Philippus* a. 1483. in adolescentia defunctus, 3. *Johannes*, 4. *Margarita* nupta primo *Johanni van den Abbeele* Equiti, dein *Antonio d' Enghien*, Ludovici d' Enghien Dn. de Rameru filio naturali, 5. *Arnoldus Dn. de Fantigny* in Hasonia, maritus *Walburgis d' Afche* dictæ *de Grimbergues*, pater *Mariæ* nuptæ *Maximiliano de Calonne Dn. de Fatrissart*, 6. *Margarita* uxor primò *Johannis de Herdinex Dn. de Staye*, post *Johannis de Boschuysen*. 7. *Lucia*, 8. *Johanna*, Canonissæ Malbissonii. 9. *Cornelius* primus Cubicularius Philippi Boni Ducis Burg. patrui sui, ejusdémque in Angliam Legatus, qui a. 1512 duxit *Agnetem de Cottereau* Roberti Dn. de Puisieux & de Tournelles filiam. 10. *Arnoldus Dn. de Heist & de Rostuyne*, maritus *Servasiæ de Liere*, pater *Cornelii* & *Caroli* qui cœlibes obiere, *Elisabethæ* nuptæ *Antonio Thœnis* Equiti, *Margaritæ*, *Gutæ Michaeli de Leevv* elocatæ & *Wilhelmi Domini de Rostuyne & de Heist*; is è *Josina van den Ryne* suscepit *Catharinam* uxorem *Jacobi de Schoore, Dn. de Morchove*, & *Ægydiam Dominam de Heist* nuptam *Francisco de Wancquetin Dn. de Sancourt*.

Johannes de Burgundia Dn. de Herlaer & d' Amerval, quem ex *Margarita Absolœns* natum fuisse dictum est, matrimonio sibi sociavit *Johannam de Hornes*, Philippi Bar. de Gaesbeck filiam, è qua genuit *Margaritam* uxorem *Jacobi de Jauche-de Mastaing Dn. de Gheet* & gnatos tres *Philippum, Carolum & Godofredum*; primus è *Barbara van der Eede* procreavit *Cornelium* sine liberis mortuum, succedente ei in dynastia *Herlaer* patruo *Carolo*; hic è *Catharina van Aelst* suscepit *Theodoricum Dn. de Herlaer* maritum *Jacobinæ van Royen*, patrem *Caroli, Philippi*, (hi à latronibus interfecti sunt) *Friderici & Henrici*, nec non filiarum duarum, videlicet *Magdalenæ* nuptæ *Jacobo de Dongelberghe* & *Elisabethæ*, quæ primò *Jacobo Huijoel*, posteà *Gennino Geerts* in manum convenit. *Henricus* ejus frater natu minimus è *Barbara Boxhornia* genuit *Philippum de Burgundia Dn. de Herbeaumes*, patrem ex *Isabella de la Caudele* aliquot filiorum. *Fridericus*, Henrici frater major natu duxit a. 1565 *Elisabetham de Lumoy*, & genuit *Jordanum*, Monachum, *Maximilianum* Panormi mortuum, *Ægydium* Canonicum S. Gudulæ Bruxell. & *Matthæum de Burgundia Dn. de Rossenberg*: hunc d. 25 Febr. 1647 mortuum uxor *Josina Pardo*, Caroli Dn. de Fremicourt filia, patrem fecit filiorum quinque & trium gnatarum, videlicet *Ludovici Francisci de Burg. Dn. de Rossenberg* (is in conjugio habet *Mariam Barbaram de Pardo*, Silvestri Dn. de Fremicourt filiam, qua nati sunt *Johannes, Carolus, Josephus* & *Matthæus Franciscus*) *Johannis Jacobi, Ægydii, Matthæi, Johannis Baptistæ* (hi juvenes obiere) *Margaritæ, Luciæ* nuptæ *Ignatio Johanni Baptistæ de Gras Dn. de Westende* & a. 1663 mortuæ & denique *Elisabethæ*.

Godofredus de Burgundia, Johannis filius tertiogenitus, *Dn. de Amerval & de Monstrecourt* duxit *Johannam de Poix*, Johannis Dn. de Sechelles filiam, & ex ea genuit *Carolum*, Abbatem de Cantimpré, *Philippum*, de quo posteà, *Catharinam* nuptam 1. *Petro de Hersuuires Dn. de Villers*, 2 *Claudio de Chastillon Dn. de Berry*, 3. *Carolo Dn. de Fontaines*, *Antoniam* Canonissam, & *Mariam* uxorem *Hieronymi de Hennin, Dn. du Cornet*. Tribuitur etiam *Godofredo* nothus *Gideon* è *Johanna de Crequy* natus, qui posteritatem habuit etiam nunc *Anghiani* superstitem & cognomine *Burgundico* utentem. *Philippus* Godofredi filius legitimus *Dn. d' Amerval* è *Margarita d' Enghien*, Herculis Dn. de Kestergaet filia, suscepit *Philippum Dn. d' Amerval* ac *Carolum* Bruxellis absque liberis mortuos, & gnatas tres, nimirum *Johannam* innuptam, *Maximilianam* quæ dominium Amerval *Philippo de Rhodoan* Equiti *Dn. de Berleghem* marito suo attulit, & *Margaritam Dominam de Montigny* nuptam *Johanni d' Ittre* Equiti *Dn. de Niecot*.

FAMILIÆ REG

Qua

NOTHI è domo BURG

A.

DYNASTÆ DE BEVRES, DOMINI & COMITES DE LA VERE & DE WACQVEN.

ANTONIUS, *Bastardus* de Burgundia, cogn. Magnus, Philippi Boni D. Burg. fil. *natur.* è *Johanna de Prulles*, natus a. 1421, DN. de BEVRES & de Vassy, Eq. S. Mich. & Aur. Vell. † 1504. *Maria Petri Dn. de la Vieuville f. 1459.*

Philippus de Burg. Dn. de Bevres, Eq. Aur. Vell. *Anna de Borselle Dom. de la Vere & Flessingue.*

Johanna, nup. Caspari Dn. Culemburgi.

N. uxor Rudolphi C. de Falkenburg.

Antonius, *nothus*, Dn. de la Chappelle. *Clara d'Andrie. Andreæ Dn. de Wacquen. f.*

Anna, nup. Nicolai de Trielt, Dn. d'Auvegemen.

Andreas, † cœlebs.

Antonius de Burg. III. Dn. de Wacquen, *Anna Mariana, Ludouici Dn. de Wenckgen f.*

Adolphus de Burg. Eq. Dn. de Wacquen, *ex Jacobina, de Bonnieres Philippi Dn. de la Vicher f.*

Maria nup. Godefredo d'Ete Eq. Dn. de Rheon.

Anna, † æt. 12.

Ysabella, nup. Carolo de Corral, Dn. du Bois de Leffincs.

Antonius de Burg. IV. Dn. de Wacquen *Anna de Bonnieres.*

Maria. Leonora † æt. 13. Anna, ux. Johannis Manesis.

Antonius de Burg. *Fylistus.* Joh. Franciscus de Burg. † in bello.

Emanuel de Burg. Friderici de Burg. *N. Dominicalis Borfaccii.*

Carolus de Burgund. C. de Wacquen, &c. 1627. 28. Sept. 1631. 1. *Maria de Pardo, Francisci Dn. de Fuentes f. 2. Maria Anna de Broncho f.*

Alosia.

Anna, nup. Jacobo Sanctio Dn. de Baërlant.

Philippus de Burg. *nothus*, Dn. de Fontaines. *Johanna. Jacobian. nup.* 1. Johannide Flandria Dn. de Praet. 2. Johanni de Cruningen. *Dom. de Heskin. Anna nup.* 1. Carolo de Croy D. Arfcot. 2. Jacobo d'Ageneus Dn. de Alencour. *Anna, nup.* 1. Jacobo C. de Horne. 2. Johanni de Heunin C. de Bossut. *Maximilianus de Burgund. M. de la Vere, Equ. Aur. Vell. † æt. Alosiæ de Croy, Philippi D. Arfcot. f.*

Martinus de Burgun. † Dn. de Tamberg † in Africa 1573.

Johannes de Burg. Dn. de Fontaines. *Antonia de Valkiddi.*

Maximilianus de Burg. Dn. de fontaines.

2. Wilhelmus Carolus Franciscus de Bourgogne, C. de Wacquen, †. *Maria Anna Scholastica van den Timple, C. d' Autreppe.*

Wilhelmus Carolus Franciscus de Bourg. C. de Wacquen, 1. *Johanna Maria de Rubempré; Caroli Philippi C. de Vertain f. † 1685.* 2. . . . . *de Beste, Wilhelmi I. M. de Lede f. 1685.*

IÆ TAB. XXVI.

INDICA orti deducuntur.

B.

DOMINI DE BREDAM, COMITES DE FALLAIS.

BALDUINUS de Burgundia, Philippi Boni D. Burgund. fil. *natur. è Catharina de Tiesferies* natus a. 1445. DN. de FALLAIS, Bredam & Zomeldic, † 1508. *Marina, Manuel de la Cerda, Johannis Dn. de Belmonte f.*

- Balduinus, *nothus.*
- Franciscus, *nothus*, Dn. de Nieurberne. *N. Chalon Philiberti Pr. Aurans. fil. natur.*
- *Marina, nutha, nup.* Wilhelmo de Vergy B. d' Autrey.
- *Margarita, nup.* Philippo de Lannoy Dn. de Molembaix. † 1511.
- Maximilianus *Abbas Middelburgens.* † 1534.
- Carolus de Burg. Dn. de Bredam. *Margarita, Nicolai B. de Werchin f.*
- Philippus de Burg. Dn. de Fallais † a. 1542.

- Johannes de Burgundia, dictus de Fallais. — Johannes de Burg. de Fallais, II.
  - *Jolanthe, nup.* Hieronymo d' Oyembrughe Duras Dn. de Duras.
    - Carolus de Burg. † 15. Apr. 1629.
    - Perrus de Burg. Dn. de Bredam † 6. Mart. 1589. *Catharina d' Oyembrughe Duras Johannis Dn. de Herck f.*
      - Johannes de Burgund. B. de Zevenhuisen. *Catharina d' Oyembrughe Duras, Petri de Burg. Dn. de Bredam vid.*
        - Hermannus de Burg. C. de Fallais cr. 1614. † 16. Jun. 1626. *Jolantha de Longueval, Maximiliani C. de Buquoy f.*
        - Johannes de Burg. Dn. de Bergile † a. 17. *Anna de Celles, Ludovici Dn. de Vihlief.*
          - Antonius de Burg. Dn. de Fromont. *Dorothea, Jacobi Cde Teerclaes & Tilly f. † 1643. sibi.*
            - *Johanna, nup.* Carolo d' Andelot. Dn. de Hoves.
            - Adrianus Conradus de Burgund. Dn. de Bredam. *Canon. Leod.*
EMANUEL PHILIBERTUS Imperatori Carolo V simulac ephebus factus est, se addixit, castraque ejus secutus præclara militiæ edidit rudimenta; inde præfectura Belgii ac rei militaris adversus Gallos à Philippo II Hisp. R. sibi demandata præclarissimè functus, & insigni ad *fanum Quintini* Hispanis contra Gallos parta victoria meruit, ut illein *pacificatione Cameracensi* a. 1559 summam ejus haberet rationem, perficeretque, quò paternæ ditioni, qua spoliatus fuerat, restitueretur, prætereaque Galliæ Regis sororem in matrimonium acciperet; licet verò loca quædam cautionis ergò Galli retinuerint, occasione tamen captata in Henrici Regis ex Polonia adventu illa quoque recepit; inita enim cum Bernensibus transactione, *Gabensem* sive *Gesium* Comitatum & quicquid cis lacum *Lemanum* ereptum ei ab illis fuerat, recuperavit, Valdensi tamen pago eis relicto. *Oneglia* Principatum facta cum *Hieronymo Doria* permutatione Marchionatus *Ciriez* in Pedemontio sibi acquisivit, eodemque titulo ab *Henrica Sabauda M. de Villars* Comitatum *Tendensem*, nec non dynastias *Marro* & *Prella* obtinuit. Indeconfirmatis rebus suis animum ad majora appellens juris sui in *Salucianum* principatum mentionem apud Gallos iniecit, alieno quoad istos tempore, à quibus etiam Bellogardii Mareschalli fidem sollicitasse ejusque ministerio ad bellum contra ipsos excitandum usus esse culpatur; verùm ea pro tempore consilia discussit inopinata Bellogardii mors, cui Dux ipse haud diu superfuit. *Guichenon. Thuan.* (*L. 22. 31. & 70.*)

CAROLUS EMANUEL Princeps erat sublimis ingenii, memoriæ felicis, literarum & inprimis Mathesios peritissimus, denique belli Dux acer egregiusque & manu strenuus & bonus consilio, sed ambitiosus, inquietus, vasta & immoderata semper cupiens, ita ut *decus* pariter & *turbo aetatis suæ* haud temerè apud Historicos audiat. Inflatus inprimis Hispanica affinitate ejus præsidiis immensa quæque sibi pollicebatur; cum verò postea manes esse has spes, idque potius ab Hispanis intendi animadverteret, ut ipse ad nutum arbitrinmque eorum sese componeret, impatienter ac perindignè id tulit, aliamque quercum excussit. Postquàm mortuo patre ad gubernacula pervenit, primà amplificandi dominii consilia ad intercipiendam *Genevam* convertit, verum ubi detecta ea cognovit, ne in primo tentamine operam luderet, famámque prostitueret, ab incepto destitit, & patris cogitata de occupando *Saluciarum* Marchionatu executioni mandare aggressus est, pronaque omnia, Gallia bellis civilibus tunc distracta, reperit; prospero hoc successu elatus, nummos cudi curavit, in quorum antica parte effigies ipsius, in postica centaurus conspiciebatur Gallicam coronam conculcans, cum hoc adverbio: *Opportune*; verum vicem gravissimè ei retribuit Henricus IV Rex Galliarum: is enim suscepta adversus eum expeditione, omni citra Alpes ditione intra pancorum dierum spatium exuto vicissim nummo illusit, in quo Hercules Gallicus prostratum clava Centaurum victrici pede premit, cum hac epigraphe: *Opportunius.* Atque hoc bellum ob molem ac diuturnitatem pergrave Sabaudo accidit, namque primo demum seculi hujus anno *Lugduni* compositum fuit, & *Saluciarum* quidem principatum ille retinuit, sed *Bressiam* & omnem intra *Rhodanum* à Geneva urbe tractum Regi cedere necesse habuit. Inde pristina potiundæ *Genevæ* cupiditate iterum tentatus a. 1602, d. 22 Dec. nocturna invasione intercipere eam conatus est, sed successu fœdè caruit, pacemque postea cum Genevensibus parum sibi proficuam inire coactus fuit. Post generi sui Mantuani Ducis obitum novum in Italia bellum concitavit, & illata Mantuanis è veteri Sabaudorum in Montisferratum prætensione jurgii causa, copias eduxit, maximamque Marchionatus hujus partem in potestatem suam redegit; verum à Rege Hispaniæ ejusdemque prætore Mediolanensi ad ponenda arma & restituenda ablata compulsus adeò exanduit, ut omnem Regi illi amicitiam renunciaret, remissa etiam torque Aurei velleris, qua, cum ejus sororem duxisset, decoratus fuerat. Exindeque ad Gallorum partes transgressus in societatem consiliorum, quæ ad opprimendos Austriacos Henricus IV ceperat, venit, novasque spes sibi finxit, quas iterum improvisum Regis hujus fatum evertit. Reconciliatus deinceps exulcerato tamen animo cum Hispanis, dum bello in Lombardia subinde recrudescente temporibus insidiatur, & modo ad Hispanos modo ad Gallos, unde spes major affulsisset potentiæ, se deflecteret, curis consumptus incertissimo rerum suarum statu vivere desiit. Paucis de cætero ante obitum suum annis Genuensibus etiam bellum intulit propter Marchionatum *Zuccarello* in Liguriæ & Pedemontii confiniis sito, quem ille a *Scipione Carretto*, Imperiali banno ob commissum homicidium proscripto, emerat, inscio Imperatore feudi Domino, a quo Genuensibus pluris illum licitantibus (id quod malè Sabaudum habebat) venditus fuit. *Guichenon. Capriata.*

VICTOR

VICTOR AMADEUS postquam parenti in regimine successit, pro tractabilis ac quieto, quo erat, ingenio pacis studium illicò præ se tulit, & medium se gerendo tractatus *Cheraſci* a. 1631 Gallos inter & Hiſpanos cœptos omni diligentia promovit, & ad finem perductos cupidè amplexus est; verum cum non ita multò post ad tradendum Gallis Pignarolium se inducipassus esset, non apud Hiſpanos tantum, sed universam etiam Italiam malè audiit. Exorto posteà a. 1635. novo inter utrasque illas nationes bello, totum se Gallorum partibus applicuit, novisque negotiis ac curis implicuit, quibus obrutus febrim contraxit, qua paucorum dierum intervallo abreptus fuit, cùm prius liberorum, quos impuberes relinquebat, tutelam uxori, præteritis fratribus suis, demandasset, quæ res atroci dein bello ansam præbuit.

MAURITIUS ad Ecclesiasticam vitam destinatus, quarto & decimo ætatis suæ anno à Papa Paulo V galero *Cardinalitio* donatus, posteaque multis beneficiis ac præbendis auctus fuit. A. 1621 Romam profectus à regno Galliæ in Protectorem adscitus est; inde a. 1633 auspiciis Duisfratris sui in Galliam iter fecit, ut de articulis quibusdam pacis Cherascensis haud satis perspicuis cum Rege ageret; reversus posteà Turinum a. 1634. ob offensiones quasdam Romam discessit, & protectione Galliæ repudiata ad Domus Austriacæ partes transiit, ejusdemque nec non Imperii tutelam suscepit. Post nepotis sui ex fratre *Francisci Hyacinthi* obitum in Pedemontium rediit, sed à fratria, instinctu Gallorum admissus non est, quare collatis cum fratre *Thoma* consiliis & Hiſpanis in auxilium accitis, administrationem Ducatus nec non tutelam Principis impuberis postulavit, & repulsam armis ultus est; exarsit inde bellum civile, quod demum a. 1642 d. 14. Jun. sopitum fuit, ea inter alios conditione, ut *Mauritius* relicta Ecclesiastica vita civilem amplecteretur & fratris defuncti filiam natu maximam in uxorem sumeret. Hujus matrimonii solemnia modo singulari ita peracta sunt, ut cum Mauritius *Nicææ*, sponsa verò *Turini* ageret, *Joh. Dominicus Doria M. de Ciries* illam Principis nomine Turini, hunc verò Niceæ *Carolus Emanuel de Simiane M. de Pianeſſe* ex mandato Principissæ, præsente Nuncio Pontificio, duceret. Obiit *Mauritius* apoplexia, cum vice septima illa correptus esset.

THOMAS CARIGNIANI PRINCEPS omnem fermè ætatem in castris consumsit, & licet strenuus bellator, Duxque egregius ac tuendi regendique exercitus peritissimus esset & haberetur, fortunam tamen ut plurimum adversam expertus est, quod priorum etiam suæ stirpis, qui *Thomæ* nomen gessere, fatum fuisse, quod scilicet fortes ac infelices exiterint, *Guichenonius* observavit. Tyrocinium militiæ sub parente posuit; quo mortuo cum apud Gallos sedem ac incrementum fortunarum frustra quæsivisset, advertante ei Card. Richelio, Hiſpanorum partibus se adjunxit, eorumque exercitus in Belgio ductavit; usque dum defuncto Duce *Francisco Hyacintho* in Italiam revertendi rationes suæ, fratriæ verò ac Gallorum, à quorum nutu illa pendebat, obstinatio armis patriam infestandi necessitatem ipsi imponerent. Conciliata pace & nova cum Gallis amicitia, parta arma contra Hiſpanos convertit, ut quos in Pedemontium introduxerat, iterum eo ejiceret; alibi quoque sub auspicis Regis Galliæ, à quo etiam *supremo Franciæ Magisterio* a. 1654. auctus est, illos lacessens & vexans, donec in Papiensi obsidione lethali morbo correptus & Turinum delatus vivendi finem fecit. Distinguere cœpit scutum suum à Ducali *limbo dentato argenteo*, quo posteri ejus etiamnunc uti solent.

Cum FRANCISCO HYACINTHO, in tenera ætate vita functo, CAROLUS EMANUEL II. quadrimus nec dum matura pueritia succederet, ad externum bellum, quod Sabaudi adversus Hiſpanos vigore fœderis, cum Gallis à *Victore Amadeo* facti, & ab ejusdem vidua a. 1638 repetiti, in Insubria gerebant, mox intestinum accessit ex causis tutelæ superius memoratis. Hoc quidem a. 1642. sopitum, ceu dixi, fuit, prius verò continuatum usque ad a. 1660, quo paci Gallos inter ac Hiſpanos ad montes *Pyrenæos* constitutæ Dux etiam Sabaudiæ inclusus, ejusque rationibus ac commodis in articulis 91 usque ad 96. prospectum est. Antequam verò hæc gerebantur, anno scilicet 1648. *Carolus Emanuel* è tutela excesserat & Principatus gubernacula capessiverat, quæ etiam summa laude moderatus est, in id reddita pace omni studio incumbens, ut exhaustas longo bello ditiones suas recrearet, & ad pristinum splendorem affluentiamque reduceret. Erat quippe omnibus & animi & corporis dotibus ornatissimus, artiumque equestrium, ad quas excolendas *Academiam Turini* condidit, peritissimus, ut ingens sui desiderium immatura morte abreptus relinqueret.

EMANUEL PHILIBERTUS PR. CARIGNIANI naturam non admodum propitiam expertus est; nam corpus quod satis quidem speciosum & Principe dignum ei concesserat, ad audiendum loquendúmque ineptum reddidit; vicit tamen hoc malum insignis ac penè incredibilis cujusdam Hiſpani, cui nomen *Emanuelis Ramirez di Carion*, solertia quæ Madritii a. 1638 illum nec non Ludovicum Velascum M. del Fresno, Comestabilis Castiliæ fratrem, sensu audiendi æquè carentem, verba aliqua formare docuit, quemadmodum *Bern. Iuſtinianus* in *Hiſt. Hiſpan. (p. 463)* refert. Ad conjugium, à quo abhorrere videbatur, provecta demum ætate, ob causas notiores & recen-

FAMILIÆ SABA

DUCES SA

EMANUEL PHILIBERTUS, Caroli III. F. DUX SA
Pr. Pedemontii, Achajæ, Moreæ & Onegliæ, C.
Valdii & Gesii, Dn. Vercellarum, Bugiaci, Frib
ceps & Vicarius perpetuus Imperii, Rex Cypri
Gall. f. 9. Jul. 1559.

Carolus Emanuel DUX SABAUDIÆ &c. REX CY
Austriaca, Philippi II. & Hisp. f. 11. Mart. 1585. † 6

Philippus Emanuel. Pr. Pedem. n. 3. Apr. 1586. † in Hisp. 9. Febr. 1605.

Victor Amadeus DUX SAB. REX CYPRI, n. 8. Maji 1587. † 7. Oct. 1637. *Christina Henrici IV. R. Gall. f. 13. Jan. 1619.*

Emanuel Philibertus *Eq. Hieros.* Pr. Onegliæ Princ. Sicil. n. 17. Apr. 1588. † Panormi 1624.

Margarita, n. 28. Apr. 158 nup. Francisco Gonza D. Mantuæ 1608. *post ej mortem Proregina Las tan. † 26. Jun. 1655.*

Aloisia Maria Christina, n. 27. Jul. 1629 nup. Mauritio Pr. Onegliæ patruo suo.

Franciscus Hyacinthus DUX SAB. n. 14. Sept. 1632. † 4. Oct. 1638.

Carolus Emanuel II. D. SAB. n. 20. Jun. 1634, † 12. Jun. 1675. *Francisca Magdalena, Johan. Bapt. Gast. D. Aurel. f. 1663. 3. Apr. 2. Maria Johanna Bapt. de Sab. Caroli Amadei Ducis de Nemours f. 11. Maji 1665.*

Margarita Johanna, n. 15. Maji 1635. ux. prima Raynutii D. Parmæ 29. Apr. 1660. † 1663.

Adelaïs Henrica, n. 6. Novem. 1636, nup. Ferdinando Mariæ Elect. Bay. 22. Jun. 1652. † 18. Mart. 1676.

Cathar Bar trix orus mella 1637.

Victor Amadeus Franciscus II, DUX SABAUDIÆ n. 17. Maji 1666.

Christina, notha, nup. Ludovico Ferrero Fiesque Pr. de Messerano, 1686.

Ludovic9 Th de Soissons, 1657. *Uran N. Dom. du Dec. 1682.*

Anna Maria, Philippi de Francia Duc. Aurelian. f. 9. Apr. 1684.

Maria Adelhaidis n. 6. Dec. 1685.

AUDICÆ TAB. IV.

BAUDIÆ.

SABAUDIÆ, CHABLESIÆ, AUGUSTÆ & Gebennæ, C. Astæ, Genevæ, Niceæ, Bressæ, Tendæ & Romontii, B. burgi, Marri & Prellæ, nec non Marchionatus Cevæ, Prin-i, n. 8. Jul. 1528, †30. Aug. 1580. *Margarita, Francisci I. R.*

PRI, n. 12. Jan. 1562. † 26. Jul. 1630. *Catharina Michaelis Nov. 1597.*

Isabella, n. 11. Mart. 1591. ux. Alphonsi Ateſtini D. Mutinæ 1608. mens. Aug. 1626.	Mauritius, n. 10. Jan. 1593. S. R. E. *Cardinalis*, postea Pr. Oneglie ducta *Aloisia Maria fratris sui filia 28. Augusti. 1642.* †4. *Oct. 1657.*	*Maria, n. 8. Febr. 1594. Monialis* † *1656. Romæ.*	*Francisca Catharina, n. 6. Oct. 1595. Monialis* † *20. Novembr. 1641.*	Thomas Franciscus PR. DE CARIGNAN, n. 21 Dec. 1596. † 22. Jan. 1656. *Maria Borbon. Caroli C. de Soissons f. 1624.*	*Johanna, n. 6.* † *6. Novembr. 1597.*	
Carola Christiana † *in. juv.*	*Aloisia Christiana, n. 1. Aug. 1627, nupta* Ferdinando Maximiliano M. Badæ 1653.	Emanuel Philibert 9 Amadeus de Sab. Pr. de Carignan, n. 20. Aug. 1628. *Maria Catharina d'Este, Borsif. m. Nov. 1684.*	Josephus 5 Emanuel Johannes n. 24 Jun. 1631, † 12. Jan. 1656.	Eugenius Mauriti 9 de Sab. COM. DE SOISSONS, n. 3. Maji 1635. † 7. Jun. 1673. *Olympia, Michaelis Laurentii Mancini è sorore Card. Mazarinif. 20. Febr. 1657.*	Amadeus, † juven.	Ferdinando † juv. in Hispan.
homas Com, n. 15. Dec. ia de la Cropte Beauvais f. 17.	Philippus, n. 1659.	Ludovicus Julius, n. 2. Maji 1660. dictus *Eques* de Sab. occ. 13. Jul. 1683.	Emanuel, n. 1663, † 28. April. 1676.	Franciscus Eugenius.	*Francisca* † *24. Febr. 1671.*	*Maria Johanna Baptista n. 1. Jan. 1665.*	*Aloisia Philiberta, n. 22. Nov. 1667.*

tioris memoriæ, quam ut stylo egeant, animum appulit, hancque rem adeò clanculum peregit, ut nulli serius id resciscerent, quàm illi, qui scire se putant, quomodo Jupiter Junonem duxerit.

EUGENIUS MAURITIUS post fratris sui *Josephi Emanuelis* fata abdicata Ecclesiastica vita, ad quam destinatus erat, civili se addixit & *Comitis Suessionensis* titulum ex matris & avunculi hæreditate acceptum assumsit, Regisque Galliæ castra secutus virtute sua nec non affinitate Mazariniana meruit, ut *Colonellus Generalis Helvetiorum ac Grisonum* crearetur, & præfectura Campaniæ augeretur. In ejusdem gratiam Rex a. 1662 oppidum & districtum *Vodiensem* in *Ducatum* erexit, sub nomine Ducatus *Cariniani*, eumque illi ac hæredibus suis utendum fruendumque concessit.

JULIUS LUDOVICUS *Eugenii Mauritii* filius tertiogenitus, nomine *Equitis de Sabaudia* dignosci solebat; is auctus à Duce Sabaudiæ a. 1678 præfectura *Saluciarum*, Cæsari operam suam addixit, ejusdemque auspiciis exorto bello Turcico legionem *Draconum*, ceuvocant, rexit; verùm cum die 6 Iul. a. 1683 Tartari facto in impedimenta Cæsarei exercitus impetu subitaneo terrore omnia replevissent, ipseque maculam suorum eluiturus, dispersos & recollectos adversus barbaros eduxisset, rem viriliter agens cum equo à suis in dimicatione sejunctus concidit, & lethale vulnus in cervice framea ictus accepit; cadavet autem animalibus adhuc actum spiritibus resupinatum ab equo, cui insidebat, ad suos reportatum fuit, ephippii nodo pectus ejus adeò conterente, ut levatus suppuratum ex pueret sanguinem, eóque malo ormem deinde medicorum artem superante, septimo abhinc die Viennæ extinctus est. *Völker Diar. obsid. Vienn.*

AD

AD TAB. V.

DUces Nemorosii scutum suum ad distinctionem Ducâlis, *limbo exaureis & cæruleis segmentis composito* circumdederunt.

PHILIPPUS ad vitam Ecclesiasticam initiò destinatus quinto ætatis anno Genevensem Episcopatum accepit, quem tamen ephebus factus a. 1510 abdicavit, animumque ad militiam adjungens, eam in castris Ludovici XII R. Gall. didicit, posteà non nihil temporis in aula Cæsaris Caroli V consumsit, sed à Francisco I allectus in Galliam rediit, & ab eodem Ducatu *Nemorosii*, quì soror ei suæ in gratiam affinitatis cum Medicæa domo contractæ prius concessus ejus morte ad Coronam relapsus fuerat, auctus; a fratre verò Duce Sabaudiæ apanagii loco *Gebennensi* comitatu instructus est.

JACOBUS DUX NEMOROSII Princeps fuit magni animi & judicii, qui omnes suæ ætatis pulchritudine corporis, morum elegantia & ingenii dexteritate superaverit, paucos etiam bellica virtute pares habuit; ejus inprimis solertiæ debuisse Henricum II Regem Gall. quod Meta. Tullum & Verdunum ditioni suæ accesserint, *Varillasius* in *præfat. Hist. Car. IX* memorat; longum foret enumerare quantis exinde præliis interfuerit, quotque præclaras res pro Galliæ regno gesserit, commendarunt eas literis præter *Guichenonium Thuanus* etiam passim in Historia sua & *Laburerius* in notis ad Memor. Castoln. (L. IV. c. 11) Memorabile inprimis est certamen, ad quod a. 1555 post occupatum à Gallis *Montem Calvum* in Insubria, feriante exercitu, Hispanos provocaverat, quoque ipse primus cum Marchione Piscariæ egregio bellatore adversis lancearum ictibus concurrit, sed neutro vulnerato; diversa tamen commilitonum fortuna, quemadmodum apud citatos autores legere est. Antequam Guisii Ducis viduam in uxorem duxisset, cum *Francisca Rohanæa*, quæ vulgo *Domicella de Garnache* dicebatur, matrimonio præsentibus verbis contracto consueverat, filiúmque genuerat *Henricum*, qui *Principis Gebennensis* titulo dum vixit usus est, & moriens nothum post se reliquit *Samuelem de Nemours Dn. de Villeman*; de isto matrimonio gravis agitata fuit lis, Rege Navarræ Rohanæ patrocinante, sed prævalente hinc Nemorosii gratia, inde odio religionis Protestantium, cui illa addicta erat, prægravante, interventu Pontificis decisa est, & schedula Nemorosii, qua Rohanææ fidem dederat, irrita pronunciata. Decessit *Anicii* in Fossiniaco agro non tam annis effœtus, quàm continuis arthritidis nodosæ atque totas corporis partes fermè occupantis doloribus, è vita solutiore, quam in adolescentia gesserat, ortis, attritus.

CAROLUM EMANUELEM NEMOROSII DUCEM à patre suo morionte inter alia prudentiæ civilis plena præcepta id præcipuum accepisse *Thuanus* (sub fin. *Lib. 81*) memoriæ prodidit, ne se bellis civilibus, quorum initia jam videbat, implicaret: nam prævidere se, atque adeò veteri exitum horum motuum Galliæ funestum, & ipsis autoribus exitiosum fore. Accesit ad hoc monitum Henrici III Regis beneficium, à quo præfectura Lugdunensis provinciæ auctus ille fuit, ut adeò satis causarum habuisset, vel neutram vel meliorem in partem se movendi, sed prævaluit consanguinitas, quæ cum Lotharingis ipsi intercedebat, ita ut adversus Regem cum Guisiis & Meduanio consilia virésque sociaret; verùm nullo suo commodo, & insigni potius intertrimento: namque post trucidatos in comitiis Blesensibus Guisios ipse cum Elbosio aliisque in custodiam datus fuit; è qua cùm astu evasisset Henrico IV etiam adversatus est & Parisienses abeo a. 1590 obsessos ad extrema omnia perferenda obduravit. Inde rebus Henoticorum diffidens, dum securitati suæ separatim consulere & Lugdunum in potestate sua habere molitur, Meduanio in suspicionem venit, qui consilia ipsius subodoratus, ea per Archiepiscopum Lugdunensem evertit, civibusque in obsequio Ligæ confirmatis illum arci *Petræ-incisæ* a. 1593 includit, ubi in sequentem usque annum detentus est, donec simili ferme dolo, ac prius Blesis usus erat, elusis custodibus se subduceret. (Vid. *Thuan. Lib. CXI*) Viennam inde delatus Lugdunenses vexare intendit, sed repressus & tota illa regione ejectus, cum propositas à Rege per Montmorancium honorificentissimas occasiones respuisset, postremò ab Hispanis etiam & Sabaudiæ Duce desertus *Anicii* ex indignatione & mœrore decessit. *Fuerunt in eo juvene (Thuani* verba ex *Lib. 113* relato) *ingentes virtutes, quæ suspectum illius ingenium, ut erant tunc tempora, faciebant: elatus animus, liberalitas regiam magnificentiam æquans, sobrietas, ac mira à voluptatibus cæteris abstinentia, & postremò moderatio summa sive dissimulatio, qua profundam ambitionem velabat.*

HENRICUS fratris in Ducatu *Nemorosii* successor a. 1596 ad Regis obsequium ab *Anna Atestina* parente persuasus, rediit, & præteritorum, tam quæ ejus quam fratris defuncti auspiciis patrata fuerant, oblivionem per edictum *Folembræi* conditum obtinuit. Cum *Duce Sabaudiæ Carolo Emanuele* graves gessit inimicitias, quarum in *Manifesto*, quod postquam cum Hispanis adversus illum collusisset, edidit, hæ præcipuæ causæ narrabantur: structas vitæ suæ fuisse insidias ex agnati mandato, matrimonium splendidissimum, cujus certam spem jam habuerit, occultis ejus artibus interversum, Gebennensem Ducatum ab eodem absque justa causa occupatum. Reconciliatus tamen cum illo fuit a. 1616 arbitro concordiæ Bellogardio. *Guichenon.*

LUDOVICUS D. NEMOROS. juvenis ingentis animi post egregia militiæ rudimenta edita, cum obsidioni civitatis *Ayræ* interesset, febri correptus vitam, quam gloriosissimè degere poterat, præmatura morte finivit.

Na CARO-

FAMILIÆ SAB

DUCES DE NEMOURS,

PHILIPPUS DE SABAUDIA, Philippi Ducis Sabaudiæ, B. de Foucigny & Beaufort, n. 1490. † 25. *17. Sept. 1528. † 8. Sept. 1549.*

Jacobus de Sabaud. Dux de Nemours, n. 12. Oct. 1531. † 15. Jun. 1585. *Ferrar. f. Francisci Lotharingi D. Guisiæ vid. 1566.* — *Anna Ateſtina C. de Gisors, Herculis II. D.*

Carolus Emanuel de Sab. Dux de Nemours n. m. Febr. 1567. † m. Jul. 1595. æt. 27. — *Margarita, n. 3. Jul. 1569. † m. Jul. 1572.* — Henricus de Sab. M. de Sorlin, poſt Du *D. Aumalii f. & h. 14. Apr. 1618.*

Franciſcus Paulus de Sab. Pr. Gebenn. † anno æt. 8. — Ludovicus de Sabaud. Dux de Nemours, † 16. Sept. 1641. — Carolus Amadeus de Sab. Dux de Nemours, n. m. *Eliſabetha, Cæſaris D. de Vendôme f. 9. Jul. 1643.*

Maria Johanna Baptiſta, n. 11. Apr. 1644. uxor ſecunda Caroli Emanuelis II. D. Sabaud. — Anonymus 6. Marc. 1647. — *Maria Franciſca Eliſabeth cum eo divortio fact*

COMITES DE VILLARS

PHILIPPI cogn. ſine terra DUCIS SA

Renatus, legitimatus de Sabaudia, C. de Villars, Tende, Sommerive & Beaufort, M. Magiſter Franciæ † 1524. *na de Laſcaris, Joh. Antonii C. de Tende f. & hær. Ludovici Dn. de Clermont vid. 10. Febr. 1498.*

Claudius de Sabaud. C. de Tende & Sommerive Provinciæ Gubern. † m. Apr. 1566. *1. Maria de Chabanes Jacobi Dn. de la Pallice Mareſcalli Fr. f.* — *2. Franciſca de Foix Johannis Vicec. de Meille. f.* — *Magdalena, nup.* Annæ Du Montmorancio, Com ſtabili Fr. 1526.

1. Honoratus de Sab. C. de Sommerive & Tende, Gub. Provinc. n. 1538. † 8. Oct. 1572. æt. 1. *Claricia, Petri Strozzi Mareſc. Fr. f. 2. Magdalena de la Tour Franciſci III. Vic. Turennæ f. 1572. 1. Jan.*

1. Renatus de Sab. B. de Cypierre, occ. 1568. — 1. *Renata M. de Baugé,* Jacobo Dn. d' Urfé.

LIBERI NATURALES EMANUELIS PHILIBER *Martini Doria, 3. è Laura Crevola, 4. è Beatrice Ce cellarii Sabaud. f.*

1. Amadeus de Sab. M. de S. Rambert, C. de Conflens, Equ. Annunc. † 1610. cœlebs. — 2. Philippinus de Sab. *Equ. Ord. Hieroſ.* occ. 2. Jun. 1599. — 3. *Maria n. 1556. nup.* Philippo Ateſtin M. de Lans & S. Martin 1570. † 15

Mauritius *nothus.* — *Margarita, notha, nup.* Hieronymo C. de Roſſilon.

LIBERI NATURALES CAROLI EMANUELIS I *ſchal. 2. ex Argentina Provana, Franciſci C. de Colleg ve, Gabrielis Dn. de Chaſtellard f.*

1. Emanuel de Sabaud. Eq. S. Mauric. & Laz. M. d'Andorne † æt. 2. — 2. Felix de Sabaud. Dn. de Farillan, *Equ. Melit.* Gubern. Sabaudiæ † 1664. — 3. Mauritius de Sabaud. M. de Riva, occ. 1645. — 3. Gabriel de Sabaud de Riva, Præf. mil Ducis Sab.

BAUDICÆ TAB. V.

, GENEVOIS ET AUMALE.

diæ F. DUX DE NEMOURS, M. de S. Sorlin, C. de Gene-
35. Nov. 1533. *Carola d' Orleans, Ludovici I. D. Longavillæ fil.*

D. | *Johanna, n. 1532, nup.* Nicolao Lotharingo D. Mercur. 1555. † m. Jul. 1568. | Jacobus de Sab. *nothus, Protonotarius Apostol.* † 27. Sept. 1567.

Dux de Nemours, n. 2. Nov. 1572. † 10. Jul. 1632. *Anna Lotharinga Caroli* | Henricus de Sabaud. è *Francisca Rohanæa* genitus. † ...

...pr. 1624. qcc. 30. Jul. 1652. | Henricus de Sab. n. 1625. *Archiep. Remens.* postea Dux de Nemours & Aumale, † 14. Jan. 1659. *Maria d' Orleans, Henrici II. D. Longavill. f. 22. Maji 1657.*
† *19. Maji 1664.*

...ha, n. 21. Jun. 1646, nup. Alphonso V. R. Lusit. 1667, *factóque* ...ri illius Petro Pr. Regenti, postea Regi 1668. † *27. Dec. 1683.* | Franciscus n. 10. Maji † 12. Dec. 1650. | Carolus Amadeus, n. 26. Febr. † 10. Mart. 1651.

...S, TENDE & SOMMERIVE.

A BAUDIÆ è *Bona de Romagnan* liberi *naturales.*

...An- | *Johanna Dn. de Mondidier nup.* Johanni Grimaldo Pr. Monaci. | *Philippina uxor prima* Laurentii Medicæi. | *Claudia desponsata* Luciano Grimaldo Pr. Monaci a. 1509, sed non nupta.

...nci ...ne- | *Margarita, ux.* Antonii Lucemburgici II. C. Briennæ 1535. | Honoratus de Sab. M. de Villars, Gubern. Aquit. Maresc. & Admiralis Franciæ 1572. † 1580. *Francisca de Foix, Alani Vicec. de Castillon, f. & b.* | *Isabella, nup.* Renato du Batarnay C. de Bonchage.

...nup. ...2. | *2. Anna, nup.* 1. Jacobo de Saluces Dn. de Chardé. 2. Antonio de Clermont, M. de Renel. 3. Georgio de Clermont M. de Gallerandes. | *Henrica M. de Villars & Miribel C. de Tende nup* 1. Melchiori des Prez Dn. de Montbesat. 2. Carolo Lotharingo D. de Mayenne. 1576.

...TI DUCIS SABAUD. geniti 1. ex *Lucretia Proba.* 2. è *filia* ...de Languisque M. de Pianezza, *Joh. Thoma C. de Stroppiane Can-*

...no, ...580. | *4. Mathildis M. de Pianezza, nup.* Carolo de Simiane Dn. d'Albigny 1607. † 1639. | *4. Beatrix obiit sponsa* Francisci Philiberti Ferreri M. de Messeran. | 4. Otto de Sabaud. † in juv.

...I. DUCIS SABAUD. susceptí 1. è *Ludovica de Duyn-Mare-* ...ne, *M. Cancell, Sab. f.* 3. è *Maria Margarita de Rossillon M. de Ri-*

...d. M. ...liæ | 3. Antonius de Sab. *Abbas S. Michael. & Altacomba, Decanus Sabaudiæ.* | *3. Margarita, nup.* Francisco Philippo Arestino M. de Lans, † 5. Sept. 1659. | Carolus Umbertus M. de Mulassan. *Claudia Ferrero* Silvio. † 1685. | Ludovico. | Witekindus.
Francisci Philiberti Pr. de Messeran. f.

CAROLUS AMADEUS D. NEMOR. magnitudine animi Ludovico fratri haud absimilis, fortem Regi operam in expugnatione *Curtracci* nec non obsidione *Mardicci* navavit. Exinde civilibus turbis a. 1652 sese implicuit & Condæanas copias junctasque iis ab Hispanis suppetias è Belgio eduxit; illis verò cùm pari potestate præesset Bellofortius, discordia inter Duces, etsi affinitate nexos, oborta est, quam auxit *rivalitas in amore libidinantis fœminæ*, usque adeo, ut duello litem dirimere constituerent; factum id Lutetiæ ad portam Richelianam adscitis ab utroque quinque commilitonibus; *Nemorosius* ab affini Bellofortio globo lethali transverberatus cecidit, *Guichenon. Priol.*

HENRICUS, *postremus* è sua gente *Dux Nemorosii & Aumaliæ* vivente fratre ad Ecclesiasticam vitam destinatus *Archiepiscopatui Remensi* præfuit, quem postea spe propagandæ familiæ abdicavit, & uxorem duxit, vim tamen fatorum non superavit, sed legem eorum præpropera morte implevit. Exinde Ducatus illos ad neptes defuncti è fratre relapsos, Regem anno 1674 emisse, & *Nemorosium* fratri suo Duci Aureliani in supplementum *Apanagii* concessisse è *Mercurio Polito mens. Dec. a. 1683* edocti sumus.

RENATUS COMES VILLARII in Bressia à patre creatus, & licet è pellice genitus *jure naturalium* donatus & per ejusdem testamentum *successionis in Principatu*, si legitimorum suorum filiorum posteritas masc ula defecerit, *capax* declaratus fuit; hoc beneficium postea Dux Emanuel Philibertus *Claudio* Renati filio, novo diplomate confirmavit, quemadmodum *Labunerius in not. ad Memor. Castelli.* T. II. p. 18 & *in Tumulis person. illustr, p. 63* testatur. Sed *Renatus*, cùm Margaritæ Austriacæ ob ingenii sui violentiam fæ vitiamque invisus esset, eaque mariti etiam sui Ducis Philiberti II animum ab ipso alienasset, relicta Sabaudia, cujus *Locumtenens* erat, in Franciam concessit, ibique fortunarum incrementa quæsivit, quæ etiam postquam virtutem suam Regibus Ludovico XII & Francisco I probasset, reperit: a priore enim *præfectura Provinciæ*, ab altero *Supremo domûs regiæ Magisterio* auctus est. Mortem obiit paulò post *Ticinense prælium*, cum saucius multifariam ibi & captivus factus esset.

CLAUDIUS *Comes Tendæ ac Sommeriva* jure materno, & HONORATUS *Villarii Marchio* fratres, patris orbitam prementes, & fortem Galliæ Regibus operam navantes, ad opes dignitatesque in tabula expressas pervenere; *Posterioris* virtus potissimùm enituit in *pugna Iarnacensi & Monconturia*; *Claudius* verò prudenti & fideli *Provinciæ* administratione inclaruit; qua tamen prius quàm de vita decedere coactus est, à filio HONORATO supplantatus, qui ex odio in novercam patrem in aula deferens, ac si Protestantibus faveret, obtinuit, ut Provinciæ præfectura, illi ademta, sibi traderetur. Venit autem postea *Honoratus* eandem in suspicionem, cum mandatum regium de tollendis è medio Protestantibus in Provincia ad exemplum laniena Parisiensis executioni mandare tergiversatus esset, & mortuus est paulò post ex subito morbo non citra suspicionem veneni à seditiosorum emissariis propinati, ceu *Thuanus* (Lib. 52) memoravit. Similem fermè causam mortis, sed genus cruentum magis, habuit illius frater RENATUS B. CIPIERÆ: is enim cum a. 1568 *Nicæa*, quo Ducis Sabaudiæ visendi gratia profectus fuerat, *Forum Julii* venisset, quia favere Protestantibus credebatur, à *Gaspare Villanovano Arcii regulo* ejusque militibus innumeris pugionum ictibus confossus fuit, dehonestato etiam post mortem repetitis vulneribus cadavere, quemadmodum modò citatus autor (*Lib. 44*) retulit.

PHILIPPINUS, *Emanuelis Philiberti Ducis nothus*, sola morte sua inclaruit, quæ illata ei est à *Carolo Crequio* in duello, cujus causas & Historiam *Thuanus Hist. L. 123* prolixè recensuit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ LOTHARINGICÆ.

LOtharii regnum sive *Lotharingia*, per omnem, qui *Mosam* inter *Scaldimque* ac *Rhenum* patet, tractum protensa, ex quo mortuo sine prole legitima *Lothario Juniore, à Ludovico Germanico* adversus *Carolum Calvum* Galliæ Regem vindicata, tandémque ab Imperatoribus Saxonicæ stirpis cum Germania æternis legibus conjuncta fuit, peculiares habuit Duces, qui *bipertitam* in *Superiorem*, *Mosellanicam* ab amne, quo alluitur, dictam, & *Inferiorem*, qua Scaldim versus se exporrigit, vicaria primum potestate moderati sunt, posteà absolutam usurpantes, hæreditarii juris fecerunt, *Mosellanica*, quæ *Lotharingiæ* nomen hucusque servavit, præfuisse legitur post alios, quorum historia incerta multisq; difficultatibus obstructa est, *Albertus, Comes Namurci* plurib⁹ scriptoribus dictus, à *Blondello* autem ab *Alsatica* stirpe derivatus, & frater nuncupatus GERARDI, quem illi a. 1047 interfecto Imperator *Henricus* III in Ducatu Lotharingiæ surrogavit. Ab hoc *Gerardo* familia Lotharingorum defluxit, & serie continua, ceu è tabulis sequentibus liquet, deduci potest. De origine verò ipsius diu magna inter Scriptores controversia fuit, nostraque demum ætate Genealogorum, in primis *Hieronymi Vignerii*, industria claris argumentis demonstratum est, a priscis Alsatiæ Ducibus *Gerardum* sanguinem duxisse atque adeo *Lotharingos* communia cum *Austriacis* incunabula habere. Scriptum, quo *Vignierius* id explicuit, & totius gentis originem ac stemma deduxit, probationibusque ac documentis firmavit, diu mihi frustra quæsitum, sed tandem singulari studio popularis nostri, nunc in Gallia agentis, *Christophori Alberti Pœmeri* (neque enim intra privati affectus carceres coërceri se diutius patitur tam suavis, tam pulchre de hoc opere merentis amici nomen) repertum, *Lutetiæ* a. 1649 prodiit, hunc ostentans titulum: *La veritable origine des tres illustres maisons d'Alsace, de Lorraine, & Austruche, de Bade, & de quantité d'autres* etc. Ducitur ibi initium Alsaticæ familiæ ab *Archinoldo*, Magistro Palatii sub Rege Clodoveo II patre *Leudesii* eodem amplissimo munere sub Theodorico III functi, & avo *Adalrici Ethiconis*. Hic fertur habuisse in matrimonio *Berswindam*. Hymnichildæ, quæ Regis Franciæ & Austrasiæ Chilperici uxor erat, sororem, hujusq; affinitatis gratia à dicto Rege *Alemanniæ* Ducatum, *Alsatiam*, *Sueviam* & *Germaniam superiorem* complexum, accepisse. & sedem in villa regia *Ehenheim* fixisse. Filii eidem tribuuntur *Adalbertus, Ethico, Hugo*, & *Bataco*, à quibus singulis progenies orta est, longissima ab *Ethicone*, patre *Alberici* comitis; eo natus *Eberardus* ex *Adalinda* uxore sua genuit *Hugonem*. Hoc & *Hildegardi* prosati sunt *Eberardus* Comes Alsatiæ, *Hugo* Comes Egensheimii & *Guntramus*, *Dives* cognominatus, Comes Vindonissæ & Altemburgi. Huic *Guntramo* scilicet, filii assignantur *Landelinus*, Comitum *Habspurgi* & Archiducum *Austriæ*, nec non *Berchtilo* Ducum *Zeringiæ* & *Teccii*, præterea quæ Marchionum *Hochbergæ* & *Badæ* satores. Ab *Hugone* Comite Egensheimii, Comites *Dagsburgii* ac *Mohæ* derivantur. *Eberardus* autem *Gerardum* Comitem Metensem *Sigfridi* a. 1017 occisi genitorem, & Adalbertum Alsatiæ Comitem procreavit. Ab hoc prodiere *Gerardus* II & *Albertus*. Huic Imp.

FAMILIÆ LOTHA

DUCES LOTHARINGIÆ, (

GERARDUS AB ALSATIA, DU
† 1070. *Hadrvvidis de Namur.*

Theodoricus II. Dux Lotharingiæ † 1115. *Gertrudis Roberti Frisonis C. Flandriæ f.* — *Ida, nup.* Radepo burgi.

Simon I. Dux Lotharingiæ † a. 1129. vel 1139. *Adelheidis, Gerardi C. Supplenburg. f. Lotharii Imp. soror.* — Gerardus Comes. — Henricus *Episc. Tull.* — *Gertrudis, uxor prima* Amadei II. C. Mauriennæ. — *N. nup.* Bernardo de Brancion.

Matthæus I. Dux Lotharingiæ † 1176. *Bertha, Friderici Ducis Sueviæ fil.*

Balduinus.

Adalbero, *monachus Clarevall.*

Com. Burgundiæ. — *Agatha, nup.* Reginaldo

Robertus DN. de FLEURANGES. ⊙ — *Ux. incomperta.*

Helvvidis.

Walchenus Dn. de Gerbevillier. — *Anna d' Horaubourt.*

1. Laurentia, nup. 1. Henrico de Limbourg. *2.* Ivetio d'Aoſt. *3.* Rudolpho de Vermandois. *4.* Henrico de Namur.

2. Philippus Comes Flandriæ † 1191. *ex 1. Isabella de Vermandois. 2. Theresia Lusitana.*

Simon II. Dux Loth. † 1207. *ex. Ida de Vienne Humberti II. Dom. de Coligny vid.*

Fridericus I. Com. Bitſchii & poſt fratrem Dux Lothar. † 1208. *Ludomilla de Polonia, Miecesłai Ducis fil.*

Judith nup. Stephano I Com. Auxonnæ.

Theodoricus *Episc. Met.*

Matthæus Com. Tulli, *Ida Comit. Bononiæ.* ⊙

Aliſa, nup. Hugoni III. Duc. Burg. 1170.

Fridericus II. Dux Lothar. † 1213. *Agnes, Theobaldi C. Barr. f.* † 1224.

Matthæus *Episc. Tull.*

Theodoricus cogn. l'Enfer.

Philippus Dn. de Gerbevillier.

Judith nup. Henrico II. C. Salm. Ardennat.

Agatha Abbat. Remiremont

Theobaldus I. D. Lothar. *Gertrudis, Alberti C. de Dagsbourg. & Metʒ f.*

Matthæus II. Dux Lothar. † 1259. *Catharina, Valerani D. Limburg. fil.*

N. nup. Simoni Com. Saræpontano.

Aliſa, nup. 1. N. Com. Kiburgi 2. Gualtiero de Vignory.

Jacobus *Episc. Metenſ.* † 1262.

Laura, nup. 1. Johanni de Dampierre C. de S. Dizier, 2. Wilhelmo II. de Vergy, Dom. de Mirebeau.

Fridericus III. D. Lothar. † 1303. *Margarita Theobaldi C. Campan. R. Navarræ f.*

Buchardus *Episc. Metenſ.*

Iſabella, nup. 1. Wilhelmo C. Viennæ, 2. Johañi de Chalon Dn. de Rochefort.

Theobaldus II. Dux Lothar. † 1312. *Iſabella de Rumigny.*

Matthæus, ſuffocatus in aquis 1281. *ex. Aliſa, Theobaldi II. C. Bar. f.*

Fridericus *Episc. Aurelian.* † 1299.

Margarita nup. Henrico III. C. Valdemont.

Fridericus Dn. de B *Margarita, Henr mont. f.*

Fridericus IV. Dux Lotharing. † 1328. *Iſabella, Alberti I. Imp. f.*

Maria, nup. Guidoni de Chatillon, Dn. de la Fere.

Margarita, ux. N. Comitis de Chiney.

Matthæus, Dn. de Fleurines, † *ex. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ f.*

Hugo Dn. de Rumi ſuffoc. in ſtagno *Margarita de Beaun*

Rudolphus Dux Lotharing. occ. in pr. Creſciac. 1346. 1. *Leonora de Bar, Henrici IV Com. Bar. f. Chatillon, Guidonis C. de Blois f.* 2. *Maria de*

Margarita de ſpon. Wenceslao R. Bohem. *nup.* Ulrico de Ribaupierre.

Fridericus Comes de Luneville.

Theobi *Tre*

Johannes Dux Lotharingiæ † 27. Sept. 1382. 1. *Sophia, Eberhardi Com. Wirtemberg. f. 1361.* 2. *Margarita, Ludovici de Chiney & Los f.* † 1372.

Carolus I. cogn. Audax, Dux Lotharingiæ † 1430. *Margarita Palatina, Ruperti Imper. fil.*

Ludovicus. Rudolphus. Carolus. obiere in infantia.

Catharina, nup. Jacobo M. Badæ.

Iſabella, uxor Renati Andini Regis Neapolit.

RINGICÆ TAB. I.

COMITES VALDEMONTII.

X LOTHARINGIÆ creatus a. 1043.

oto Com. Alten- | Gerardus COMES VALDEMONTII † 1120. *Heilvidis Dagsburgica.*

Theodoricus COMES FLANDRIÆ † 1168. 1. *Swanahildis de Clermont.* 2. *Sibylla, Fulconis C. Andegav. post Regis Hierosol. fil.*

Gisela, nup. Rinaldo Com. Barri.

Hugo I. Comes Valdemontii. 1. *Aigelina, Hugonis II. D. Burg. fi.* 2. *Anna Lotharinga.*

2. Matthæus Comes BONONIÆ. *Leonora de Vermandois.*

2. Balduinus † juv.

2. *Margarita, Comes Flandriæ nup.* Balduino IV. Com. Hannoniæ.

2. *Gertrudis, ux.* 1. Lamberti de Montaigu, 2. Hugonis d'Oisy.

2. Gerardus, *Præpositus S. Donati.*

2. Balduinus, *Episc. Terwanensis.*

2. Petrus, el. *Episc. Cameracens.* quo electo dictus Com. Niv. duxit *Mathildem de Burgundia, Roberti II. Com. de Dreux vid.*

Gerardus II. Comes Valdemont. *Gertrudis de Joinville.*

Ulricus.

Eudes, *Archidiaconus, post Episcop. Tullens.* † 1192.

Hugo *Eqv. Templ.* † 1167.

Sophia, ux. Henrici D. Limburgi.

Philippus I. Dn. de Fleuranges.

Ida Comes Bononiæ, nup. 1. Matthæo C. Tulli. 2 Gerardo C. Geldriæ, 3. Bertholdo D. Zeringæ, 4. Renaldo de Dammartin.

Mathildis ux. Henrici Duc. Brabantiæ.

Hugo II. C. Valdem. *Helvidis Sarepontana.*

Eudesius.

Gerardus *Episc. Tull.* † 1218.

Fridericus.

Renardus.

Ægydius Dn. de Fleuranges & Passavant. *Alisa de Passavant.*

Philippus *Epis. Met.* † 20 Dec. 1297.

Haibla, nup. Johanni Dn. de Maresh.

Hugo III. C. de Valdemont. † 1241. *Margarita Novocastrensis.*

Godofredus Dn. de Gondrecourt.

Theobaldus, *Archidiac. Tull.*

Renaldus Com. de Chastel per uxorem N. *Henrici C. de Chastel, fil.*

Robertus II. Dn. de Fleuranges. *Helvvii.*

Henricus I. C. Valdemont. *N. de Villehardouin.*

Gerardus *Canon. Tull.*

Catharina, uxor Richardi Com. Montispelicardi.

Philippus II. Dn. de Fleuranges. *Alisa de Septfontaines.*

Henricus II. C. de Valdemont. *Helisenda de Vergy.*

Jacob' N. *de Sarrebruk.*

Guido, *Canon. Tull.*

lemencourt. *Agnes* C. de Blamont.

Johannes *monialis.* Tulli.

Philippus III. Dn. de Fleuranges.

Johanna, nup. Godofredo de Randesch.

Henricus III. C. Valdemont. *Margarita Friderici III. D. Lotharing. fil.*

Ludovicus

Margarita, nup. 1. Johannis de Joinville, 2. Erardo II. Dn. de Nantueil.

ngny, *ux.* Erardo de Bar Dn. de Pierrepont

Isabella, nup. Theobaldo *Archiepisc. Trevir.*

Robertus III. Dn. de Fleuranges † *ux. Diana de la March.*

Lisa, nupta Colardo de Lenócourt

Henricus IV. Com. Valdemont.

Margarita Comitissa Valdemontii nup. Anselmo Dom. de Joinville.

ldus *Canonic. Trevir.*

Albertus *Canonic. Leod.*

Anna in nupt.

Elisabetha nup. N. C. de Zaringhen,

Agnes, ux. Ludovici Gonzagæ.

Henricus V. Dn. de Joinville Com. de Vaudemont. *Maria de Luxembourg.*

Margarita Dom. de Joinville, Comit. de Vaudemont, nup. 1. Johanni Burgundo Dn. de Montagu, 2. Petro C. Genevæ, 3. Friderico Lotharingo.

FRIDERICUS COMES VALDEMONTII Vid. Tab. seq. II.

Isabella, nup. 1. Engerrando de Coucy, C. Suessionis, 2. Stephano Duci Bavariæ.

Fridericus, *nothus,* Dn. de Bilstein.

Johannes *nothus.*

Fridericus de Luneville, *nothus.*

Catharina, notha.

Isabella, notha. nothus.

Henricus III a. 1045 post Gothelonis Lotharingiæ Ducis obitum *Mosellanicum* Ducatum contulit, post triennium a Godofredo Gothelonis filio, ea propter trucidato; quare Imperator Ducatum in GERARDUM III, *Gerardi* II gnatum, transtulit. Ab isto familia Lotharingica omnis defluxit, quemadmodum è tabulis ipsis patebit. Insignium loco ab omni memoria usa illa est *baltheo rubeo, solo aureo inducto, & tribus aquilulis argenteis insignito.*

THEODORICO *Duci Lotharingiæ* animi firmitas & virtus bellica, qua sua ætate præcellebat, cognomentum *Fortis* peperit. Conjugium, quod idem cum *Gertrudi Flandrica* contraxit, familiæ suæ ad majora incrementa robur ansamque præbuit: mortuo enim a. 1119 absque liberis *Balduino Comite Flandriæ*, cui cognomen à *la hache* fuit, *Roberti Frisionis* è filio *cognomini* nepote, cum Comitatus ex ipsius testamento ad *Carolum Danum* amitinum suum, utpote *Adela Roberti Frisionis gnata* & *Canuti Regis Daniæ* uxore genitum, perveniisset, hunc verò sceleratæ sicariorum manus truculenta & indigna nece a. 1127 è medio sustulisset, Rexque Galliæ *Ludovicus* VI Flandriam *Wilhelmo Nortmanno, Mathildæ, Roberti Frisionis* sorore, nato addixisset; Flandri, quorum odium iste avaritia, superbiaque sua brevi contraxit, THEODORICUM *Alsatum*, gradu propiorem, & *Balduini* itidem amitinum, evocarunt, qui cum exercitu repente in Flandriam se contulit, & *Wilhelmo Nortmanno* in *Alosti* obsidione occiso Comitatum sibi asseruit; ejusdemque regimen, cum a. 1139 in Palæstinam socero suo opem laturus, proficisceretur, uxori suæ tradidit; vita vero defunctus PHILIPPUM filium successorem habuit. Hujus in obsidione *Ptolemaidis* absque sobole mortui hæreditatem *Margarita* soror ipsius crevit, eandemque marito suo *Balduino IV Hannoniæ Comiti* attulit, qua via Flandria ad veros dominos suos rediit; hujus enim *Balduini* avus *cognominis* à *Roberto Frisione* patruo suo dejectus fuerat, quemadmodum *Paulus Æmylius de rebus gestis Fr.* sub finem *Lib. III* fusius refert.

ROBERTUS à *Matthæo I Duce Lotharingiæ* fratre suo loco *apanagii* dynastiam *Fleurranges* accepit, lineamque condidit, quæ quoad mares in ipsius trinepote *Roberto* III defecit: habuit verò is sororem ac hæredem *Elisabetham*, quæ Florangium *Colardo Lenoncurio* marito suo attulit, gnatamque unicam post se reliquit *Johannam*, cum qua dominium illud ad *Johannem de Marley Dominum de Saulcis* & demum cum hujus nepte in *Marcanam* familiam transiit.

MATTHÆUS, *Friderici I. Comitis Bitschii*, qui per abdicationem *Simonis* II fratris sui monasticam amplexi, *Dux Lotharingiæ* factus est, filius secundo genitus Clericatu susceptо *Episcopatum Tullensem* obtinuit; eo verò iterum submotus fuisse fertur, postquam moniali in monasterio *Espinal* vitium intulisset, è quo stupro nata fuit filia *Alisa*, quæ patre a Duce *Theobaldo*, fratris sui filio, vita privato in Germaniam una cum marito suo *Gerbevillerio* migravit. Ejusdem farinæ fuit FRIDERICUS, *Friderici III Ducis* filius *Aurelianensium* Antistes, quem a viro nobili, cujus cum uxore stupro coiverat, interfectum esse memorant, *Vignier*.

De obitu THEOBALDI I *Ducis Lotharingiæ* variant scriptores, nam nonnulli eum in prælio *Bovinensi*, a. 1214 inter Imperatorem *Ottonem* IV & Regem *Philippum Augustum* commisso, occubuisse tradunt; alii verò ipsum in hoc prælio tantum vulnerarum fuisse, eidemque sexennio superfuisse, atque anno demum 1220 supremum diem expleviisse perhibent.

THEOBALDUM II *Ducem Lothar.* prælio *Cutracensi*, quo Rex *Philippus Pulcher* gravem a *Flandris* cladem a. 1302 accepit, interfuisse, cum *Henrico Comite Valdemontio* sæpius belligeralle, tandemque Imperator *Henrico* VII Florentiam oppugnanti strenuam operam navando mortem opperiisse memorant.

FRIDERICUS IV *Dux Lotharingiæ* Friderico Pulchro Austriaco affini suo in bello, quo cum Ludovico Bavaro de imperio decertavit, multam operam præbuit: domi etiam suæ acre cum *Regualdo Episcopo Metensi* & *Eduardo Comite Barri* bellum gessit, idque varia fortuna: namque cladem, quam apud castrum *Pruney* illis intulit, vicissim, cum *Metim* oppugnare cœpisset, ab iisdem accepit. Vitam denique pro Rege *Philippo Valesio* profudit, quod in Flandria, cùm apud *Cassetum* Gallos inter ac Flandros atrocissimè pugnaretur, contigisse ferunt.

JOHANNEM *Ducem Lotharingiæ* Lutetiæ veneno è medio sublatum esse Vignerius refert, cùm ob vim *Novocastrensibus* illatam à Parlamento dies ipsi dicta fuisset.

CAROLO I *Duci Lotharingiæ* animus interritus intrepidusque, cujus egregia specimina in diversis Europæ oris edidisse prædicatur, *Audacis* cognomentum peperit. Mortem ejus acris de successione in Ducatum Lotharingiæ contentio excepit: nimirum cum sequioris tantum sexus liberos superstites reliquisset, *Antonius Comes Valdemontius*, nepos ipsius ex fratre, Ducatum gentilitio jure suum prædicabat, Carolique filiam excludendam; *Renatus Andinus* verò, qui illius gnaram natu minorem in conjugio habuit, ius uxoris cognatinnisque defendebat, *Badensi Marchione*, cui natu major nupta erat, quiescente. Utraque pars prætensioni suæ præsidium quærebat à decreto Ordinum Lotharingiæ a. 1425 *Nancii* promulgato, quo statutum fuit, ut pro more hucusque observato maribus deficientibus ad filias successio devolveretur. Id dum ex suo sensu uterque interpretatur, ad arma tandem deventum est: *Valdemontius* auxiliis *Philippi Ducis Burgundiæ* subnixus, *Andinum* pugna decretoria apud *Bulnevillam* a. 1431 fusum fugatumque cepit, nec dimisit, nisi re transacta & factis sponsalibus inter filium suum *Fridericum* & *Jolantham Andini* gnatam. Hoc pacto Lotharingica domus aviti Ducatus possessionem sibi vindicavit: *Isabella* enim & *Andino*, nec non filio eorum neque defunctis, *Jolantha* omne parentum suorum in Lotharingiam jus aliaque, ceu posteà dicetur, ad *Valdemontios* transtulit.

AD

AD TAB. II.

FRIDERICUS LOTHARINGUS per conjugium cum hærede familiæ *Joinvillea* non avitam tantum ejus dynastiam, *Joinvillam* scilicet, acquisivit, sed etiam Comitatum *Valdemontium*, qui non ita multo antea à Lotharingis ad Joinvilleos transierat, in familiam suam reduxit. Idem *Carolo* VI R. Gall. operam suam in bello Anglico diligenter ac fortiter commodavit, vitamque ei in pugna *Azincurtiana* impendit.

ANTONIUS C. VALDEM. vir fortis, pugnax, ac lacertosus fuisse prædicatur, quippe qui octo prœliis egregia fama interfuit, & *Barbasium* prævalidum bellatorem & pro invicto habitum singulari certamine superavit & neci dedit. Factum id est a. 1431 cum adversus *Renatum Andinum* pro Ducatu Lotharingiæ acie decerneret, de quo bello paulo ante dictum fuit. Uxorem accepit opulentam, utpote quæ præmaturo fratris sui unici, *Johannis de Harcourt C. d' Aumale* obitu familiæ suæ hæres una cum sorore sua *Johanna*, *Johanni Dn. de Rieux* nupta, facta est. *La Roque Hist. fam. Harcurt.*

RENATO nemo Ducum Lotharingiæ potentia & ditionum amplitudine par fuit: etenim post obitum avi sui materni *Renati Andini*, non avito tantum Ducatu pleno jure potitus est, sed & *Barrensem* Ducatum cum Marchionatu *Mussipontano* & Baronatu *Guisiæ* ex ejusdem hæreditate percepit, *jus* prætereà quod Andini *in Regna utriusque Siciliæ, Hierosolymorum, Arragoniæ*, nec non *Ducatum Calabriæ* & *Comitatum Barcinonensem* sibi arrogaverant, in se transtulit, eaque propter symbola regnorum illorum una cum *Barrensi* scuto suo inseruit. Porro post aviæ suæ paternæ mortem *Harcurtianæ* etiam *hereditatis medietatem* crevit; inita enim a. 1493 cum *Johanne Dn. de Rieux*, è matertera sua nato, divisione, factaque fortitione accepit Comitatum *Aumalium*, dynastias *Quatremares* & *Routot* nec non Baronatus *Elbeuf* & la *Saussage* è Comitatu Harcurtiano, qui *Rieusio* obtigit, excerptos. Huic pollentiæ magnam addidit gloriam *Renatus* bello quod cum *Carolo Pugnace Burgundiæ Duce* acerrimo ac potentissimo hoste infelici initio, sed meliore eventu, gessit: hunc enim à quo oppressus & ipsa metropoli ac fede sua exturbatus fuerat, vicissim conjunctis cum Helvetiis, quos ille itidem temerè lacessiverat, copiis suis, tribus prœliis superatum, opibus, viris denique & vita privavit, defunctum tamen luxit, ejusdemque repertum corpus magnifico funere *Nancii* extulit. Eduabus, quas idem ille habuit, uxoribus prior *Johanna Harcurtia*, non fato suo divulsa ab illo fuit, sed per divortium à Curia Romana approbatum, cui an sam prædixit mulieris sterilitas & deformis ac pravus corporis habitus. A. 1506 testamentum *Renatus* condidit, quo ditionum suarum hæredes nuncupavit *Antonium* ac *Claudium* filios suos, prætericis cæteris ad vitam Ecclesiasticam destinatis, illosque eorum que liberos masculos, casu quo alterutrius posteritas deficeret, sibi invicem substituit.

ANTONIO *Duci Lotharingiæ* Rex *Francisco* I operæ in prœlio *Mariguano* sibi fortiter ab ipso navatæ, insigne præmium contulit, transferendo in eum jus *Suprematus* in *Joinvillam* & *Castrum ad Mosellam*, quod Rex *Ludovicus* XI à *Renato Andium Duce* LX mille libris Coronæ paraverat, atque exprimendo doni hujus rati habitionem à suprema Curia, quæ bona Coronæ propria alienari posse negabat. Magna prætereà ad famam atque existimationem *Antonii* accessio facta est, postquam a. 1525 rusticorum per Alsatiam rebellium insolentiam ac furorem fregit, eosdemque ad obsequium reduxit. In divisione ditionum cum fratre *Claudio* facta sibi præter Ducatus *Lotharingiæ* & *Barri* Marchionatum *Mussipontanum*, Comitatum *Valdemontium* & dynastiam *Blammont* una cum juribus in regna superius memorata attributi, reliquas verò ditiones, quæ maximam partem in Gallia sitæ erant, *Claudio* concessit; cum uxore porrò sua Baronatum *Mercœur* in *Arvernis* dotis loco accepit. Denique cum *Ferdinando I Imp.* a. 1542 transactionem, quatenus Imperio obnoxius esse debeat, inivit, de qua legi potest *Limn. Jur. Publ.* L. 5. c. 10.

JOHANNES *Lotharingus* ad *Ecclesiasticam* vitam destinatus, à pronatruo in *Coadjutorem Episcopatus Metensis* quadrimus, dispensante *Papa Alexandro VI* adscitus, processuque temporis quam plurimis Ecclesiis præfectus fuit; videlicet *Fullensia*. 1517, *Morinensi* 1518, *Narbonensi* 1520, *Verodunensi* 1523, *Lucionensi* 1524, *Valentinensi* & *Remensi* 1533, *Lugdunensi* & *Albiensi* 1536, imò & *Diensi*, *Matiscon ensi*, *Nannetensi* & *Agennensi*. Ex his tres optimas retinuit, *Tullensem* nimirum, *Albiensem* & *Narbonense*. Præfuit etiam *Abbatiis Georgiensi*, *Fiscanensi*, *Cluniacensi*, & huic quidem primus secularium. A *Leone* X rogatu Regis *Francisci* I cum *purpura Diaconatum S. Onuphrii* absens, & *Legationem Lotharingiæ* obtinuit d. 28 Maji 1518. De ipsius obitu ita *Thuanus Hist. Lib. VI*: *Johannes Lotharingus Cardinalis dum Roma, ubi electioni Julii III Pontificiis interfuerat, in Galliam revertitur, in itinere Noviani ad Ligerim vico, cum canare, apoplexia correptus obiit, solo voluptatum ministerio & stolida liberalitate Francisco carus, quibus justam Regis indignationem erga Claudium fratrem conceptam olim mitigaverat.*

LUDOVICUS *Lotharingus* anno ætatis octavo *Verdunensem Episcopatum* obtinuit, quem posteà fratri *Johanni* tradidit, atque assumpto *Comitis Valdemontii* titulo militarem vitam amplexus est; mortem verò maturè in expeditione Neapolitana peste correptus obiit.

FAMILIÆ LOTHA

DUCES DE LORRAINE, DE

FRIDERICUS DE LOTHARINGIA, Johannis Ducis DE JOINVILLE per uxorem *Margaritam Henrici* buit in prælio *Azincurtiano*, a. 1415. d. 25. Oct.

Antonius C. de Vaudemont B. de Joinv. † 1447. *Maria, Johannis VII, C. de Harcourt & de Aumale fil.* 1417. † 19. Apr. 1476.

Fridericus Dn. de Rumigny.

Fridericus C. Vaudem. & Joinv. † 1470. *Yolanda Andina, Renati R. Neap. & Ducis Barr ac Lotharing. f.* 1444. † 1483.

Johannes C. de Harcourt.

Philippus † inf.

Ludovicus † juv.

Renatus DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, M. de Pontamousson C. de Vaudemont, Harcourt, Guise, Aumale, B. de Joinville, Mayenne, & Elbœuf, † 8. Dec. 1508. *1. Johanna de Harcourt, Wilhelmi C. de Tancarville f. 1471. 2. Philippina Adolphi D. Geldriæ f. 1485.*

Carolus, Petrus, Nicolaus, Johannes, Henricus, hi quinque intra pubertatis annos decesserunt.

2. Carolus, n. 26. Aug. 1486. † puer.

Franciscus, n. 5. Jul. 1487. † 1488.

Antonius Dux Lothar. & Barri n. 4. Jun. 1489. † 15. Jun. 1544. *Renata Borbonia, Gilberti C. Monpenser. f. 1. Jan. 1515.*

Anna, n. 9. Dec. 1490. † puella.

Nicolaus, n. 9. Apr. 1492. † puer.

Isabella n. 2. Nov. 1494. † inf.

FRANCISCUS DUX LOTHARING. ET BARRI. Vid. Tab. seq. III.

Nicolaus C. de Vaudemont, DUX DE MERCOUR *dana, Johannis Pr. Gavere f. 1549, 1. Maji, † 10. 1555, 24. Febr. † 4. Jul. 1568. 3. Catharina Lotharing.*

1. Maria, n. 9. Feb. 1550. † inf.

Catharina, n. 26. Febr. 1551. † puella.

Henricus, n. 9. Apr. 1552. † puer.

Aloisia, n. 1553. nup. Henrico III. R. Gall. 1575. † .. Jan. 1601.

2. Philippo Emanuel D. de Mercœur, n. 1559. † 19. Febr. 1602. *Maria Lucemburg. Schastiani D. de Penthievre fil. & hær.*

Carolus *Cardinalis* Valdemontius dictus, n. 2. Febr. 1562. † 11. Octob. 1587.

Philippus, n. 1591. † 1592.

Franciscahæres Ducatuum Mercœur & Penthievre, nec non Vicec. Martigues, n. 1592. nup. Cæsari D. de Vendôme m. Jul. 1609. † 8. *Sept. 1669.*

ARINGICÆ TAB. II.

BAR ET DE MERCOEUR.

Lotharingiæ F. COMES DE VAUDEMONT, BARO
C. *Valdemontii & B. Joinvillæ* filiam ac hæredem, occu-

Carolus Dn. de Bovines. | Johannes Dn. de Fleurines. | *Isabella nup.* 1. Philippo C. Nassov. Saræp. 2. Henrico C. Blamont.

Henricus *Episc. Theruan. & Metens.* † 1505. 28. Oct. | Carolus † inf. | *Margarita, nup.* Antonio Crojo C. Porceani. | *Maria, uxor* Alani X. Vicec. Rohani. | *Catharina, monialis.*

Johanna, nup. Carolo Andino C. du Maine post R. Neap. 1473. | *Jolanda, ux.* Wilhelmi Landgr. Hassiæ. | *Margarita, nup.* Renato D. Alenzonio 1488, eoque mortuo monialis † 1521.

Claudius DUX DE GVISE Vid. Tab. IV. | Johannes, n. 9. Apr. 1498. *Episc. Tull. & Alb. Archiepisc. Narbon. S. R. E. Cardinalis* † 10. Maji 1550. | Ludovicus C. Valdemont. n. 27. Apr. 1500. † 1527. | *Claudia, n.* & † 23. *Novem. 1502.* | *Catharina, n.* & † 23. *Novemb. 1502* | Franciscus, n. 23. Jun. 1506. C. de Lambesque occ. ad Paviam 1525.

, Par Fr. n. 1519. † 23. Jan. 1577. *1. Margarita Egmon- art. 1554. 2. Johanna Sabauda, Philippi D. Nemoros. fil. Claudii D. Aumalii f. 11. Maji 1569.* | *Anna, n. 25. Jul. 1522. nup. 1.* Renato Nassov. Pr. Arauf. 1540. 2. Philippo Crojo D. Arschotano.

ohannes, n. 14. Sept. 1563. † puer. | *Margarita, n.* 14. *Maji 1564. nup.* 1. Annæ D. Joufæ 1589. 2. Francisco Lucemb. D. de Piney. | Franciscus M. de Chaussins n. 15 Sept. 1567. † 27. 1592. | 3. Henricus C. de CHALIGNY, n. 31. Jan. 1570. † 1601. *Claudia, Caroli B. d. Mouy, f. & h.* | *Christina n. 24. Septem. 1571.* † | Antonius n. 27. August. 1572. † | *Aloisia, n. 27. Mart. 1575.* | Ericus, n. 14. Mart. 1576. *Episc. Verodun.* post *Capucinus.*

Carolus *Episc. Verodun.* post *Jesuita 1621.* | Henricus C. de Chaligny M. de Mouy. † 1670. | Franciscus, n. 15 Jannar. 1595. *Episc. Verodun. Decan. Colon. & Argentor.* † 11. August. 1661. | *Aloisia, nup.* Florentio de Ligne M. de Roubais † 15. Nov. 1667.

eria, notha, nup. Francisco Alberto de Choiseul, Dom. de Fremesdorf.

NICOLAO *Lotharingo Valdemontio* quinquenni *Johannes* patruus *Episcopatum Metensem* cessit, sed retentis fructibus, quod posteà Concilio Tridentino resciſſum fuit. Cum tamen ille annum ætatis vicesimum attigisset, *Antistes Metensis* est nuncupatus; verum eo ipso ad seculum reversus, *Johanni* Episcopatum reddidit. A Rege *Carolo* IX a. 1569 *regni Patricius* creatus est, *Mercuriano* Baronatu in *Ducatum* & *Pariatum* erecto.

PHILIPPUS EMANUEL DUX MERCURII auctus hæreditate soceri sui, necnon *Armoricæ* præfectura, quam grandi pecunia à *Monpenserio* ejusque nepote *Dumbarum Principe* redemptam, abindulgentissimo Rege sororio suo acceperat, ingens momentum *Henoticæ* factioni, cum ei licet haud inter primos accessisset, attulit, unde etiam primarium armorum robur in bellis illis civilibus secundum Meduanium penes ipsum fuit, meruitque magnum laudis decus *Gratumnensi* prælio, quo a. 1592 *Contium* & *Monpenserium* regias copias ductantes profligavit. Elati ac pertinacis ingenii, quod *Thuanus (Hist.* L. 81) ei tribuit, documentum eo præcipue dedit, quod postremus omnium suæ factionis, nec nisi ultima necessitate compulsus, cum *Henrico IV. Rege* in gratiam redierit, pacemque fecerit. Ægrè tamen ferens in ordinem cogi, ulcro militiæ *Ungarico-Turcicæ*, tum flagranti, nomen dedit, in ea potius procul à patria, dilectissima conjuge, & unica filia opulentissimorum bonorum hærede, certus consenescere, quàm ignavo otio domi marcescere, aut committere, ut gloriam jam partam & secuturam inertis aulæ fumis posthabuisse videretur, ut *citati autorii* verba è Lib. CXXVII. mea faciam. Delatus itaque anno seculari in Ungariam & susceptа suprema armorum Cæsareorum præfectura, ut erat fortis ac prudens, & cunctantior natura, ubi periculum instaret, in eo autem discutiendo solers & præsenti animo, rem benè ac laudabiliter inprimis ad *Albam regalem* gessit, cumque a. 1602. reditum in Galliam pararet, Cæsari fidem obstrinxit, fore, quàm primum res domesticas ordinasset, ut ad bellum in Pannonia gerendum potinus reverteretur; sed quo minus fidei datæ & tam laudabili desiderio satisfaceret, inopinata morte, quæ revertentem *Noribergæ* oppressit, prohibitus est.

CAROLUS *Lotharingus* dictus *Cardinalis Valdemontius*, *Tullensis Episcopus* primò, deinde *Verodunensis* ac *Rom. Eccl. Cardinalis* absens ad Regis *Henrici III.* sororii sui preces à *Gregorio XIII.* a. 1572. creatus est. Sub Sixto V. *Diaconus* præfuit Ecclesiæ *S. Mariæ in Dominica*, mox *Presbyter S. Trinitatis in monte Pincio*: inter *Equites Ordinis S. Spiritus* à dicto Rege a. 1583 adscriptus fuit. Decessit *Tulli* in *Leucis*, cùm paulò ante obitum Ducem Guisium ad bellum Bullionio inferendum concitasset, & perniciosæ regno fœderationis, quæ sub Cardinalis Borbonii nomine à Guisio fovebatur, vicarius declaratus fuisset. *Ciacon. Hist. Cardin. P. I V. Thuan. L. 87.*

HENRICUS *Lotharingus Chalinius* Henoticæ in Gallia factioni ad exemplum fratrum suorum se applicuit, armaque adversus Regem Henricum IV. tulit, à quo a. 1592. in Picardia oppressus, atque à *Cicoto* insigni scurra aulico, sed pugnacitatis notæ homine, post multos suorum occisos captus, persolùto autem lytro à Rege dimissus fuit. (Vid. *Thuan. Lib.* 102.) Posteà in militiam Hungaricam unà cum Duce Mercurio fratre suo profectus, Equitatum rexit, & *Viennæ* fatis concessit.

HENRICUS *Moviaci Marchio* ætatem extra cancellos conjugii transegit, moriensque pronepotem è sorore, filium scilicet secundogenitum *Caroli Lamorali Pr. Ligniaci*, hæredem scripsit. De *filia naturali*, quam in tabula ipsi tribui, fateor, non satis exploratum mihi esse, ex *Henrico* ne illa, an ex aliquo fratrum suorum nata fuerit: in Genealogia enim *Chæselia* nomen parentis *Mariæ* expressum non inveni.

FRANCISCUS *Lotharingus* Episcopatum *Verodunensem* per abdicationem fratris sui CAROLI, *Jesuitarum* societatem amplexi, a. 1612 accepit; post duodecennium verò, cum ædificationem arcis in vertice *Veroduni*, auspiciis Regis Galliæ cœptam, impedire non valeret, relicto Episcopatu ad Cæsarem se contulit, eidemque pedo cum ense commutato usque ad pacificationem Monasteriensem militavit. Demum a. 1654 à Rege *Ludovico* XIV in Episcopatum vigore *articuli 45 Instrumenti pacis* restituтus fuit.

AD

AD TAB. III.

FRANCISCUS *Dux Lotharingiæ* omnibus ingenii atque animi dotibus instructus fuisse prædicatur, sed in flore ætatis apoplexia è vivis sublatus egregias virtutes exserendi spatium non habuit.

CAROLUS II *Dux Lotharingiæ* educatus in aula Regis Galliæ *Henrici* II. curbis, quæ mortem ejus excepere, facilè involutus est, sociavitque arma ac consilia cum *Guisiis* agnatis suis; cúmque bellum in Campania gereret, parùm abfuit, quin ad Marsaliam, quam obsidione cinxerat, interficeretur. Pacata verò Gallia reliquum ætatis, quam longè produxit, quietus peregit.

HENRICUS *Dux Lotharingiæ* initio *Marchionis Mussipontani* nomine dignoscebatur, eóque in Gallis inclaruit, cùm copias delectas *Meduanio* à parente submissas duceret. Rerum morte patris potitus pace, ab illo sibi relicta, tranquillo ac quieto animo fruitus est, utque ea etiam se defuncto ditionibus ac subditis suis incolumis maneret, omni cura providit; veritus enim, ne glisceus ipso adhuc superstite controversia successionis, eò quod masculà prole destitueretur, in turbas ac bellum erumperet, filiam suam natu majorem *Nicolaam Carolo* ex fratre nepoti nuptiali vinculo conjunxit, eóque ipso tam illis qui ex lege Salica feudum masculis debitum affirmabant, quam iis qui fœminas successionis capaces longo apud Lotharingos usu esse dictitabant, satis fecit. Post excessum etiam *Henrici* FRANCISCUS *Comes Vaudemontius*, ad quem ceu fratrem defuncti & natu proximiorem successio ex lege Salica pertinebat, publico instrumento omni jure in filii favorem se abdicavit, eámque transactionem indigenæ, comitiis Lotharingiæ generalibus statim convocatis, confirmavere. *Gramond. Hist. Gall. L. 15.*

CAROLUS *Lotharingus Henrici* Ducis frater ætate proximus, *Ecclesiastico* vitæ generi addictus primùm *Canonicis Trevirensibus, Argentinensibus* & *Moguntinis* adscriptus, postea in *Ludovici Guisii* locum *Metensis Episcopus* a. 1578 electus est. *Abbas* inde *S. Victoris Parisiensis* & *Gorzensis*, mox *Cardinalis Diaconus* à Sixto V Pontifice renunciatus, à Gregorio XIV d. 5 April. 1591 titulo *S. Agathæ*, dum Romæ ageret, insignitus est. *Vir* (Ciacconii elogio) *consilio, prudentia, vitæ exemplo, abstinentia, gravitate, justitia, religione, cæterisque virtutibus clarissimus.* Exempto rebus humanis a. 1592 Antistite Argentinensi *Johanne Comite Manderscheidio* à Canonicis Catholicis *Tabernis Alsaticis* agentibus Episcopus pronunciatus fuit, adversus *Johannem Georgium Brandenburgi Marchionem*, quem Evangelici *Argentinæ* elegerant: unde grave atque atrox bellum ortum est, utraque parte retinendæ dignitatis causa ad arma conversa, atque in eorum societatem multis Germaniæ proceribus attractis; id Imperatoris *Rudolphi* auctoritate, *divisis* in Joh. Georgium & Carolum *Episcopatu* sopitum, post novem annos truculentius recruduit, sed ejusdem Cæsaris industria pactis in quindecim annos induciis, eas in conditiones denuò compositum fuit, ut exsoluta Brandenburgico certa pecuniæ summa, integer honor ditioque penes Lotharingum maneret. *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. T. IV, p. 199. Thuan. Hist. L. 104.*

CAROLUS III. *Dux Lotharingiæ* Princeps audax ac strenuus, sed varius in omni genere vitæ fuit, bonis malisque artibus mixtus, auri tamen sacræ fami ac mobilitati inprimis deditus, quibus variis plerasque adversitates tanquam suo jumento sibi accersivit. Militiæ tyrocinium in Bohemia fecit, prælióque *Pragensi* decimum ac sextum ætatis annum agens interfuit, adductis *Imp. Ferdinando II.* tribus legionibus, quas suis impensis conduxerat. Reversus ad suos *Nicolaam* patruelem in matrimonium duxit, *Lotharingiæ* magis quàm virginis amore inductus, unde socero mortuo mox dissidere cum ea cœpit. Posteà quietis etiam peræsus turbis in Gallia tunc exortis sese involvit, *Gastone Duce Aurelianensi* è regno digresso hospitio excepto, & conciliato inter hunc sororémque matrimonio; hoc facto, magis tamen quod Austriacarum partium studium ostentaret, offensam *Regis Ludovici XIII.* incurrit, qui misso cum expedita manu *Marescallo Forcæo Mojenvicum* illi eripuit, reditumque in gratiam non nisi *Marsalia* in fidei pignus sibi tradita patefecit. Verùm *Carolus* pacti simul novissimique periculi vel immemor, vel contemptor, novum cum Aurelianensi fœdus pepigisse, armáque parasse deprehensus, *Nancio, Stenajo* ac *Jametio* mulctari meruit, quibus damnis durior efferatiórque redditus, simúlque advertens vanitatem spei, quam de nuptiis suis, repudiata *Nicolaa*, cum *Beatrice Cusancia Principis Cantecrucii vidua* celebratis, quasque Curia Romana postea damnavit, Pontificis decreto firmandis Richelius injecerat, ad deteriora consilia prolapsus est, Ducatúmque facta abdicatione vel vera vel simulata fratri Cardinali tradidit eóque ipso Gallis pervicaciam eius in sinu ridentibus occasionem præbuit, qua provinciam rebus suis adeò opportunam, in suam ditionem redigerent, quod factum a. 1634. Licet autem septennio post

FAMILIÆ LOTHA

DUCES LOTHARINGIÆ ET BA

FRANCISCUS, Antonii F. DUX
Aug. a. 1517. † d. 12. Jun. a.
Francisci Sfortiæ, D. Mediol

Carolus II. Dux Lotharingiæ & Barri, n. 18. Febr. 1543. † 10. Dec. 1608. *Claudia, Henrici II. R. Gall. f. 5. Febr. 1559. † 20. Febr. 1575.*

Renata, n. 1543. †. 23. Maji

Henricus Dux Lothar. & Barr. n. 8. Nov. 1563. † 30. Jul. 1624. 1. *Catharina Borbonia, Antonii R. Navarr. f. 1599.* † 30. *Jul. 1604.* 2. *Margarita Gonzaga, Vincentii D. Mantuæ f. 1606.* † *1632.*

Christina, n. 6. Aug. 1565. nup. Ferdinando M. D. Etruriæ 1589. † 19. Jan. 1637.

Carolus, n. 1. Jul. 1567. *Episc. Metens. & Argentor. Rom. Eccl. Card. cr. 1588, d. 12. Dec.* † 30. Nov. 1607.

Antonia, n. 26 Aug. 15
nup. Wilhelmo
Jul. Cliv. & Mo
1599. † 18 Aug. 16

2. *Nicolæa, n. 1608, nup.* Carolo III D. Lothar. patruelı̃ suo 1621. † 20. Febr. 1657

Claudia, n. . . . . ux. Nicolai Francilei patruelis sui, 1656. †

Henricus de Lothar. *nothus, Abb. Fani Michaelis* † 24. Nov. 1626.

Henricus M. de Harton-charel, † puer.

Carolus III. Dux Lothar. n. 160
18. Sept. 1675. *1. Nicolæa, H*
rici patrui sui f. 1621. repud.
Beatrix de Cussance, Engu
Leop. Pr. Cantacrucii vid. 16
3. Maria Caroli C. Aspremont
1665.

2. Carolus Henricus de Lotharing. Pr. Valdemontius.
Anna Elisabetha Lotharinga, Caroli D. Elbonii f. 27. Apr. 1669.

2. Anna, nup. Julio Augusto
Lotharingia Pr. de Li
bonne, 1660.

Carolus Thomas Pr. Valdemontius.

RINGICÆ TAB. III.

BARRI, COMITES VALDEMONTII.

LOTHARINGIÆ & BARRI, n.d.23.
5. *Christina, Christierni R. Daniæ fil.*
uid. 1541.† 10. Dec. 1590.

. Wilhelmo D. Bavariæ 1567.
602.

Dorothea posthuma, n.1546. nxor Erici D. Brunsuic. 1575.

Anna, n.10. Sept.† 9. August. 1570.

Franciscus C. Valdemont. n. 27. Febr. 1571.† 15. Oct. 1632. *Christina, Pauli C. Salmens. f. & h.*

Catharina, n.3. Nov. 1573. Abbat. Remiremont.† 7. Mart. 1648.

Elisabetha, n.3 Nov. 1573. nup. Maximiliano D. Bavar. 1595.† 4. Jan. 1635.

Claudia, n.19. Oct. 1574.† 20. Oct. e.a.

Nicolaus Franciscus, *Cardinalis*, postea maritus Claudiæ patruelis suæ. † 1670.

Henrica, n.1606. nup. 1. Ludovico Guisio Pr. Pfalzburgico, 2. Hieronymo Grimaldi 3. Christophoro de Moura, 4. Carolo Guasco, 5. . . Dn. de Chantelou, cr. Pr. de Lixheim. † m. Nov. 1660.

Margarita, n. 1616. nup. Joh. Bapt. Gastoni D. Aurelianens. 1632.† 13. Apr. 1672.

Ferdinandus Philippus Franciscus, n. 29 Decemb. 1639.† 1. Apr. 1659.

Carolus Leopoldus Nicolaus | Sixtus Dux Lotharing. n. . . Apr. 1643. *Eleonora Maria Josephæ Austriaca, Ferdinandi III, Imp. f. Michaelis R. Polon. vidua 1672.*

N. Abbatissa Remiremont.† 17. Jun. 1661. æt. 16.

Leopoldus Josephus Carolus Agapetus Hyacinthus, n. 11 Septem. 1679.

Josephus Johannes Antonius Ignatius Felicissimus n. 24. Nov. 1680.

Anonyma, 28. Apr. 1682.

Ferdinandus Josephus Philippus Romanus Laurentius, n. 17. Aug. 1683.

Josephus Innocentius Emanuel Felicianus Constantius, n. 20. Octob. 1685.

in magnam Ducatus sui partem, exorata Regis gratia, restitutus fuerit, reversus tamen ad ingenium denuò exutus ea est. Nihilominus cum aliquam de Gallis vindictam cæso apud *Tutlingam* ad internecionem Guebrianii Marescalli exercitu capta fset, iterum amicitiam eorum petere sustinuit, quam illi afflictis tunc nonnihil rebus suis haud aspernati sunt, transactionémque inierunt, eam vero ipse ad exitum pæne perductam solita levitate abrupit, atq; Hispanorum partibus se penitus addixit. His autem cùm aliquandiu post suspicionem clandestinorum cum Gallis tractatuum movisset, *Bruxellis* a. 1654 in custodiam datus atque in Hispaniam abductus fuit. Recuperata per pacem *Pyrenæam* libertate, vehementius adversus Hispanos exasperatus est, cum percepisset, quibus conditionibus in Ducatum Lotharingiæ restitui deberet, iis nempe ut Regi Galliæ *Ducatum Barensem, Moiennicum, Stenajum, Dunum, Jametium* & *Comitatum Clermontanum* cederet, aliisque quæ *articulis* LXII *& sequentibus* dictæ pacificationis continentur. Jam itaque omnis ipsi spes fortunæ melioris in benignitate Regis Galliæ sita erat, quam tentaturus Lutetiam se contulit, ubi comiter in speciem exceptus, nihilo beatior discessit, sed mox sensit, se novo pacto, quod cum Rege inivit, qnóque Ducatum Barensem ingenti tractu per mediam Lotharingiam ad Rhenum protenso redemit, in Scyllam e Charybdi incidisse. Quare sortis suæ maximè pœnitens eò prolapsus est, uta. 1662 mense *Februario* omnes suas ditiones Regi Galliæ venderet, Coronæ post mortem suam æterno vinculo uniendas, ea tamen conditione, ut gentiles sui omnes in familiam regiam adoptarentur, & successionis in regnum capaces Borbonüs extinctis nuncuparentur, sibi vero quotannis dum viveret DCC millia librarum solverentur, ditioque Ducatus ac Pariatus titulo insignita & fructus CC mille libratum ferens, assignaretur. Huic contractui cum mox ab omnibus ejus agnatis, inprimis à fratre *Francisco* hujusque filio *Carolo* (quem illo paucis retro mensibus hæredem Ducatus Lotharingiæ in favorem sponsaliorum cum virgine *Nemorosia* celebratorum declaraverat) vehementer reclamaretur, ipsumque Ducem facti pigeret, abiit is Rege insalutato in Lotharingiam, scriptis tamen ad Cancellarium & Parlamenti Præsidem literis, quibus contractum illum rescindebat, atq; illic *Marsaliam* suæ potestatis fecit; eam Rex anno sequenti recepit, & Ducem ad nova pacta eamq; conditionem redegit, ut propius à subdito quàm à Principe abesset, doneca. 1669 penitus pessumdaretur. Eo enim temporis tractu Galli ductore *Crequio*, postquam Duci *Carolo* occasione belli Palatini, & copiarum, ab ipso ad tutelam sui contractarum, jurgii causam intulissent, universam Lotharingiam occuparunt, & regno suo adjecerunt. Ex ea tempestate vagus & extorris cum maxima cura ultum ire injurias Gallorum conatus est, fœderique a. 1673 à Cæsare & Rege Hispaniæ cum Batavis in mutuam defensionem inito accessit, cumque cæso flore Nobilitatis Gallicæ, ex Andibus evocatæ atque in Alsatiam tendentis, posteaque victoria de Marescallo Crequio in Treviris reportata, cujus ipse magnum momentum fuit, animum nonnihil explevisset, non ita multò post *Albachii*, quod inter *Birkenfeldium* & *Bernicastrum* situm est, morbo implicitus ejusdemque vi oppressus, intra triduum ex hominum vita discessit.

NICOLAUS FRANCISCUS Lotharingus multis Abbatiis nec non Episcopatui *Tullensi* præfuit, atquea. 1626 à Papa Urbano VIII absens dictus est *Diaconus Cardinalis*, sed non evulgarus nisi d. 30 Aug. anni sequentis. Posteà relicta purpura Ducatum à fratre sibi, ceu dictum fuit, traditum acceptans, Principem secularem egit, fratriæque sororem, eandémque patruelem suam, connubio sibi junxit; à Gallis autem ea proprer detentus, & cum nova nupta *Nancium* abductus. Ex hac custodia cum deceptis custodibus rusticum habitum induti evasissent, in Flandriam se contulerunt, ubi ille post captivitatem fratris sui copias ejus rexit; non ita multò post autem cum Hispanis collisus, prætereà ægerrimè, ceu *Gualdus* in *Hist. pac. Pyren.* memorat, ferens, id unicè à fratre agi, ut libertatem quacunque via traditis etiam Regi Hispaniæ copiis suis, recuperaret, non ut, quod ille malebat, mundo Ducatúque plane sese abdicaret, ad Gallorum partes deflexit, illisque se uxoremque ac natos commisit; extremum verò vitæ tempus *Nancii* confecit. E filiis natu majorem Lutetiæ febri extinctum, amisit; alter CAROLUS LEOPOLDUS post venditam à patruo Regi Lotharingiam ne contractui isti subscribere cogi posset, *Parisiis* citato cursu discessit, spretisque omnibus conditionibus iisq; in speciem opimis à Rege sibi oblatis, (etant præcipuæ conjugium Principissæ Nemorosiæ, assignatio Ducatus Bituricensis & amplissimorum redituum, adoptatio in regiam stirpem) exilium honestum obsequio se indigno, & apud posteros excusationem non habituro, prætulit. Ex eo itaque tempore Cæsari studium suum addixit, eidemque fidei ac fortitudinis suæ clarissima documenta in oculis omnis Europæ dedit, quibus affinitatem ejus, militiæ præfecturam, aliaque summa promeruit, novis quotidie factis, qualia nulla ætas vidit, quæque ne in operis quidem justi materia, nedum hujus tam recisi, dignè exprimi possunt, nunquam intermorituram gloriam sibi parans.

AD

AD TAB. IV.

CLAUDIUS LOTHARINGUS per diſpoſitionem paternam & diviſionem cum fratre ſuo natu maximo *Antonio* factam Comitatum *Aumalium*, Baronatus *Guiſiæ* & *Joinvillæ*, dominia *Elbovium*, *Meduanenſe* aliaque in Nortmannia ac Picardia ſita ſortitus, ſedem fortunarum in Gallia fixit, & contracta cum familia regia affinitate, aulam ſectari cœpit, ubi licet inviſus initio Regi *Franciſco* I eſſet, poſtea tamen parario fratre ſuo *Cardinali Lotharingo* benevolentiam ejus conſecutus eſt, ita ut ille in ipſius favorem Baronatum *Guiſiæ* a. 1527 in *Ducatum* & *Pariatum* eveheret, eidemque præfecturam Burgundiæ & Campaniæ conferret. Ex hoc tempore jacta fuere fundamenta ſummæ & invidioſæ potentiæ, ad quam poſtea ejus emerſerunt. Fuit verò ille vir ſtrenuus ac magnanimi, enituitque inprimis fortitudo ejus in prælio ad *Marignanum*, ubi plurimis vulneribus conciſus, & è mortuorum caterva protractus miraculo erat quod conſanuerit, poſtea in Anglorum ad *Heſdinum* clade & expugnatione *Lucemburgi*, egregiè de regno meritus eſt.

FRANCISCUS DUX GUISIUS *Princeps* [judice *Thuano* Lib. 33] *ſua ætate vel ſatente invidia maximus & quavis laude dignus fuit, ſeu rei militaris ſcientiam cum ſumma felicitate conjunctam, ſive maturam inrebus agendis prudentiam ſpectes, & profectò Gallia bono atque ornamento natus, ſi in pacatiora tempora & rectius adminiſtratam Remp. incidiſſet; ſed factionibus ſciſſo regno vir generoſus & natalium prærogativa ac virtute inſit a privatum modum ſupergreſſus, Carolo Cardinali fratre violentioris ingenii homine perſuaſus, & ipſe in partes tranſiit, religionemque obtentui ſumens, Borbonios proximos regni hæredes circumvenire ac peſſumdare, ſeſe verò ſuosque extollere palàm ſtuduit*; laudem verò, quam ob deſectam & diſſipatam a. 1560 conjurationem *Amboſianam* (cujus invidiam Pr. Condæo impegit & pœne fatalem reddidit) quæſitum ivit *Vaſſacenſi* laniena, quæ biennio poſtà ſuis ipſo præſente, patrata eſt, contaminavit, eaque ipſa ad bellum civile claſſicum cecinit, Flagrante illo, cum poſtrem ante *Avaricum* & *Rotomagum* feliciter geſtam, in prælio Drocenſi inclinantem ad hoſtes victoriam ſua virtute revocaſſet; eaq; parta & remotis *Triumviratus* ſociis, *Montmorancio* ſcilicet & *Sant Andreano* quorum ille eodem in prælio libertatem, hic vitam amiſerat, ſummam potentiam quaſi fortuna deferente adeptus eſſet, tandem ad *Aurelianum* hærens, ejusque obſidionem omni vi urgens *Johannis Poltroti Meræi* ſcelere periit, ab eo enim in inſidiis latente ad hoſpitium remeans ſcloppeti ictu juxta axillam percuſſus, ſexto poſt die expiravit. Antequam verò interfinis diſſidiis laborare cœpit Gallia, multis egregiis factis præclare de regno meritus eſſe prædicatur, videlicet in defenſione *Divoduri* & pugna *Rentiacenſi* adverſus *Carolum* V Imp. in bello Italico pro *Paulo* IV Pontifice, in expugnatione *Caleti*, *Guinæ* & *Oſtenſis* Comitatus & denique *Theonvillæ*. Cùm a. 1545 *Bononia* à Gallis obſidione cincta eſſet, in certamine cum Anglis graviter vulneratus fuit, accepto infra oculum dextrum haſtæ in maxilla ictu, fractaque haſta cùm cuſpis eum ſesquipedali trunco in vulnere remanſiſſet, non tamen tanta ſuccuſſatione ex equo præcipitari potuit. In hoſpitium relatus, truncum educi conſtantiſſimè tulit, nulla, quæ doloris acutiſſimi ſenſum proderet, voce emiſſa, & præter chirurgorum ſpem ex tanto vulnere convaluit, ut fato Galliæ, ad exitium vergentis, reſervatus videretur, ut *Thuani* ex *Hiſt. L. I* verba huc transferam.

CAROLUS Gallis *le Cardinal de Lorraine* dictus ab ineunte ætate ad *Clericum* vitæ genus deſtinatus, in ſtudiis literarum adolevit, iisdemque haud mediocriter imbutus, accedente naturali ingenii ſolertia & rara facundia, ad negotia animum appulit, pedemque foro ſeculari intulit. Verum animus ejus ambitioſus & rerum novarum appetens præſentium faſtidio & futurorum ac incertorum deſiderio perpetuo æſtuavit; cúmque initio ad pietatis ſive oſtentationem, ſive ut partes in regno foveret, Eccleſiæ emendationem præ ſe tuliſſet & ad Auguſtanam Confeſſionem propendere viſus eſſet, quam & in Colloquio Poſſiaceno a. 1561 habito propoſuerat, appetente Tridentinæ Synodi celebratione & ardente civili in Gallia bello ſtatim mutavit & poſt fratris mortem Synodo peracta Proteſtantium partibus ſemper infeſtus, ſacri ordinis veluti patrocinium ſuſcepit; cui poſtremò gravis, cum patrimonii Eccleſiaſtici alienandi, quo bellum maleret, & Catharinæ Mediceæ Reginæ gratiam aucuparetur, & penſionum ex opulentis cœnobiis ſolutæ ſacris Nobilitati attribuendarum autor extitiſſe crederetur, utrique partiæque inviſus in ſummo omnium odio è vita migravit non ſine ſuſpicione veneni, è marſupio infecto à *Maturino Gernerio Sanbartholomæo* ipſi porrecto, hauſti, vel, ut alii volunt, ex facis in Flagellantium ſupplicationibus nocturnis, quibus ad Regis Henrici III exemplum ſe immiſcuit, prolatæ peſtifero odore cerebro corrupto. Thuan. Hiſt. L. 59. Addunt *Albignius* & *Autor Diarii regiminis Henrici* III tantam moribundi fuiſſe phrenefin, ut Diaboli nomen magis quam Dei in ore haberet, mortemque ejusdem tam ſævam excepiſſe tempeſtatem cum magno fragore tonitribus & fulguribus mixtam, ut nulla unquam nox tam horrenda turbulentaque fuerit.

CLAUDIUS *Aumalæ Dux* maximam ætatis partem in caſtris contrivit, atque a. 1551 obſidioni *Lentiaci* & *Ulpiani* in Italia interfuit, ſequenti anno ductor regiarum copiarum ab Alberto M. Brandenburgico prope *Metam* fuſus ac captus eſt. Recuperata libertate expugnationis *Mariaburgi* & victoriæ ad *Rentiacum*, poſteà a. 1557 obſidionis *Valentiæ* in Inſubria & denique a. 1558 expugnationis *Caleti* pars magna fuit. Dedit præterea militaris virtutis documenta in prœliis civilibus apud *Droeas*, *Fanum Dionyſii* & *Monconturium* commiſſis, donec in Rupellana obſidione, qua bellatorum obſidentium 40000 cædibus, morbis aut alia peſte extincta ſunt, colubrinæ ictu, pluteo, poſtquem latebat, perforato, interfectus eſt. *Thuan. l. 56.*

LUDOVICUS *Cardinalis de Guiſe* appellatus, cum fratri ſuo *Carolo* ſuperſtes manſiſſet, factiones,

FAMILIÆ LOTHA

DUCES DE GUISE, AUMALE, MA

CLAUDIUS DE LOTHARINGIA, Renati Duci
Par Fr. Comes Aumalæ, M. Meduanii & Elbovii
Venator regni, n. 20. Oct. 1496. † 12. Apr. 1550. A
1583.

Maria, n. 22. Nov. 1515. nup. 1. Ludovico Aureliano D. Longavil. 1533, 2. Jacobo V, R. Scotiæ 1538, † 10. Januar. 1560.

Franciscus Dux Guisiæ, Par & M. Magister Fr. n. 17. Feb. 1519, occ. 24. Febr. 1563. *Anna Atestina, Herculis D. Ferrar. f. 1549.*

Aloisia, n. 19. Jan. 1520. ux. prima. Caroli de Croy, Pr. de Chimay, † 1542.

Renata, n. 2. Sept. 1522, Petrus tinf. *Abbat. Remens.* †

Carolus, n. 17. Fe
1524, *Cardin*
cr. 1547, *Arch*
Remorum, Ab
S. Dionys. † 23. D
cembr. 1574.

Oct. 1562, † 1567.

Franciscus, n. 31. Dec. 1559, † 1573.

Antonius, n. 15. April. 1557. † 16. Jan. 1560.

Ludovicus, n. 6. Jul. 1555. *Cardinalis cr. 1578. Archiepisc. Remorum,* occ. 14. Dec. 1588.

Catharina, n. 1552. uxor secunda Ludovici Borbonii D. Monc
penl. 4. Febr. 1570, †
6. Maji 1596.

Henricus, Pr. Joinvillæ, post Dux Guisiæ, n. 31. Dec. 1550, M. Magister Fr. Gub. Campan. occ. 13. Decem. 1588. *Catharina de Cleviâ Francisci D. Nivern. f. Antonii de Cro, Pr. Porcean. vid. 1576, † 11. Maji 1633.*

Carolus, n. 24. Maii 1554, M. post DUX de MAYENNE & Par F. cr. 1573, M. Cubicul. Fr. † 3. Oct. 1611. *Henrica de Sebaudia Honorati M. de Villars f. Melchiorii Dn. de Montpesat vid. 1611.*

Claudius, n. 5 Jun. 1578, DUX DE CHEVREUSE, M. Cubic. Fr. † 24. Jan. 1657. *Maria Rohanea, Caroli Alberiani D. de Leuneuid. 1622. Maria, n. 1. Jun. 1577, † 1581.*

Carolus, n. & † 1576.

Ludovicus, n. 22. Jan. 1575. *Cardinalis cr. 1615. Archiepisc. Remens.* † 21. Jun. 1621. *Catharina, n. & † 25. Jul. 1573.*

Henricus, n. 30. Jun. 1572, † 13 Aug. 1574

Carolus Dux Guisiæ n. 20. Aug. 1571, † in Ital. 30. Sept. 1640. *Henrica Catharina, Henrici D. de Joyeuse fil. & her. Henrici D. Montpens. vid. 1611, † 1656.*

Claudius, n. 5 Jun. 1578, DUX DE CHEVREUSE, M. Cubic. Fr. † 24. Jan. 1657. *Maria Rohanea, Caroli Alberiani D. de Leuneuid. 1622. Maria, n. 1. Jun. 1577, † 1581.*

Carolus, n. & † 1576.

Ludovicus, n. 22. Jan. 1575. *Cardinalis cr. 1615. Archiepisc. Remens.* † 21. Jun. 1621. *Catharina, n. & † 25. Jul. 1573.*

Henricus, n. 30. Jun. 1572, † 13 Aug. 1574

Carolus Dux Guisiæ n. 20. Aug. 1571, † in Ital. 30. Sept. 1640. *Henrica Catharina, Henrici D. de Joyeuse fil. & her. Henrici D. Montpens. vid. 1611, † 1656.*

Renata, Abbat. S. Petri Rem.

Aloisia, Margarita, nup. Francico Borbonio Pr. de Conty 1605, † 30. Apr. 1631.

Franciscus, n. 14. Maji 1581. † 29 Sept. 1582

Christiana, n. 21 Jan. 1580

Franciscus Pr. Jonvillæ, n. 1612, † Florentiæ 7 Nov. 1639 sponsus *Annæ Borbonie. Henrici Pr. Condæi f.*

Gemelli † paulo post nativitatem 1613.

Henricus, n. 4. Apr. 1614, *Archiep. Rem.* post Dux Guisiæ † 2. Jun. 1664. *Honorata de Glimes, Godofredi C. de Grimberguef. Alberti Maximiliani Hennini C. Bossiav. vid. mens. Dec. 1641, † m. Aug. 1679.*

Maria, n. 1615, dicta Mademoiselle de Guise Ducissa Guisiæ & Jousa, Princeps Joinville.

Franciscæ Re
ta Abb. ad S. P
Rem. post Mo
Martyrum, †
Dec. 1682,
63.

Ludovicus Josephus de Lotharingia, DUX DE GUISE
de Joinville, Com. d' Alets & de Ponthieu, n. 7. Aug.
çon, Gastonis Joh. Baptistæ de Francia D. Aurelian. f. 15.

Franciscus Josephus, filius unicus & po
1670, † 16. Mart. 1675.

RINGICÆ TAB. IV.

ÆNNE, CHEVREUSE ET JOYEUSE.

s Lotharingiæ & Barri F. COMES postea DUX GUISIÆ
, Baro Joinvillæ, Eques Ord. Reg. Gubern. Burgundiæ, M.
ntonia Burbonia, Francisci C. Vindocin. f. 18. Apr. 1513. † 20. Jan.

ébr. — Claudius, n. 1. Aug. 1526. DUX AUMALÆ, Par & M. Venator Fr. occ. 14. Mart. 1573. *Aloisia de Brezé Dom. d'Anet Ludovici C. de Maulevrier f. & hær. 1. August. 1547.*

Ludovicus, n. 21. Oct. 1527. *Cardinalis cr. 1553. Archiep. Senon. Episc. Metens. † 28. Martii 1578.*

Philippus n. 3, † 24. Apr. 1529.

Antonia, n. 31. Aug. 1531. Abbat. Fermonster. † 14. Mart. 1561.

Franciscus, n. 17. Apr. 1534. *Equ. Melit. M. Prior Fr.* † 6. Mart. 1563.

RENATUS M. D' FLBEOUF. vid. Tab. seq. V.

Maximilianus, n. 21. Oct. … † 1567.

Henricus, C. de S. Valery, n. 21. Sept. 1549. † Aug. 1559.

Carolus, n. 24. Ap. 1552. † 7. Maji 1568.

Catharina n. 8 Oct. 1550, nup. Nicolao Lotharingo C. Valdemont. 1569.

Diana Ll. n. … Nov. 1551, nup. Francisco Lucemb. D. de Pincy, 13. Nov. 1576.

Diana Ll. n. 10. Febr. 1554. † in juv.

Aloisia, n. 29. Sept. 1561, Abb. B. Virg. Suession. † 24. Aug. 1634.

Antonia, n. 9. Jun. 1560, Abbat. Farmonst.

Maria, n. 1565, Abbat. Obelens. † 1627.

Claudius, n. 10. Febr. 1564. *Eq. Melit.* occ. 3. Jan. 1591.

Antonia, C. de S. Valery, n. 1. Nov. 1562, † puer.

Carolus, n. 25. Jan. 1555 Dux Aumalæ, † post a. 1618. *Mariæ patruelis, Renati M. Elbeuii fil. 11. Nov. 1576.*

Magdalena, † innupta.

Henricus, † juv.

Anna, hæres Ducatus Aumale nup. Henrico Sab. D. de Nemours 1618. tm. Mart. 1638

Carolus Dux Aumalæ, n. m. Decem. 1580, † Bruxellis ….

Renata, nup. Mario Sforziæ D. d' Ognano 1613, † 13. Sept. 1638. *Catharinæ, ux.* Caroli Gonzagæ D. Nivern. 1599. † 1618.

Carolus Emanuel C. de Sommerive, n. 19. Octob. 1581, † in Italia … 1614

Henricus, n. 20. Dec. 1578, DUX D'ALGUILLON & Par. Fr. cr. 1600, postea Dux de Mayenne, Par & M. Cubicul. Fr. occ. ante Mart. 1621. *Mariæ Gonzagæ, Ludovici D. Nivern. f. 1599. † 1601.*

Alexander Paris *postbumus*, n. 1589. *Eq. Melit.* Gubern. Provinciæ, † 1. Jun. 1614.

Johanna, Abb. Jouarre.

Anna Maria, Abbat. du Pont aux Dames † 5. Aug. 1652.

Carola Maria, n. 1625, † 7. Nov. 1652

Henrica, n. 1631. *Abbat. Jouarre 1655.*

Carolus Ludovicus † Florentiæ 1637.

Ludovicus DUX de JOYEUSE Par & M. Cubicul. Fr. n. 21. Mart. 1622. † 27. Sept. 1654. *Francisca Maria Valesia, Ludovici Emanuelis D. Engolism. f. & h. 3. Nov. 1644.*

Rogerus, n. 21. Mart. 1624. *Equ. Melit.* † 6. Sept. 1653.

GUISE JOYEUSE & ANGOULESME, Par Fr. Pr. … Aug. 1650. † 30. Jul. 1671. *Isabella Domicella d'Alen… † Maji 1667.*

Henrica, n. 1651. † in juv.

… postremus Guisiæ stirpis palmes n. 27. Aug.

quas ille vi ingenii parturiebat, jam adultas fovere vi aperta non destitit, & a. 1577. fœderis exitialis contra Protestantes, veriùs contra Regem, negotium in Blœsensibus comitiis maximè promovit; *bonum omnes communem ejus & quantum Carolus ejus frater fobrius & in negotiis assidum, tantum ille intemperans & comessationibus deditus; ex liberaliore etiam victu tandem morbo lethali oppressus est. Thuan. Lib. 65.*

FRANCISCUS *Lotharingus* postquam *Melitensi* militiæ nomen dedit, mox *Magno Prioratu Franciæ & præfectura triremium* auctus est. Fuisse in eo prædicantur ingentes animi dotes, quas eximia pulchritudine corporis, morum amœnitate ac singulari dexteritate cumulans, omnes ævi sui Heroes ea laude supergressus est. Fortitudinis insigne documentum edidit ante *Rhodum* insulam, ubi non nisi quatuor triremibus Melitensibus instructus, Turcarum navibus in portu excubantibus insultavit, & tandem sex earum ad pugnam egressas fudit ac fugavit, duas mersit, unam cepit & Melitam triumphans duxit. Exinde de intercipienda Rhodo consilia agitavit, & talia quæ successu non caritura arbitratus est, verùm quo minus ea executioni mandaret, morte præpediebatur. Reversus enim in Galliam, ut domi etiam aliquod virtutis speciem ederet, *Drocensi* prælio interesse voluit, in quo post omnia strenui militis munia impleta cum victis acrius institisset, reduci autem in castra, pulvere, cæsorum sanguine & sudore perfuso, nullum præstò esset indusium mundum, quod cum madente commutaret, nullumque tegumentum, quo calidum ac fumans corpus involveret, & adversus frigus, quod intensum tunc erat, muniret, atque adeò sudor omnis intra corpus sese reciperet, implicitus est in pleuritidem, è qua non ita multò post decessit. *Labor. ad Casteln. T. II. c. 6.*

HENRICUS I *Dux Guisius*, omnibus corporis, animi ac ingenii dotibus instructus, primum belli tyrocinium in *Pannonia* a. 1567. fecit, inde *Pictavio* feliciter defenso & posteà fuso ad Theodorici castrum *Wilhelmi Montmorancii Thoreti* auxiliari exercitu, quibus locis decora & periculosa vulnera acceperat, famam nominis auxit. Porrò re bene in Lotharingia ad *Vincent-Fanum* & *Vimorii* gesta, nec non victoria de Germanicò exercitu ad *Almetum* in Belsia a. 1587. reportata summam sibi existimationem ac gratiam apud omnes concillavit; hâc verò nec non populari aura, quam acquisiverat, elatus, præterea ambitione, insito genti suæ vitio, præceps actus, dum nihil amplius pensi habet, factiones alit, & clandestina contra Regem *Henricum* III. consilia struit, illius odium & denique mortem suo sibi jumento accersivit. Vocatus enim ad comitia *Blesensia* & eò nec quicquam dehortantibus amicis profectus, in cubiculo regio multis vulneribus confossus ac interemptus est. Frater ejus LUDOVICUS *Cardinalis*, qui ad eadem comitia venerat, eodem temporis articulo in custodiam datus, & postridiè jussu Regis, cui non minus ac ille suspectus ob vastam, quæ ei inerat, ambitionem & animi ferocitatem fuit, eodem genere mortis è medio sublatus est, relicto post se filio nothо *Ludovico*, qui initio *Baro d'Ancerville*, deinde *Princeps Pfalzburgensis* dictus *Henricum Lotharingam, Francisci C. Valdemontani* gnatam, in matrimonio habuit, & *Monaci* in Bavaria a. 1631. fatis concessit.

CAROLUS *Dux Meduanius* magnitudine animi par fratri, prudentia ac sagacitate superior, primam juventutem externa militia exercuit & altero post Corinthiacam pugnam anno cum delecta Gallica nobilitate fœderati contra Turcas exercitus signa magna prudentiæ & fortitudinis laude secutus est, à Senatu *Veneto* propterea in *Patricios* allectus; inde civilibus armis inclaruit, & in Delphinatu plerisque oppidis & arcibus captis gloriam foris partam domi auxit, *Jacobique* obsessa & capta præcipuæ in obsidionibus faciendis solertiæ palmam tulit. Posteà perlato ad ipsum Lugduni tunc agentem de cæde fratrum nuncio maturè periculò, quod ei instabat, *Ornano* quippe ad eum comprehendendum à Rege jam tum misso, fuga se subduxit, neque ita multo post Lutetiam profectus in consilio *Illustrium* Catholicorum summam belli ac negotiorum regni potestatem accepit, qui titulo *Generalis Vicarii statûs regi & Coronæ Franciæ* remp. administraret. Factum hoc d. 4. Mart. 1589. idque decretum in acta curiæ relatum. Post illa comparato exercitu & *Vindocino, Alençonio*, aliisque locis interceptis, dum *Turonum* tentat, ad ferendas *Lutetiæ* à Rege & Navarro obsessæ suppetias regredi coactus est; neque interveniente Regis morte à partibus discessit, quin orta inter ipsum & Guisium è fratre nepotem æmulatione cum Hispanis consilia armaque sociavit, & collatis cum novo Rege signis justo prælio apud *Arcas*, iterúmque ad *Eurianum* pugnavit, adversa tamen semper fortuna, adeò ut inclinantibus rebus suis nova apud Belgas auxilia conquirere necesse haberet; quibus conflatis Regios quidem solvere obsidionem *Lutetiæ* ac *Rothomagi* coëgit, verum post aliquot infelices successus ab Hispanis denique derelictus, & quò se verteret nescius, cùm minimè cogitaret, gratiam apud Regem invenit, cumque eo mense a. 1596 reconciliatus est Exinde post probatam illi fidem suam in *Fara* & *Ambiani* obsidionibus, *Suessione* naturæ legem implevit. *Thuan.*

CAROLUS *Dux Aumalius* patruelium partes secutus post factam cum Meduanio pacem ad obsequium Regis redire recusavit, & ad Hispanorum partes se applicuit, obiitque supremum diem *Bruxellis*, postquam omnia bona, quæ in Gallia habebat, in filiam suam *Annam Ducis Nemorosii* nuptam, dotis loco, transtulisset.

CLAUDIUS *Lotharingus Aumalius*, Caroli Ducis frater, *Eques Hierosolymitanus*, homo ferox, [*Thuano* teste *Lib.* 101] & periculorum contemptor, cùm Parisiorum, à *Lige* partibus tunc, anno scilicet 1591, stantium, expeditioni ad *Dionysii fanum*, quod regii tenebant, intercipiendum ducem se præbuisset, & nocturno impetu per fossam glacie stantem facilè murum humilem & plerisque locis dirutum superasset, posteáque per portam Parisiensem effractis clathris milites suos, 800 pedites & 200 equites introduxisset, *Dominum Vicum* oppidi præfectus ad subitum casum cum septem è nobilitate fidis accurrit, & tubicine secum ducto, & quasi numerosus equitatus adesset, canere jusso, per tenebras palpanti hosti terrorem incussit, & mori certus in medios ruens primos ordines disturbavit, ipsumque *Claudium* in diversorium publicum, cui pro insigni *crassi lituus* erat, quod ominis loco acceptum est, compulit: in quo ille abuno è septem equitibus ignaro quis esset, interfectus est, non utique ignaris commilitonibus suis, ad quos statim fama amissi Ducis pervenit & tanta consternatione replevit, ut non jam de retinendo oppido, sed de salute propria sollicitò fugam arripuerint. Corpus *Claudii* repertum arcæ ligneæ inclusum & in imo majoris templi sacello depositum est, posteaq; animadversum mures seu ob fœtorem, sive alia causa fuerit, per commissuras irrepsisse, & partes omnes carnosas erosisse. *Thuan. ibi.*

CAROLUS *Dux Guisius* cùm è Cæsarodunensi custodia elapsus esset, factioni nomen autoritatémq; illicò commodavit, atq; ab eadem a. 1593. accurante inprimis Feriæ Duce *Rex* salutatus est. Sequenti verò anno primus inter agnatos ad frugem reversus cum Rege in gratiam rediit, eáq; propter opimas conditiones tulit, & loco muneris Supremi Franciæ Magistri, quod parens ejus ac avus gesserant, *Provinciæ* præfecturam accepit, eamque magna prudentiæ & humanitatis laude obiit. Post *Henrici* IV fata *Ludovico* XIII fortem operam in civili adversus Protestantes bello navavit, & Rupellanorum classem a. 1622. profligavit. Verum impatiens potentiæ Richelianæ & demessori huic summorum capitum, quem liberioribus sermonibus de ipso habitis infensum sibi reddiderat, diffisus in Italiam cum domesticis suis secessit, & in *Senensi* agro vivendi finem fecit.

LUDOVICUM *Guisium Archiepiscopum Remorum*, & multorum ecclesiarum, nempe *Sancti Dionysiani, Clunacensis, D. Remigii, Remensis* aliorúmque Antistitem, *Paulus V. Pont. Rom.* postulante Rege *Henrico* IV. ad *Cardinalitiam* dignitatem promovit, & inter *Presbyteros* cooptavit, nullo tamen ei impertito titulo; & pœnituisse facti illicò Papam refert *Ciaconius* [*Hist. Pontif. & Card.* T. IV] eò quod non solum Romam nunquam ille venerit; quin imò nec habitum Cardinalitium, imò nec Sacerdotalem unquam gestare dignatus sit, [sed sagatus & armatus incedens militem magis referret quam

Clericum.

Clericum. *Parum pro Cardinale agebat*, (ait *Gramondus Lib.* VIII) *cum de Prioratu Caritatis cum Duce Nivernio litem, coram judice delegato vi armata dirimere tulit. Nivernium esse percutiens ictu manus.* Indebitum quoque characteri, quod in *Engeriaca* obsidione sæpe ferrum in hostem strinxit, militiæque præfecturam in castris egit, in quibus militari morbo correptus, paucis post diebus fato functus est apud *Santones*, quo per morbum traductus fuerat. Neque verò etiam acceptam ei erat continentiæ votum: namque è *Carola de la Haye Domina des Effars & Romerantin*, cum qua post fata R. *Henrici* IV, à quo adamata fuerat, longum habuit contubernium, filios tres genuit, videlicet [1] *Achillem Comitem de Romerantin*, is Venetis stipendia faciens in *Creta* mortem oppetiit a. 1648, relictâ è *Maria Rhingravia Salmensi* uxore sua filia unica *Carola Christina Francisca* a 1642 nata & a. 1660 *Ignatio Rouhaud M. d' Aij* nuptui data [2] *Henricum Equitem Melitensem* & [3] *Carolum Ludovicum Abbatem de Chailly, postea Episcopum Condomensem*. Cal. Iulii a. 1668 mortuum.

CLAUDIUS *Lotharingus Princeps Joinvilla inuitò*, postea *Dux Caprasius* sive *de Chevreuse* dictus, vix pubescens in patrui *Meduanni* castris militiam auspicatus strenui atque intrepidi famam adeptus est. Inde Regi *Henrico* IV reconciliatus in obsidione *Fani* & *Samarobrigæ* multa vulnera, multumque ab illo laudis ac gloriæ retulit. Sub exitum a. 1602 consilia pernicioſa unà cum *Philippo Angluro Guisii vellauo* agitasse delatus, & in custodiam datus, postea juveniliter peccasse convictus, & quod erat confessus, deprecante pro eo illustrissima familia & inprimis Duce *Guisio* fratre, in gratiam receptus est. Transiit exinde in Hungariam flagrante bello Turcico, & post edita ibi fortitudinis suæ specimina in Galliam redux, à R. *Ludovico XIII* præfectura *Arvernæ* auctus est, eidemque adversus factiosos fidelem ac strenuam operam navavit. Pari etiam virtute in bellis civilibus contra Protestantes se præbuit, & obsidionum *Fani Engeriaci, Cleraci, Montalbani* & *Montispessulani* pars magna fuit, meruitque munus *Magni Franciæ Cubicularii*, morte patruelis sui Meduanii Ducis vacuefactum, A. 1625 cum solemnia nuptiarum *Henriæ*, Regis sororis, cum *Carolo I R. Angliæ* celebrarentur, posterioris vices gessit, illamque in Angliam deduxit. Reliquam ætatem, quæ longa adhuc fuit, quieto otio transegit, quò magis uxor ejus omnibus aulæ turbis ac technis, quæ initia regni Ludovici XIV exercuere, sese immiscere gaudebat. Obiit ille apoplexia sine prole masculâ, namque fœmellas tantùm easque tres genuit, quarum duæ monasticam amplexæ sunt vitam, media *Armando Pr. Contio* verbis de futuro desponsata, abruptis pactis connubialibus, lanuptæ variolis mortua est.

ALEXANDER PARIS, illorum, de quibus proximè dictum est, frater natu minimus, & post parentis fata in lucem editus, forma, cultu corporis & animi magnitudine præstans, atq; expeditus in omnes artes, quæ corpus exercent, monomachia, qua *Luxium* patrem ac filium ferro transegit, strenui ac maximè pugnacis nomen nactus est. Obtinuerat paulò ante *Provinciæ* præfecturam, quo post cædes patratas à Regina regente ire jussus, ibidemque ingenti applausu exceptus, propero in ultionem Deo triſti casu periit: cum enim apud *Bauxium* (arx est non procul Arelate) displosione majoris tormenti ad scopum collimati se recreat, disrupto eo ob crebriores ictus, fragmento æris Principis coxa qua ventriculum subit attrita adeò est, ut excindere læsam partem necesse haberet chirurgus, quo facto non multò post insinuato in vulnus tabo expiravit. *Gramond. Hist. Gall. L.* 1.

HENRICUS *Lotharingus, Carola Ducis Meduanni* F. titulo *Ducis Aquillonis* in *Aquitaniæ* agro ad *Olgam* oppidi & *Paris Franciæ* à Rege *Henrico* IV a. 1609 ornatus fuit, ita, ut deficientibus masculis *Aquillo, Libertas famum, Monspessulum, Madalianum, Olmerca*, quæ sub eadem dignitate comprehensa fuerant, non regio patrimonio, sicuti lege regni cautum est, unirentur, sed ad familiæ hæredes proximos extincto Paris Franciæ titulo pervenirent. Ab illo itaque tempore *Dux Aquillonis* audiit *Henricus*, donec parente mortuo *Meduanni Ducis* axioma assumeret. Fuit, ut natura procerus, ita animo maximus quantacunque pericula vilia habens, bello adversus Protestantes acerrimus, *parum quietus* (seu *Gramondus L.* 9. ait *ejus ætatis Principes aut primores, qui passim mala fide gerebant bellum, perdendis parùm intenti hostibus, quo diuturior sedatio, per quam prona ad spem rerum augebantur*; unde in *Septimania* & *Aquitania* (huic *vicaria* potestate præerat) pro publico liberatore colebatur, usque adeo ut in ipsius verba juraret omnis ordo, mortique ejus impatienter indoleseeret; eam oppetiit in *Montalbani* obsidione, quam post captas ea æstate arces decem & quatuor, occeperat; cum enim à *Guisio* & *Schombergio* visitatus in valla utrumque duxisset exhibendo, cui totus incumbebat, labori, & caput vallo exeruisset ostendendis plateis obsessorum, quæ tormentis disjicere gestiebat, sclopeti rotulati ictu in oculum sinistrum percussus est, levi in speciem vulnere, sed lethali. *Gramondus L.* 30, *Hist. Gall.*

HENRICUS II *Dux Guisiæ* id tituli demum post patris sui obitum assumsit, illo enim superstite *Ecclesiasticum* vitæ genus sectatus multorum cœnobiorum, *San Dionysiani* nempè, *Fuscanensis, Corbeiensis* aliorumque Antistes, nec non *Archiepiscopus* & *Dux Remensis* audiebat. Ob hanc ipsam vero abdicationem dignitatum Ecclesiasticarum & magnorum proventuum, quos exilis capiebat, quosque in fratres suos transferre cupiebat, cum Cardinale Richelio collisus, *Comitis Suessionensis* factioni se adjunxit, & cum eo *Sedanum* secessit; inde *Bruxellas* se contulit, ibidemque viduam *Comitis Bosavianæ* connubio sibi sociavit magno gentilium suorum fremitu & stupore & nemine non indignante, quod *Annæ Gonzagæ Caroli Ducis Mantuæ* filiæ, quam deperierat usque adeò, ut ipsius inprimis amore Clericatui & tot opimis beneficiis se abdicasse crederetur, cuique fidem matrimonii dederat, repudium inexcusabili levitate miserit, animumque ad Comitissam viduam ac pauperem contulerit. Hanc ipsam autem postea pari inconstantia deseruit & in Galliam, impetrata venia, à. 1643 rediit. Triennio abhinc *Romam* profectus, in familiaritatem *Innocentii X Papæ* se insinuavit, atque inter ipsum & aulam Gallicam amicitiam conciliavit; vocatus exinde à seditiosis *Neapolitanis*, illicò advolavit scaphæ exili se fortunamque suam committens; isthic bonis initiis malos eventus habuit, auxiliis enim Gallicis in tempore non advenientibus ab Hispanis captus & in *Hispaniam* abductus, demumque a. 1652 libertati redditus fuit. Nihilotamen secius a. 1654 novam in regnum *Neapolitanum* expeditionem suscepit, novasque spes ejus potiundi intercepto *Castellamare* nactus est, sed hos iterum successus subitò destituit, quemadmodum in *Gazzoni Historia* [*delle guerre di Europa Parte I Lib. 3. 4 & 5*] legere est. Reversus in Galliam in comitatu *Christinæ Suecia Reginæ* munus *Summi Franciæ Cubicularii*, morte fratris sui LUDOVICI *Ducis Joinvilæ* (is *Colonellus equitum levis armaturæ* è vulnere in pugna, qua Hispani ab obsidione *Atrebatis* depulsi sunt, accepto. accedente apostemate in pulmone decesserat) vacuefactum obtinuit; id verò deinceps Duci Bullionæo cessit. Vitam ad quinquagesimum ætatis annum produxit generosi strenui & maximè affabilis Principis nomen adeptus, cui tamen proclivitate ad rem amatoriam & circa eam mobilitate nonnihil labis adspersit. In propatulo fuere ejus amores cum virgine *Gorsia* [*la Damoiselle de Gorse*] paucis demum abhinc annis fato suo functa. Reperi etiam in Genealogia familiæ *Pontiæ*, quam à *Marchione de Pons* acceptam Vir Nobilissimus, & in studiis ingenuarum artium cum multo rerum usu conjunctis præcellens, *Christophorus Gresseneus arzus*, mecum communicavit, pactum matrimoniale illi intercessisse cum *Juditha Pontia Johannis Jacobi M. de la Case filia*.

LUDOVICUS JOSEPHUS patris ac patrui hæres, atque adeò *Guisiæ* & *Joinvillæ Dux* & *hic Par Franciæ*, præterea matris *Ducissæ Engolismensis* hæreditatem in spe habens vitam, quam splendidissimè degere poterat, præmatura morte finivit, relictâ post se prole unica eademque masculâ, quam tamen fatorum illustrissimæ stirpis interitum urgentium malignitas citò & in tenera ætate rapuit, succedente in amplissimas familiæ possessiones MARIA, quæ vulgò *Madamoiselle de Guise* appellatur, & Guisiæ Ducatum a. 1684 in *Harcurtii Principem* gentilem suum venditionis titulo transtulit.

FAMILIÆ LOTH

MARCHIONES AC DUCES D' ELBOEUF, COMITES D

RENATUS DE LOTHARINGIA, Claudii D
1536. †1566. *Aloisia de Rieux, Claudii Dn. de Ri*

Maria, n. 22. Aug. 1555, nup. Carolo patrueli suo D. Aumaliæ 1576.

Carolus n. 18. Octobr. tor Fr. † 1605.

Carolus II. Dux Ellebovii, Com. de Harcourt, Rieux & Lisleboune, † Dec. 1657, æt. 61. *Catharina Henrica, Henrici IV. Regis f. natur. legitimata, 1619.* †1663.

Claudia Leonora nup. Ludovico Guffierio D. de Rouañois † 1654.

Franciſca † innupta 9. Dec. 1626.

Catharin Jan. 16

Carolus III. D. Ellebovii, n. 1620. Equ. O. R. 1. *Anna Eliſabetha de Lannoy, Henrici Pleſſæi C. de la Rocheguyon vid. 7. Mart. 1648. † 1654. Catharina Turria, Friderici Mauritii D. Bullion. f. 20. Maji 1656. † 1680.* 3. *Franciſca de Montaud, Philippi D. de Navailles f. & h. 25. Aug. 1684.*

Henricus *Abb. Hombierenſ. † 1649.*

Catharina, Abb. Portus Regii Pariſ. † 1645.

Franciſcus Pr. Harcurtii, C. Riuſii, n. 1623. *Anna Ornana, Henrici Franciſci Alphonſi C. de Montlor f. & h. cr. 1645.*

Maria Margarita Ignatia, dicta Mademoiſelle d' Elbeuf † innupta 7. Aug. 1679. æt. 50.

Julius Auguſtus P de l' Isleboune, 1624. 1. *Chriſtina, Hannibalis D. Eſtræi Sept. 1658.* 2. *Anna Lotharinga, Car III. D. Loth. f. 7. 1660.*

2. *Beatrix, dicta Domicella de Lisleboune. n. Jan. 1662.*

2. Carolus dictus Pr. de Commercy, n. 11. Jul. 1661.

. . . . . natus . . . .

Cæſar dictus Princeps de Monclaur, † . . Apr. 1683. . . . . *nata 1657. Abbat. Montis Moyn. 1683.*

Maria Angelica Henriet, ux. ſecunda Nunii Alvarez de Mello D. de Cadaval, Magnatis Luſit. 1671. † 9. Jun. 1674.

Alphonſus Henricus Carolus Pr. Harcurtius.

Maria Franciſca Caroli Cde Brancas f. 1667.

2. Ludovicus, n. 8. Sept. 1662. *Abb. d' Orcamp. 1677.*

2. Henricus dictus Pr. Elebov. n. 7. Aug. 1661. *Caroli de Rochechouart, Ludovici Pharonii D. de Pruvane f. 28. Jan. 1677.*

2. *Franciſca Maria, nata 3. Maji 1659. monialis.*

2. *Maria Eleonora, nata 24. Apr. 1663. monialis.*

2. Henricus Fridericus, n. 26. Januar. 1657 † 1. Carolus, n. 2. Nov. 1650. dictus *Eques* Ellebovius.

1. *Anna Eliſabetha, d. Aug. 1649. nup.* Carolo Henrico Lothar. Pr. Valdemont. 1669.

Philippus, n. . . Oct. 1678.

ARINGICÆ TAB. V.

DE RIEUX, HARCOURT, LISLEBONNE ET ARMAGNAC.

Ducis Guisiæ F. MARCHIO ELLEBOVII, n. 14. Aug.
eux, C. de Harcourt fil. 3. Febr. 1550.

1556. Marchio postea DUX Ellebovii, PAR & M. Vena-
Margarita Chabot, Helionori C. de Charny f.

...f 30. *Henrica Abbat. B. Virg. Sueſſion. † 24. Januar. 1669, æt. 77.*

Henricus, COM. de HARCOURT, ARMAGNAC, de Charny & Brione, M. Hippocomus Fr. n. 1601, † 25. Jul. 1666. *Margarita Philippina de Cambout-Coislin, Antonii de Lage D. de Puy-Laurens vid. 1639. † 9. Dec. 1674.*

Armanda Henrica n. 1640, Abb. B. Virg. Sueſſion. 1669 † 19. Maji 1684.

Ludovicus C. de Harcourt, Armagnac, n. 1641, M. Hippoc. Fr.
Catharina de Neufville, Nicolai D. de Villeroy f. 7. Oct. 1660.

Philippus dictus *Eques* Lotharingus *Abb. ad S. Johannem Sueſſion.* n. 1643.

Alphonſus Ludovicus dictus *Eques* Harcurtius *Abb. Regiomont. natus 1644.*

Raimundus Berengarius, dict. *Abbas* Harcurtius, *Abbas Fani Farenenſ.* n. 4. Jan. 1647. † .. Sept. 1686.

Carolus, dict. Comes de Marſan, n. 1648 *Maria Franciſca d'Albret, Cæſaris Phœbi, Mareſcalli Fr. f. Caroli Amanei C. de Mioſſens vid.*

Camillus, n. 26. Jan. 1666.

Franciſcus Armandus dictus *Eques* Armaniac. n. 17. Febr. 1665. *Abbas de Chaſtelier.*

Margarita, n. 17. Nov. 1662. uxor tertia Nuni Alvarez de Mello, D. de Cadaval, Magnatis Luſit. 25. Jul. 1675.

Henricus, dictus Comes de Brione, n. 15. Nov. 1661.

... natus 4. Apr. 1644.

... natus 1672.

AD TAB. V.

RENATUS *Lotharingus*, fratrum suorum natu minimus, è paternis ditionibus *Ellebovium* in Normannia fortitus est, secutumque gentilitium discriminis ergò *margine coccineo* cinxit. Sub signis Ducis Guisiæ, fratris sui natu maximi, à prima juventa militavit, cumque aliquod in re bellica nomen sibi peperisset, & Equiti Guisio, qui ipsi inter fratres ætate proximus erat, in præfectura triremium regni Gallici subrogatus esset, timidi acignavi notam pænè Cadomi subiit. Illuc enim missus, ut nutantes oppidanos præsentia sua in officio contineret, postquam *Colinius* copias suas oppido atque arci admovisset, & tormentis exiguam ruinam (quam regina posteà inspiciens vel à domesticis mulieribus colos gestantibus defendi potuisse ajebat) feciſſet, statim se ad interius propugnaculum recepit, & deditionem maturavit, hanc tamen excusationem habens, quod tunc ex quartana ægrotaret. *Thuan. Lib. 23.*

CAROLUS *Lotharingus Ellebovius* à Rege *Henrico* III a. 1581 axiomate *Ducis ac Paris Francie*, & sequenti anno *torque S. Spiritus* ornatus est. post Guisii cædem *Blesis* in custodiam datus, & tertio abhinc anno libertati redditus, cum R. *Henrico* IV a. 1594 transegit, eidemq; exinde fidelem ac strenuam operam præstitit, & *Pictavienſis* nec non *Borbonicæ* provinciæ præfecturam gessit, donec *Molini* in *Bojis* ultimum vitæ diem clauderet, præmatura canitie senectutem præ se ferens. *Remigium Bellaqueum* præceptorem habuerat, testudinem pulsare, harmonicè cancare & versus Gallicos non ineleganter pangere edoctus. *Thuan. l. 134*

CAROLO II. *Ellebovio* & HENRICO fratribus eodem, quo parens eorum decessit, anno, luculenta hæreditas morte *Vidi XX Com. Larvalli*, cum quo communem partiebantur abavum, *Claudium* nempe *Rieuſium Harcurtii Comitem*, obvenit, videlicet Comitatus *Harcurtius*, *Rieuſius* aliæque in *Normannia* & *Armorica* possessiones. *Carolus* à R. *Ludovico XIII Aquitaniæ ulteriori* a. 1621 *vicaria* potestate impositus posteà *Picardiam* & *Bononienſem* agrum rexit. Sub initiis regni *Ludovici* XIV in partes transiit, & Parlamento adversus aulam operam suam exhibuit. Ad senectam vergens hydropem nactus est, & ex eo Lutetiæ decessit. *Henricus* inde à pubertate bellicæ laudis cupidine flagrans, in Germania & Ungaria prima militiæ rudimenta haud inglorius posuit, posteà orto domi bello adversus *Reformatos* plerarumque & difficillimarum expeditionum pars præcipua & ingens momentum fuit, inclaruitque inprimis recuperatione insularum *S. Honorati* & *S. Margaritæ* a. 1636 facta, ubi classis regiæ præfecturam gessit. Translato in Italiam bello, apud *Caſalium*, *Turinum*, aliisque in locis novæ virtutis documenta dedit, & præstantissimi copiarum ductoris famam retulit. Inde in Cataloniam, quæ ab Hispanis defecerat, militavit & Marescallo Mothano in proregio munere subrogatus *Ilerdæ* jacturam, quamille fecerat, aliquot prosperis successibus pensavit, *Rosas* expugnavit, *Segrum* amnem trajecit, Hispanorum copias ad *Liorentium* fudit, donec idem qui anteceſſori ejus infaustus fuerat locus, *Ilerda* scilicet, verenti ipsum præberet fortunæ, eam enim cum obsidione cinxisset, inducto ab Hispanis subsidio gravi rerum Gallicarum ibi status in oris detrimento nec exigua copiarum suarum strage, retrocedere coactus est; factum id a. 1646. Triennio post regiarum copiarum in Belgio præfectus *Condatum* regno Galliæ adjecit, & imposuit eodem pæne tempore *Normanniæ* vicaria potestate, Condæum, Contium & Langavilleum Principes captivos in Havræam arcem traduxit, magna populi indignatione, quam Mazarino Cardinali in discessu suo è Gallia operam & securitatem præstando vehementer auxit, adeò ut Lutetiam reversus ferè plebis furore opprimeretur; neque illam, cum Principes è carcere emissos in aulam reduceret, sedaram sensit. Condæo posteà ad Hispanorum partes transgresso, & in Aquitania res novas moliente illuc missus, multa fortiter gessit, usque dum ob offensas ab aula acceptas inde se subduceret & in Alsatiam transiret, unde *Philipsburgum* delatus loci præfecturam ac præsidiariorum obsequium ad se transtulit. Pactus deinceps cum Rege tradito ei munimento illo, præfectura *Andegavenſi*, dignitate *Supremi Magistri Stabuli* & Ecclesiasticis proventibus donatus est. Decessit in Abbatia *Regiomontana* subitanea morte. Comitatum *Armaniacenſem* in Aquitania situm, à quo filio ejus nunc titulus est, à Rege *Ludovico* XIV a. 1645 donatione accepit.

CAROLUS III *Ellebovii Dux*, Lotharingicæ in Gallia familiæ caput in præsentia audit, gaudétque præfectura *Picardiæ*, *Artesiæ* ac *Hannoniæ*. Filium è prima conjuge (de cujus morte specialia in *Buissonii Historia vitæ Vicecom. Turenenſis pag.* 287 leguntur) genitum, quod is imbecillioris esset valetudinis, cœlibatui mancipavit, & *Melitenſi* militiæ a. 1676 addixit; ut ita hæreditas & dignitates domus Ellebovii ad HENRICUM, è secundo matrimonio natum, maneant. Cum tertiam uxorem duceret, hanc iniisse conditionem fertur, ut liberi ex hoc conjugio prodituri, nomen *Benacenſe* sive *Montalium*, maternum nempè, cum Lotharingico conjungerent.

GENEALOGIA
FAMILIÆ GRIMALDORVM DE MONACO.

IN Principum extraneorum loco deputantur apud Gallos post Lotharingos ac Sabaudos etiam *Monæci* sive *Monaci Principes*, à *Grimaldorum* gente, antiquissima & toto orbe nobilissima, quæ *scutum ex argenteis & rubeis rhombis variegatum* tesseræ loco ferre consuevit, otiundi. Genealogiam ejus jussu atque auspiciis Illustrissimi Principis Honorati II *Carolus de Venasque* ipsi ab epistolis excoluit peculiari opere Lutetiæ Parisiorum a. 1647 excuso, cui titulus: *Genealogica & Historica Grimaldæ gentis arbor*: id verò, ne quid dissimulem, oculis usurpare nondum mihi fuit integrum. Ex illo tamen quædam *Joh. Labarerius* in Historiam itineris Reginæ Poloniæ a. 1648 evulgaram transtulit. Pleniora verò sunt, quæ de Grimalda stirpe *Joh. Bapt. Riccioli* Bononiensis *Almagesti* sui *Novi* Tomi I, parti posteriori præmisit. Is domesticam familiæ traditionem, incertam eam quidem & probationis oppidò indigam, secutus, primam Grimaldorum originem inde à GRIMOALDO reperit, qui Præfectus Palatii sub Rege Childeberto II, & *Pipini* cogn. *Heristalli* è *Plectrude* uxore sua filius, atque adeo Caroli Martelli frater consanguineus fuerit, & a. 714 Leodii in Basilica S. Lamberti, dum precibus vacaret, per sicarios interfectus, filium nothum post se reliquerit THEOBALDUM. Hic pro spurio ab Historicis habitus, illi è *Theodesinda* Radboti Frisiæ regulifilia natus, & Galliæ Belgicæ Comes atque equitatus Gallici ac Palatii præfectus sub Regibus Childeberto II & Dagoberto II fuisse fertur, pulsusque à Carolo Martello Gallia, cum matre ad Pelagium ac Alphonsum Hispaniæ Reges a. 732 confugisse, à quibus propter res adversus Mauros & Saracenos strenuè gestas aliquot oppidis in Salmantica donatus, arcem ibi extruxerit, eidem paternum nomen indiderit, atque ab eo posteros suos cognominari voluerit. Mortuo verò Carolo Martello in Galliam à Pipino anno circiter 751 revocatus, cùm è Gallo-Provincia Saracenos fugasset atque *Antipolim* Massilienstum expugnasset, dominium loci hujus indeptus est. Conjux ei *Aliarda*, filii HUGO & RAINERUS *Grimaldi* tribuuntur. *Posterior* ex his oppidi *Grimaldi*, *Santivanez* & aliorum in Hispania locorum dominus extitisse, & stirpem illic propagasse traditur, quæ feudum Grimaldum tenuit, usque dum a. 1370 deficientibus maribus *Hurraca Bermudez* id in mariti sui *Petri Tressii* arcis *Almofragues* dominifamiliam transferret. HUGO *Grimaldus*, Antipolis aliarumque urbium in Provincia regulus, & Caroli M. in Romano Imperio Vicarius, è sorore Archiepiscopi Mediolanensis anonymi genuisse perhibetur PASSANUM & THEOBALDUM, quorum *hic* sanctimonia vitæ clarus Ecclesiæ Mediolanensi præfuit atque a. 876 fatis concessit; ille pater fuit GRIMALDI, à quo sequentis tabulæ initium duximus. Hunc Imp. Ottoni I fortem in bellis operam navando promeruisse perhibent, ut de Principatu *Monaci*, inter Ligusticam & Massilienstm

FAMILIÆ GRI

PRINCIPES DE MONAC

GRIMALDUS I. PRINCEPS MO

Guido I Pr. Monaci & Antipolis 930. — Crispinus dict. Vid. I

Grimaldus II. Pr. Monaci, Dn. Sinus S. Tropæi. *Alexia, Alexii Imp. Constantinop. neptis* — Alphanius,

Guido II. Pr. Monaci, Vicarius & Admiralis Imp. Henrici IV. 1. *Arasima, de Carreto, Marchionis f. 2. N. Fulconis de Castro f.*

Grimaldus III. Pr. Monaci, Admiralis Genuæ, *Antonia Pia.* — Lucas & Guido *Cardinales.* — Humbertus *Episc.*

Obertus Pr. Monaci, Præf. domus Imper. Friderici I. *Conradina Spinula.* — Raimundus *Episc.* Antipolis. — Petrus *Episc.* Vintii.

Grimaldus IV. Pr. Monaci Octovir Genuæ, *Orieta, Merli de Castro f.* — Ingo, Dn. Carrosii, à quo *Duces Eboli & Principes Salerni* descendunt. — Obertus fator Grimaldorum *de Chateauneuf & de Gattieres* in Com. Niceæ.

Franciscus Pr. Monaci, † circa a. 1275. *Aurelia de Carretto.* — Devotus *Episcopus* Graſſæ 1263.

Rainerus Pr. Monaci, † circa a. 1300. *Speciosa de Carretto Jacobi M. Finalii f.* — Andaro fator Dominorum *de Bueil & Comitum Sancerræ.*

Hugo Pr. Monaci † ... — Rainerus II. Pr. Monaci Dn. de Cagne & Villeneuve, Admiralis Franciæ † circa a. 1330. *Margarita Ruffa è Comitibus Sinopolis.*

Carolus cogn. Magnus Pr. Monaci Dn. de Cagne, Villeneuve, &c. † 1363. *Lanetta Spinula, Gerardi Lucæ & Dertonæ Domini f.*

Rainerus III. Pr. Monaci & Mentonii, B. de Vance † 14.. *Isabella Assenaria.*

Johannes Pr. Monaci &c. † 1454. *Pomelina Fulgosia, Thomæ Genuæ Ducis f.* — Ambrosius † 1422. ... lebs.

Catalanus Pr. Monaci &c. † 1457. *Blanca de Carretto ex Marchionibus Finalii.* — *Bartholomæa nup.* Petro Fulgosio Duci Genuæ.

Johannes & Rainerus obiere in infantia. — *Claudia hæres Principatus Monaci nup.* Lamberto Grimaldo agnato suo.

MALDÆ TAB. I.

CO, DOMINI D' ANTIBE.

DNACI & Antipolis, vixit circa a. 920.

ftus Ansgothus Tab. III. — Gibellinus de Grimaldis, Dn. Sinus S. Tropæi.

Episcopus Aptæ Juliæ 1056. — Borrellus sedem in Septimania fixit.

Bonifacii Savonæ & Finalii — Theobaldus, R. E. *Cardinalis* cr. ab Urbano II. — Lucas. — Hugo.

Manfredus *Episc.* Antipolis. — Boso, *Abbas* Lerinensis 1151. — Albertus. — Otholinus.

Fridericus. — Passanus. — Rossus. — Guido, Consul Genuensis. — *Francisca Malaspina.*

Luchinetta, nup. Jacobo dei Giudici. — Guido. — Carolus Isnardus M. Gavii. — Nicolaus autor lineæ Grimaldorum *de Carignan* in Pedemontio. — Renatus, *Maria de Clermont.* — *Adelaïs, nup.* Pyrrho Ruffo C. Sinopolis.

Luchettus sator Dominorum *Petræ late* in Pedemontio. — *Alexia, nup.* Philippo Medicæo. — Lanfracus Octovir Genuæ. — Gabriel.

Grimaldus, Rhodiensium 1318. — Magnus Senescallus, — Antonius. *Antonia Spinella.*

Rogerus, Cubicularius VIII. Papæ. — Bonifacii — Bartholomæus sator Grimaldorum in Sicilia. *de Missimerio* — Franciscus.

Vinciguerra Baro S. Demetrii, Prorex Calabriæ. — Lucianus Dn. de Villefranche. — Antonius Dn. de Prata, Consil. Johannæ I. Reg. Neapol.

Lancellotus, Cubicul. Reg. Johannæ. — Franciscus Baptista Præf. Classis Guelphorum. — Carolus Dn. Mentoni. — Lucas Dn. Antipolis à se recuperatæ.

Henricus Baro Buzettæ & Scitibillini, à quo *Principes S. Catharinæ* in Sicilia descendunt. — Nicolaus Dn. Antipolis, Capreæ &c. Gubernator Massiliæ

Caspar Dn. Antipolis, à quo *Marchiones de Corbons* sanguinem ducunt. — Lambertus Pr. Monaci Vid. Tab. seq. II.

oram sito, (veteribus *Herculis Monœci portus* vocabatur) ab ipso investiretur. Uxorem eidem tribuunt *Crispinam*, Rollonis sive Rudolphi I Ducis Normanniæ filiam, indeque evenisse ajunt, quod ANSGOTUS filius illius secundogenitus, in Normanniam sedem transtulerit, acceptoque ab avo Baronatu *Bec* in Caletensi pago, atque assumpto à materno nomine CRISPINI cognomento, familiam, *de Bec-Crespin* dictam, propagarit. Quamvis verò hæc Becco Crespinorum origo ad liquidum non sit perducta, neque apud Historicos alterius filiæ Rollonis Normanni, quàm Gerlottæ dictæ Adelæ, quæ Wilhelmo Aquitaniæ Duci nupsit, mentio occurrat, attamen quia recepta vulgò illa est sententia, & congruentia scuti Becco-Crespini cum Grimaldico munita, haud absurdum videtur propositi operis regulæ, stemma Becco-Crespinæ gentis Principum Monacensium enumerationi subnectere.

GIBELLINUS, *Grimaldi* I filius natu minimus, Saracenos Provincia pepulisse celebratur, virtutisque suæ præmium à Wilhelmo I Provinciæ Comite accepisse *Sinum S. Tropesii*, qui olim *Sambracitanus* sive *Sambracitanus* dictus, atque inter Massilienſem & Forojulienſem situs ad quinque leucas in longitudinem se exporrigit. Nunc Sinus Grimaldensis (*Golfe de Grimant*) appellatur à castro, quod GRIMALDUS II Monaci Princeps, *Gibellini* è fratre nepos ac hæres, ad ejus littus exstruxit. Idem *Grimaldus* primus è sua gente Genuæ habitasse, profectúsque in Palæstinam egregiis factis famam nominis ibi extendisse, & Constantinopolitani Imperatoris affinitatem promeruisse memoratur.

Ab INGONE, OBERTO, & NICOLAO, *Grimaldi* IV. Pr. Monaci fratribus totidem lineæ ortæ sunt: *Nicolaus* enim ducta in matrimonium *Argentina*, Nicolosini *ab Auria* filia progeniem edidit, quæ *Cariniani* in Pedemontio domicilium fixit; ab *Oberto* prodiere Domini *de Chasteauneuf* & *de Gattieres* in Comitatu Niceæ, quorum tamen masculà stirps hoc, quo agimus, seculo defecit in *Carolo Grimaldo* Domino *de Floretes*, cujus filia ac hæres *Anna Franciſca*, è *Laura Galeana* genita, *Michaeli Angelo Lascari*, Nobili Niceensi a. 1620. in manum convenit. Ab *Ingone* amplissima ac splendidissima demanavit posteritas, in plures iterum lineas diffusa: videlicet cum *Luchinum* & *Boarellum* filios haberet, à *posteriore* Stellæ Domini provenere in *Ingone*, Boarelli atnepote, J. U. Doctore ac Equite, plurimis pro Rep. Genuensi legationibus functo, extincti; sed in ipsius genero *Francisco de Castro*, quem cum gnatam unicam *Baptinam* ei desponderet, in nomen familiamque Grimaldam arrogavit, restaurati; inde enim stirps *Grimaldorum de Castro* defluxit, inter quos *Lucas*, *Francisci* & *Cæciliæ Spinulæ* filius, prioris *Francisci* pronepos, & Genuensium Dux a. 1605 electus, eminuit: is è *Nicoleta Grimalda*, Baptistæ Ducis Terræ novæ gnata, suscepit *Franciscum*, qui nulla è *Nicoleta ab Auria* ex Sasselli Dominis suscepta prole decessit, domusque suæ hæreditatem sorori suæ *Placidiæ* reliquit, ab ea in mariti sui *Johannis Mariæ Vicecomitis*, Marchionis *de la Motta*, familiam translatam, *Luchino*, Ingonis filio natu majori, è Gabriele gnato suo nepotes fuere *Caspar* & *Rabella*. Prior iterum *Percivallum* & *Gabrielem* genuit; ille Policastri Dominus tricavus exstitit *Nicolai*, viri splendidissimi atque ob opulentiam *Monarchæ* appellati, quem Rex Hispaniarum Philippus *Euboli* Ducatu, *Salerni* Principatu multisque aliis in regno Neapolitano & Hispania locis locupletavit. Is è *Julia Cybo*, Innocentii VIII P. M. pronepte *Augustinum* genuit, patrem è *Leonora Cybo* Alberici Pr. Massæ filia *Nicolai* II *Euboli Ducis* & Ordinis Alicantaræ Equitis, quem postremum suæ lineæ & cœlibem fata præmature a. 1639 rapuere, hæreditate ejus ad Aurias seu Dorias, Spinolasque devoluta: nam amitæ *Polyxena*, *Elisabetha* & *Aurelia* Philippo Spinolæ March. Venafri (ex quo Ambrosius Martis verè nullus prodiit) Sinibaldo Doriæ Dynastæ Cremorini & Nicolao Doriæ Duci Genuæ nupserant. *Gabriel*, Bercivalli frater, abavus fuit *Stephani*, qui relicta ob privata dissidia Genua *Reginm Æmiliæ* secessit; cujusque pronepos *Paris* ducta in matrimonium *Anna Catanea* Nobili Bononiensi, sedem *Bononiam* transtulit, genuitque præter alios *Vincentium Mariam Jesuitam* & insignem Mathematicum a. 1663 mortuum & *Josephum Mariam*, patrem è *Sulpitia*, *Alexii Orsi*, Comitis S. Quintini filia, *Vespasiani*. A *Rabella* denique, Caspris fratre, *Grimaldi*, qui *Cavalleroni* cognominati sunt, prodiere; id verò tituli inde ortum est, quod *Johannes Baptista*, *Stephanus* & *Nicolaus*, Rabellæ trinepotes, ab Imp. Carolo V. a. 1525, *Equites aurati* & *Comites Palatini* creati fuere. Primus ex his per filios *Augustinum* & *Johannem Jacobum* lineas duas profevit: *ille* enim *Montis Pelusii Baro* & Senator Genuæ cum *Maria Auria*, *Nicolausi* Montis Pelusii Baronem genuit a. 1636. mortuum, relicto è *Paula Spinula* cum aliis *Augustino*. *Johannem Jacobum Baronem Sanfelicii* in regno Neapolitano, eundemque Senatorem Genuæ, *Hieronyma Mari* uxor sua parentem fecit *Johannis Baptistæ*, *Magdalenæ Spinulæ* mariti & a. 1645. mortui, nec non *Hieronymi* R. E. *Cardinalis* & *Archiepiscopi Aquensis* in Provincia, atque anno demum 1685, d. 4. Nov. ætatis XC. defuncti.

Ab ANDARO, *Rainerii* Pr. Monaci fratre, Dominos *de Bueil* in Pedemontio, & ab his porrò *Comites Sancerræ & Maransii* in Gallia derivare solent; illorum quidem deductionem nunquam vidi: horum verò primum *Johannem* memorant qui *Magnus Balistariorum Magister* in Gallia fuit, uxòremque habuit *Margaritam Beraldi Delphini Arverniæ* è *Margarita Comitissa Sancerræ* filiam, gnatum autem cognominem cui a. 1441. per sententiam à Parlamento Parisiensi latam Comitatus Sancerræ adjudicatus fuit. Hujus frater *Petrus Dom. de la Motheſouray* lineam Dominorum *de Fontaines* & *de Racan* condidit: quorum priores in *Honorato Bueilio Fontano*, qui in Regis Caroli IX gratia præcipuum locum tenuit, atque a. 1590 à Macloviensibus (referente *Thuano Hist. Lib. 98.*) occisus est, defecere, posteriores verò, qui à *Claudio Racano*, quem Honorati Fontani fratrem idem autor Lib. 55. vocat, descendisse videntur, superant. Comitum autem Sancerræ & Maransi stirpem clausit *Johannes V. Magnus*

Magnus Franciæ Pincernæ a. 1665 mortuus; is prole destitutus suæ sororis *Annæ, Petri de Perrien M. de Crenan* uxoris secundæ (priorem is ex eadem domo habuit, gnatam nempe unicam *Ludovici Jacobi Bueilii Dom. de Courcillon*, qui *Johannis V patruelis* erat) filium *Johannem* in nomen familiamque suam adscivit.

CAROLUS Pr. Monaci, cui forte facta *Magni* cognomen pepererunt, de Rege Galliæ Philippo Valesio bene meritus fuisse, dumque in prælio Crescacensi strenuè pro ipso pugnat, grave vulnus accepisse prædicatur. Idem Provinciam nomine Johannæ I Reginæ Neapol. procuravit, Sinum Grimaldum recuperavit, Mentonum, Roccobrunam & Castellionum emit.

Inter Marchiones *de Corbons*, quorum fator CASPAR Dominus Antipolis extitit, quorumque seriem Ricciolus præteriit, celebratur à Gallis *Johannes Henricus Grimaldi M. de Corbons*, quinto ab illo gradu remotus, eo inprimis nomine, quod ad traducendum in Gallorum partes Honoratum II Monaci Principem, plurimum operæ contulerit, elegantiúmque literarum insignis fautor ac cultor fuerit.

AD TAB. II.

LAMBERTUS *Grimaldi* posteàquam *Claudiam* agnatam conjugem & cum ea Principatum Monaci accepisset, Regi Ludovico XI sese addixit, posteàque cum is omnia jura, quæcunque Gallorum regnum in urbe Genua totaque ditione habebat, in Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani transtulisset, autor huic & impulsor fuit, ut Saonam aliaque occidentalis Liguſticæ oræ oppida occuparet, quemadmodum *Ubertus Folieta Genuensis Historiæ Lib. XI.* refert, hanc subjiciens ἀναίσθητον: *Gentilitium istud edidit* Lambertus Grimaldus; *tanquam ab usitato parentum & avorum more se degeneraturum putaret, si cum illi Albintemelio nobili ac pervetusta urbe, prætereaque Monaco oppido aliisque Genuensis ditionis locis patriam spoliassent, ipse (quod unum eo tempore poterat) non ad ea quæ reliqua erant illi detrahenda atque ad exteros transferenda operam & consilium contulisset.*

JOHANNEM II. Principem Monaci à LUCIANO fratre ac successore suo dominandi avido inter rixas trucidatum, hunc verò itidem post aliquot annorum intervallum cum cæde & sanguine ad generum Ceteris à Bartholomæo ab Auria, Dulcis aquæ Domino, detrusum fuisse *Ricciolus* memorat.

AUGUSTINUS *Grimaldus*, divinarum atque humanarum rerum scientia clarus, Regis Ludovici XII. benevolentiam promeruit, ita ut ab eo titulo Consiliarii & Eleemosynarii sui orqaretur, prætereaque Abbatia Lerinensi & Episcopatu Grassensi augeretur. Fratris sui percussorem Barthol. Auriam apud Imp. Carolum V capitis accusatum & posteà comprehensum ultimo supplicio affecit, demerendoque Cæsaris ad hanc rem favori Monacensem Principatum, quem tutor filiorum Luciani administrabat, regni Hispanici protectioni subdidit. Id indignè ferens Rex Franciscus I omnibus in Gallia bonis dignitatibusque illum multavit, quæ damna Cæsar Oristanæ & Majoricæ Episcopatibus in ipsum collatis sarsit.

HONORATI I Monaci Principis sapientiam, magnanimitatem, studium literarum & erga eruditos liberalitatem miris extollunt laudibus, Mæcenatis ævi sui nomine eundem honestantes. Post *Augustinum* patruum suum ipso adhuc impubere mortuum tutorem nactus est *Stephanum Grimaldum* è *Carvalleronis*, prudentissimum virum, cui etiam tutelæ benè gestæ hanc gratiam retulit, ut neptem ejus *Isabellam* in uxorem duceret. Ab Imp. Carolo V *Marchionatu Campaniæ* & *Comitatu Canusii* in regno Neapolitano auctus est.

HERCULES *Grimaldus*, Honorati I. filius tertiogenitus ad Ecclesiasticam viram destinatus, juris Canonici ac civilis disciplinam singulari studio excoluit, fratribus verò natu majoribus præmaturo fato abreptis, Principatus Monacensis regimen adiit, arcemque Monacensem ab improvisa Gallorum aggressione & interna conspiratione a. 1596. tutatus est. Vitam amisit scelere quorundam subditorum suorum, à quibus, dicente *Ricciolo*, proditoriè interfectus fuit.

HONORATUS II. Monaci Princeps quia moriente patre septimum ætatis annum vix excesserat, avunculus ejus *Fridericus Landus* curam illius & Principatus gessit; is sive singulari erga Hispanos studio, sive quod securitati pupilli ita consultum fore putaret, inito d. 26. Febr. 1605. cum Comite *de Fuentes* Gubernatore Mediolanensi pacto præsidium Hispanicum in arcem Monacensem admisit, in verba quidem Principis jurejurando adactum. Cùm verò præsidiarii illi eorumque præfecti processu temporum ad petulantiam ferociamque & immodicum modum insolescerent,

FAMILIÆ GRI

PRINCIPES DE MONACO,

LAMBERTUS GRIMAL
be F. PRINCEPS MO
Grimaldam, Catalani
demunicam, obiit a. 1

Johannes II. Pr. Monaci, Comes Vintimilii † 1505. *Johanna de Sabaudia, Philippi sine Terra Ducis Sabaud. f. naturalis.*

Lucianus Pr. Monaci, C. Vintimilii occ. 1523. *Ann de Ponteves Dom. de Chabannes.*

Maria nup. Renato de Villeneufve Bar de Vins, Dom. de Vineul.

Franciscus II. Pr. Monaci † infans.

Honoratus I. h *Isabella Gri*

Carolus Pr. Monaci † cœlebs 1589.

Franciscus † in Hispania 1581.

Hercules Pr. Monaci, *ria Lando, Claudii S*

Honoratus II Pr. Monaci, M. Campaniæ, C. Canusii Eqn. Aurei Velleris, postea Gallicas partes tran isser DUX de VALENTINOIS, PAR FR. Comes d Beaux & Buis, Equ. Ord. Reg. † 19. Januar. 1662, æt. 63. *Hippolyta Trivul † 1638.*

Hercules Grimaldi, dictus initio Marchio de Camp *Luca Dom. de Malfetta fil. ac har. 1641,*

Ludovicus Pr. Monaci, Dux de Valentinois, Par Fr. M. de Beaux, C. de Carlades, B. de Buis & de Calvinet, Dn. de Remy, n. 15. Jul. 1642. *Carola Catharina de Grammont, Antonii Ducis f. 30. Mart. 1660. † 1678.*

Johanna Maria, n. 1644, nup. Carolo Emanueli Philiberto de Simiane, M. de Livorno 1659.

Antonius, dictus Dux de Valentinois, n. 27 Jan. 1661.

Maria Carola, n. 14. Jan. 1662.

nata 1663.

nata 1665.

nata 1667.

IMALDÆ TAB. II.

00, DUCES DE VALENTINOIS.

IMALDI, Nicolai Domini d'Anti-
PS MONACI per uxorem *Claudiam*
Principis Monaci filiam ac hære-
493.

Augustinus Episc. Grassæ Abbas Lerini †1532. | *Cesarina, nup.* N. M. de Ceve. | *Isabella, uxor* N. Dom. de Chateauneuf-Randan. | *Blanca, nup.* N. B. de Tourrettes.

us I Pr. Monaci, M. Campaniæ, Comes Canusii †1581.
Grimalda, 1545.

nci, M. Campaniæ, C. Canusii occ. 1604. *Ma-*
R. Imp. ac Vallis Tari Pr. f. 1595. | Horatius, Pincerna Regis Philippi III, †Neapol. 1620.

steà verò quum ab Hispanicis ad
nste Carladez, Baro de Calvinet,
Trivulcia, Theodori Com: Meltit f. | *Johanna, nup.* Theodoro Trivulcio Pr. S. R. Imp. & Misocchii, postea Cardinali †1620. | *Maria Claudia monialis.*

Campagna, postea Marchio de Beaux, †1651. *Aurelia Spinula,*
†29 Septembr. 1670.

Maria Hippolyta, n. 1645, nup. Andreæ Imperiali Pr. de Francavilla. | *Devota Maria Renata n. 8. Oct. 1646, nup.* Sigismundo Francisco d'Este M. de Lans & S. Martin m. Novembr. 1671. | *nata, 1648.*

natus 1669, dictus *Eques de Grimaldi.*

rent, & quidquid liberet pro imperio juberent ac perpetrarent, sensit Honoratus, postquam parumoli regiminis factus est, è Suprematu, quo majores sui gavisi fuerant, in servitutem conjectum se esse; cujus nec non injuriarum, quas quotidie inultas devorabat, impatiens, in libertatem quovis modo se vindicare contendit, captacaq; diu frustra occasione rei benè exequendæ tandem malum malo veluti clavum clavo pepulit, jugumque Hispanicum cum Gallico commutavit. Nimirum facto clanculum cum Gallis fœdere, nocte quæ diem 18. Novembris anni 1641. præcessit, cùm prius præfectum præsidiariorum induxisset, ut sexaginta illorum Roccabrunam ad plectendos subditos obsequium detrectantes mitteret, posteaque eundem necnon alios officiales cœna lauta exceptos, mero repletos dimisisset, cum filio & globo subditorum suorum Hispanos fortiter aggressus, eos imparatos ac dispersos facilè superavit, arceque potitus Gallos in vicinia è compacto latitantes introduxit. Inde abdicatis penitus Hispanorum partibus & remissa Regi torque aurei Velleris, Gallis se totum tradidit, profectúsque Perpinianum, ubi Rex Ludovicus XIII. tunc, agebat, ab eo benignè exceptus, Eques Ordinum regiorum, *Dux* & *Par Franciæ* creatus, atque in compensationem ditionum Neapolitanarum ab Hispanis in fiscum redactarum Ducatu *Valentinois* & Baronatu *Buis* in Delphinatu, Marchionatu *Baulx* & dominio *S. Remy* in Provincia nec non Comitatu *Carladez* in Arvernis auctus fuit, Vid. *Bruſoni Hiſt. Ital. ſub finem Lib. IX. & Vitt. Siri Mercur. Tom. II, Lib. I. p. 432 & ſeqq.*

HERCULES *Grimaldi*, Marchio Campaniæ initio dictus, Eques Ordinis Alcantaræ & præfectus equitum caraphractorum in regno Neapolitano, postquam parenti strenuam operam ad ejiciendos Monaco Hispanos navasset illarumque dignitatum jacturam fecisset, creatus est à Rege Galliæ *Marchio Balcii*, Eques Ordinum regiorum & centum equitum gravis armaturæ magister. Vitam in flore ætatis infelici casu amisit; scloppetum enim pulvere ac plumbo instructum incautius tractans, ex improvisa ejus displosione lethali vulnere ictus est, ut non ita multò post expiraret,

AD

III.

SCHEMA FAMILIÆ DU BEC-CRESPIN.

ANSGOTHUS cogn. CRISPINUS, Grimaldi I. Principis Monaci è *Crispina, Roberti I Nortmanniæ Ducis gnata*, F. BARO DU BEC. *Heloisa, Rudolphi C. de Guisne & Boulogne f.*

Gilbertus Creſpin, B. du Bec-Creſpin, Comeſtabilis Nortmanniæ, *Capitaneus de Tielliers.*

Wilhelmus Creſpin B. du Bec-Creſpin. *N. Simonis Com. de Montfort f.*

Wilhelmus II B. du Bec-Creſpin. N. *hæres domus Eſtrepagny.*

Goſcelinus B. du Bec-Creſpin, Livarot & Eſtrepagny, *Iſabella du Pleſſis, Roberti Dom. de Dangu fil. ac hær.*

Wilhelmus III. B. du Bec-Creſpin, Dangu, Livarot & Eſtrepagny. N. *de Liſorts*, al. *Eva de Harcourt.*

Robertus Creſpin.

Marcira, nup. 1. N. Bar. de Tancarville, 2. Johanni de Giſors.

Wilhelmus IV. B. du Bec-Creſpin, Liſorts, Dangu &c. *Aliſa de Sancerre.*

Iſabella, Dom. de Livarot, nup. Roberto de Neubourg, B. d' Aſnebec.

Wilhelmus V. du Bec-Creſpin, Comeſtab. Nortm. Mareſc. Fr. *Johanna de Mortemer, Wilhelmi B. du Bec de Mortemer & Varanquebec fil. & hær.*

Johannes Dn. de Liſorts & de S. Clair ſur Epte. *Maria de Ferriere.*

Hugo Creſpin Vid. Tab. ſeq.

Wilhelmus VI. B. du Bec-Creſpin. *Mathildis de Bomez.*

Johañes Dn. de Dangu. *Johanna Henrici III. B. d' Avaugour f.*

Johannes Dn. de Liſorts, Perſan & S. Clair.

Johanna Dom. de Varenquebec & Eſtrepagny nup. Johanni Vicec. de Melun. † 24. Jan. 1374.

Maria Dom. du Bec-Creſpin, nup. 1. Johanni III de Chalon C. de Tonnerre, 2. Wilhelmo Sanglier Dom. d' Exodun.

Johannes Dn. de Dangu.

Wilhelmus Dn. de Mauny. *N. de Caillet.*

Wilhelmus Dn. d Arquency.

Johannes Dn. de Liſorts, nus. obiere improles.

Stephanus.

Wilhelmus Dn. du Dangu † ...

Blanca Dom. de Dangu nup. Petro Dom. de Preaux.

Wilhelmus Baro du Bec-Creſpin, quem Baronatum à Maria Cabillonia divenditum ſibi vindicavit.

Johannes Dn. & Baro du Bec-Creſpin, Mauny, Plannes & Maulevrier. *Jacobina, Jacobi Dom. d' Auvrecher f.*

Johannes B. du Bec-Creſpin &c. † improlis. *Margarita d' Amboiſe.*

Antonius *Epiſc.* & Dux Laudunenſis, *Archiepiſc.* Narbonenſis.

Johanna hæres Baronatus du Bec-Creſpin, nup. Petro de Brezé, Dom. de Maulevrier.

BARONES AC MARCHIONES

HUGO DU BEC CRESPIN, Wil

Johannes du Bec-Cr

Wilhelmus du Bec-Crespin, *uxor incomperta.*

Jordanus du Bec-Crespin. *Maria de l'Isle.*

Godofredus du Bec-Crespin, Dn. du Bois d'Illiers & de

Wilhelmus du Bec-Crespin Dn. de la Mothe d'Usseau *Catharina de Brillac, Georgii Dom. de Courcelles f.*

Johannes Vicecomes de Canny, Dn. de Bourry. *Margarita de Roncherolles, Dom. de Vardes, Caroli B. de Hugueville f.*

Carolus, Senator Cleri 1501.

Carolus Dn. de Bourry & de Vardes. *Magdalena de Beauvilliers, Emerici Dn. de S. Aignan f.*

Anna, nup. Francisco Sal d'Eustauges 1508.

Carolus II. B. de Bourry. *1. Maria de Clery Dom. de Gonceville, 2. Johanna du Laurens, Dom. de Branday.*

Philippus *Episc.* Venet. tum Nannet. deniq. *Archiep.* Remorum †1605.

1. Georgius B. de Bourry, Eq. O. R. †1585. *Maria Joubert.*

1. Johannes *Episc.* Fani Maclov. †1610.

2. *Renata.*

Carolus, Johannes & Nicolaus, obiere in infantia.

Elisabetha Dom. de Bourry nup. Georgio de Pelleve, Dom. de Tourny.

Carola uxor Francisci B. de la Luthumiere.

Francisca, nup. Jacobo de Pa diens Dom. de Maucomble

Renatus Franciscus du Bec, M. de Vardes, C. de Moret Eq. O. R.
Catharina Nicolai, Johannis M. de Goussainville fil.

Maria Elisabetha filia ac heres unica nup. Ludovico de Rohan-Chabot Duci de Rohan 1678.

IV.

DE BOURRY ET DE VARDES.

lhelmi IV. Baronis du Bec Creſpin F.

eſpin. *Tiphena Paon.*

Michael du Bec-Creſpin, *Canonicus* Eccleſ. Pariſ. R. E. *Cardinalis* cr. à Clemente V. 1312. † 1316.

a Mothe d' Uſſeau. *Maria Poſtel.*

Johannes du Bec-Creſpin, *Canonicus & Theſaurarius Eccleſiæ Rothomag.*

eus Parlamenti Pariſ. † 7. Jun. *Johanna, nup.* Johanni Dom. de la Rochechandiere.

ladino d' Anglure Vicecom. *Franciſca nup.* Jacobo de Fouleuze Dom. de Flaucour.

Franciſca nup. Jacobo de Mornay Dom. de Bichy.

Petrus Dn. de Vardes.
Aloiſia de Chanteloup Dom. de la Boſſe.

2. Carolus Dn. de Villebon † ... *Claudia de Mouy, Henrici Lotharingi C. de Chaligny vid.*

Renatus I Marchio de Vardes & de la Boſſe Eq. O. R.
1. *Helena d' O, Caroli Dom. de Baillet f. Franciſci de Roncherolles Dom. de Maineville vid.* 2. *Iſabella de Coucy M. de Vervins.*

Johannes M. de la Boſſe occ. 1616.

Renatus M. de Vardes. *Jacobina de Bueil C. de Moret, Claudii Dom. Courcillon f.*

Renata, nup. Joh. Baptiſtæ Budes C. de Guebriant Mareſc. Fr. 1632, † 2. Sept. 1659.

Claudius M. de la Boſſe † 15. Sept. 1670.

Antonius du Bec, C. de Moret, occ. in oppugn. Gravelinæ 13. Aug. 1658.

AD TAB. III. & IV.

WILHELMUM V *Baronem du Bec-Creſpin* Rex Philippus III ad dignitatem *Mareſcalli Franciæ* evexiſſe memoratur; eidem uxor *Johanna de Mortemer*, præter amplas poſſeſſiones, Baronatum nimirum *du Bec de Mortemer*, *Varanquebec* & *Lutumiere* munus etiam hæreditarium *Comeſtabilis Nortmanniæ* attulit.

CAROLO *du Bec* Domino *de Bourry & de Vardes* ob egregiam navalis militiæ peritiam munus *Vice-Admiralis Franciæ* collatum, locusque inter Equites Ordinis regii datus fuiſſe legitur; de eodem memoriæ proditum eſt, quod claſſem Gallicam aliquando moderantis faciem repentinus quidam ac inſolitus Solis fulgor continuò infuſcaverit, usque adeò ut æthiopi ſimilis evaderet, nulloque modo in priſtinum colorem reſtitui poſſet, *Labur. ad Caſteln. T. 2. p. 499.*

CAROLUS & PETRUS du Bec fratres Proteſtantium partes ad exemplum fororii ſui *Jacobi Mornæi* (pater is fuit *Philippi* viri literis ac armis clariſſimi) amplexi, plurimúm roboris illis ob magnam, qua in Nortmannia valebant, auctoritatem attuliſſe atque in prælio SanDionyſiano inter primos ſtrenuè pugnaſſe prædicantur, tandem tamen perfuaſore *Philippo* fratre, partes verterunt. Erat PHILIPPUS eximiæ ob eruditionem famæ, quam poſtquam ex Decano S. Mauritii Andegavenſis ad Epiſcopatum Venetorum in Armorica provectus ad Concilium Tridentinum miſſus fuiſſet, inſigniter auxit. A. 1566 Narnetenſem Epiſcopatum obtinuit, cúmque Henricus Magnus rerum potitus eſſet, ei ſingulari ſtudio ſeſe addixit, inaugurationi ejus adfuit, promeruitque ut ab illo a. 1594 Archiepiſcopus Remorum & Commendator ordinum ſuorum crearetur.

Extincta Baronum *de Bourry* linea, primogenitura (ceu Galli loqui amant) nominis atque armorum Becceæ domus ad RENATUM I Vardæ Marchionem delapſa eſt: is plerarumque Regis Henrici Magni expeditionum pars multas opes egregiámque famam atque exiſtimationem conſecutus eſt, ita ut inſtaurandæ ac ſuſtinendæ familiæ ſuæ dignitati ſufficeret. Inter Equites Ordinum regiorum à Ludovico XIII a. 1619 allectus fuit, auctus inſuper præfectura Capellæ & pagi Teoracii in confiniis Picardiæ & Hannoniæ ſiti.

JOHANNES *du Bec*, Marchio *de la Broſſe* dictus, in flore ætatis violentæ morti occubuit: profectus enim in Italiam, & Genuam viſendis agnatis Grimaldis tendens, cum in via in globum hominum truculentorum, quos flagitium aut facinus domibus ſuis expulerat (*Banditi* popularibus ſuis audiunt) incidiſſet, trucidatus ab illis fuit. Cadaver ejus Grimaldi Genuenſes poſt expetitas à latronibus gentilitii ſanguinis pœnas repertum Genuam deportari, & in templum S. Francilci ad tumbas ſuas collocari curarunt, ubi usque ad a. 1646 perſtitit, quo ſoror ipſius *Renata*, Mareſcalli de Guebriant vidua, poſt reditum è Polonia, quo Mariam Gonzagam Uladislao Regi deſponſam deduxerat, Genuam delata, id extra urbem in ædem B. *Virginis de conſolatione* transferri fecit, quemadmodum *Laburerius* in Hiſtoria itineris hujus refert. Diverſa tamen ab his *autor obſervationum in hiſtoriam amorum Henrici IV* prodidit, Boſſium Marchionem à ruſtico quodam, ad quem in ordinem cogendum à patre miſſus fuerat, occiſum fuiſſe narrans: parentem autem celando tam inglorio mortis generi filii defuncti famulitium deſtinatum in Italiam carpere iter & poſtaliquot dies literas ad ſe dare juſſiſſe, quaſi in via interiret.

RENATI II Vardæ Marchionis uxor *Jacobina de Bueil* locum inter amicas Henrici Magni tenuit, antequam ipſi nuberet. Filiorum ejus natu major ſolus è ſtirpe ſua nunc ſuperat, haud nullius nominis, præfuitque antehac cohorti centum Helvetiorum prætorianorum; natu minor cui à fratre uterino titulus obtigit, in oppugnatione Gravelinæ pila tormenti trajectus occubuit.

GENEA-

GENEALOGIA
FAMILIÆ ARVERNICO-TVRRIÆ.



ARverniam, regnum olim haud anguſtis limitibus circumſcriptum, & ad Narbonam usque ac fines Maſſilienſis dirionis protenſum, poſteà à Romanis in provinciæ formulam redactum, indeà Gothis occupatum Rex Francorum *Clodovæus* I pulſis iſtis ad imperium ſuum adjunxit, & Comitibus ac Ducibus adminiſtrandum conceſſit, quoad ſibi viſum fuit; Hancorbitam ſucceſſores quoque ejus preſſerunt uſque dum ad Carolingos Francorum regnum deveniret; hi dignitates illas Ducum ac Comitum, perſonales anteà, hæreditarias fieri, hancque conſuetudinem invexeraſcere & legis vim induere paſſi ſunt. Primus qui Arverniam hæreditario jure tenuit à *Chriſtoph. Juſtello* (qui Hiſtoriam Arvernicæ gentis peculiari & exquiſito opere a. 1645 evulgato excoluit & ex quo quæ hic damus deſumta ſunt) memoratur *Herveus*, qui *Renaldi Pictonum Comitis* filius natu major fuit atque una cum patre & fratre *Bernardo* pro Rege Carolo Calvo adverſus Lambertum Nannetenſem Comitem ſtrenuè pugnans ſanguinem vitamque a. 845 profudit, relicto filio ac ſucceſſore *Raimundo* I, qui pater fuit *Stephani*; Huic absque liberis mortuo ſucceſſit in Arverniæ Comitatu patruus ſui *Bernardi* filius *cognominis*, Ranulphi Com. Pictonum & Aquitaniæ primi Ducis creati à Carolo Calvo à. 856, frater; pater verò *Guerini* & *Wilhelmi* I Arverniæ Comitum, ſed improlium. Hinc mortuo *Wilhelmo* Rex Carolus Simplex Arverniæ Comitatum transtulit in ACFREDUM, qui *Adelain*, Guerini & Wilhelmi ſororem, in matrimonio habebat, & *Acfrido Comite Bituricenſi* prognatus erat. Genuit *Acfredus* cum *Adelai* uxore ſua ACFREDUM II & WILHELMUM *Arvernie* ſucceſſivè *Comites*, nec non BERNARDUM, à quo *Turriam* familiam, cujus gratia Arverniea hoc loco recenſetur, deducere amant. *Inſignium* loco *Comites Arvernie* ab omni memoria geſtarunt *vexillum Eccleſiaſticum rubeum, ter pinnatum & fimbriis viridibus diſtinctum* in ſcuto *aureo*.

WILHELMUS IV cogn. *Senior* mortuo patre ſuo WILHELMO IV Comitatum *Arvernie* occupavit excluſo fratris ſui natu majoris ROBERTI IV, qui patris factum præverterat, filio WILHELMO V cogn. *Juniore*; & licet hujus clientelam Rex Angliæ Henricus II cui tanquam Duci Aquitaniæ dominium directum in Arverniam competebat, ſuſcepiſſet, & *Wilhelmo Seniori*, eò quod is cognitionem litis hujus ſibi deferre detrectaret, bellum intuliſſet, permanſit iſte tamen in Comitatus illius poſſeſſione, fulcus protectione Regis Galliæ Ludovici Junioris, eumque ſibi ac poſteris ſuis aſſeruit.

GUIDO II C. *Arvernie* graves cum ROBERTO *Epiſc. Claromontano* fratre ſuo exercuit inimicitias, adeò, ut ille tandem in cuſtodiam hunc raperet, bonaque Eccleſiæ occuparet, ſed Rex Philippus

FAMILIÆ ARVERNI

prisci COMITES ARVERNIÆ

ACFREDUS COMES ARVERNIÆ
Adelais Bernardi Pictavienſis Com.

Acfredus II. C. Arverniæ †929. | Wilhelmus II. C. Arverniæ.

Raimundus II. C. Arverniæ, *Bertha, Boſonis M. Etruriæ*

Robertus I. C. Arverniæ, *Ingelbergis.*

Guido I. C. Arverniæ. *Umbergis.*

Robertus II. C. Arverniæ, *Ermengardis Wilhelmi I. C. Arelat.*

Wilhelmus III. C. Arverniæ. *Philippina, Stephani C. de Gevaudan & Forés f.*

Robertus III. C. Arverniæ & de Gevaudan. *1 Judith. 2. Emma Rogeri I. C. Siciliæ f. 1086.* | Wilhelmus, | Stephanus

Wilhelmus IV. Comes Arverniæ.

Robertus IV. C. Arverniæ. *Beatrix, Guigonis III. Delphini C. Vienn. f.* | Wilhelmus VI. cogn. Senex *helmi IV. C. Nivern. f.*

Wilhelmus V. cogn. Junior & Magnus, C. Arverniæ. *Johanna de Calabria.* | Robertus V. C. Arverniæ *Burgund. f.*

DELPHINUS DE ARVERNIA COM. DE CLERMONT. Vid. Tab. ſeq. | Wilhelmus VII. C. Arverniæ † ∞. | Guido II. C. Arverniæ *Dn. du Chambon*

Wilhelmus VIII. C. Arverniæ. *Aliſa Henrici I. D. Brab. fil. Ludovici C. de Los vid.* | Hugo de Arvernia. | Ludovicus de Arvernia. | Guido de Arvernia.

Robertus VI. C. Arverniæ & Bononiæ † 1276. *Leonora, Wilhelmi Dn. de Baffie f. † 1285.* | Guido de Arvernia *Archiepiſc. Viennenſis 1265.* | Wilhelmus de Arvern. *Archidiac. Leodienſis.*

Wilhelmus IX C. Arv. & Bonon. † ∞. 1277. *N. Humberti V. Dn. de Beaujeu f.* | Robertus VII. C. Arv. & Bonon. *Beatrix, Falconis Dn. de Montgaſcon f.*

Robertus VIII. C. Arvern. & Bonon. 1. *Blanca, Roberti de Francia, C. de Clermont f. 1303.* 2. *Maria de Flandria, Wilhelmi Dn. Tenremondæ f. 1312.*

1. Wilhelmus X. C. Arv. & Bonon. †1332. *Margarita, Ludovici C. d' Evreux f. 1321.* | 2. *Mathildis nup.* Amadeo III C. Genevæ 1334. | 2. Johannes C. Arv. & Bonon. *Johanna de Clermont, Johannis B. de Charolois f.* | 2. Guido de Arvern. & Bononia, *Archiepiſc. Lugdun.* 1340. †1374

Robertus † ante patrem. | *Johanna I. Comitiſſa Arv. & Bonon. nup.* Blanc. 1. Philippo Burgundo C. Artesiæ 1338 *ca.* 2. Johanni de Francia, D. Normanniæ, poſt Regi Galliæ 1349. †1360. | Johannes II. C. Arvern. & Bonon. *Leonora, Petri Raymundi C. de Comminges f. Bertrand. II. C. de l' Isle-Jourdain vid.*

Johanna II. Comitiſſa Arverniæ & Bononiæ, nup. 1. Johanni de Francia D. Bituric. & Arv. 1389. 2. Georgio Dn. de la Tremoille, 1416, † circa a. 1434.

ICO-TURRIÆ TAB. I.

NÆ ET BONONIÆ exhibentur.

NI creatus à Rege Carolo Simplice.
Com. Arvern. f.

BERNARDUS Saror Dominorum de la TOUR D'AUVERGNE. Vid. Tab. III.

Emmæ f. Bosonis C. Arelat. vid.

Wilhelmus Vicecomes.

Robertus. Wilhelmus, *Aucendis.*

daf. Stephanus, *Episcopus Claromont.* Wilhelmus.

Gr. *Ermengardis nup.* Eudoni II. C. de Blois, Chartres & Champagne.

hanus *Episc. Claromont.* Poncius. Bego. *Philippina, nup.* Archambaldo III. Dn. Borbonii.

Senior C. Arverniæ, *Anna, Wil-* *N. nupta,* N. C. du Puy.
f.

rverniæ, *Mathildis, Eudonis II. D.* *N. nupta* Beraldo IV. Dn. de Mercueur.

niæ, *Petronella, Amielis* Robertus de Arverna *Episc. Claromont.* 1195. † 1233. Roberrus de Arv. Dn. d'Oliergues. *Maria, nup.* Alberto Dn. de la Tour.
bus f.

e- *N. nupta,* Raimondo C. Tolosæ. *Alisa ux.* Raimundi IV. Vicec. de Turenne. *N. promissa* Guidoni IV. C. de Fores. *Margarita ux.* Heraclii Dn. de Monlaur.

n Henricus de Arvernia. *Mathildis nup.* Roberto II. Delphino Arvern. C. Clarom. *Maria, ux.* Walteri Bertoud. Dn. de Malines.

u. Godofredus de Arv. occ. in pr. Curtracensi 1302. Guido de Arv. *Episc. Tornac. & Camerac.* *Mathildis nup.* Stephano Dn. du Mont-Sainct-Jean. *Maria, monialis.*

& *Margarita monialis.* Godofredus de Arv. & Bonon. B. de Montgascon. Robertus † juvenis.
1. Margarita, Johannis Delph. Arv. C. de Clermont f. 1364, 2. Johanna, Bernardi C. de Ventadour fil. 1375, 3. Blanca de Senlis, Guidonis III. Dn. de Leuroux f.

r *Maria nup.* Raimundo VIII. Vic. de Turenne, 1375. *Johanna, ux.* Beraldi I. Delphini Arvern. C. de Clermont 1371. *2. Maria Comitissa Arv. & Bonon. nup.* Bertrando III. de la Tour 1388. † 1437. 3. Antonius † in Ungaria 1396.

lippus Augustus, qui *Guidoni* alioquin haud benè cupiebat, eò quod Anglis addictior esset, re illa cognita, *Reginaldum de Forès* Archiepisc. Lugdunensem & *Guidonem de Dampierre* Borbonii Dominum cum armata manu in Arverniam misit, à quibus Comitatus subactus & fisco regio addictus fuit. Redditus tamen est deinceps à Rege Ludovico IX WILHELMO VIII, *Guidonis* II filio, sed excepta portione illa, quæ *Terra Arverniæ* dicebatur, quæque *Coronæ* unita permansit, & demum *Ducatus* titulum sortita est.

ROBERTUS VI C. *Arverniæ* Comitatum *Bononiæ* in *Morinis* acquisivit; in eum jus ipsi natum erat ab avia materna *Mathildæ Comitissa Bononiæ*; cum verò *Mariæ*, quæ *Mathildis* filia natu major erat, & Ottonem IV Imp. in matrimonio habebat, Comitatus iste adjudicatus esset, transtulit ea jus suum in nepotem ex fratre *Henricum III Brabantiæ Ducem*, à quo posteà a. 1260 *Robertus Arverniæ Comes* mediante summa quatuor millium librarum illum obtinuit, ejusdemq; *insignia*, quæ *tres orbes rubeos in solo aureo* referunt, cum Arvernensibus conjunxit.

Post WILHELMI X mortem *Comitatus Arverniæ & Bononiæ* varios nacti sunt Dominos: nam cum illius filia JOHANNA I primò ad *Philippum Burgundum*, ejusque filium cognominem Ducem Burgundiæ, posteà hoc absque liberis defuncto ad *Johannem Regem Galliæ* devenere; ex isto cum illa prolem superstitem non relinqueret, JOHANNES ejus patruus successionem adiit, eandemque ad filium JOHANNEM II transtulit, ab hoc cum gnata ejus unica JOHANNA II ad *Johannem Ducem Bituricensem*, (cui pater Rex Johannes illam etiam Arverniæ partem, quæ Coronæ pridem unita erat, Ducatus titulo auctam, concessit) deinde ad *Georgium Tremollium* transiere. Quoniam verò neutri maritorum sobolem *Johanna* II peperit, mortuæ MARIA, GODOFREDI P. de Montgascon propatrui ipsius gnata, successit, & utrumque Comitatum ad filium suum *Bertrandum Dn. de la Tour* transmisit.

AD

AD TAB. II.

POstquam *Wilhelmus* V à patruo suo *cognomini* de successione in Comitatum *Arvernia* depulsus fuit, ceu paulò ante dixi, filio illius DELPHINO, in honorem familiæ, qua avia jus materna orta erat, ita nominato, tractus aliquis dicti Comitatus apanagii loco obvenit, inprimis ditio *Vadablensis*; hæc postea ab illius nomine, *Terra Delphini* & *Feudum Delphinum*, indèque *Delphinatus Arvernia* appellari consuevit, & possessoribus suis cognomentum *Delphinorum Arvernia* impertivit. Ne verò juris sui in Comitatum Arverniæ memoria obliteraretur, *Delphinus* titulum *Comitis de Clermont* adscivit, quo jamtum quidam ex antecessoribus ejus usi fuerant: *Claromontium* enim metropolis Arverniæ est, nec peculiarem Comitatum denotat, sed unus idémque est cum Arvernico. *Insignia* tamen avita ille deseruit, & *Delphinum expirantem cæruleum in solo aureo* assumsit, hancque tesseram ad posteros suos transmisit.

BERALDO I *Delphino Arvernia* Justellus *uxores duas* tribuit, videlicet post *Annum de Villemur*, *Johannam de Arvernia*; verùm *Joh. Buchetus* vir diligentissimus & veterum tabularum beluo *posteriorem Beraldi I filio cognomini* assignandam esse censuit, multaque alia circa ejusdem *Beraldi* posteritatem emendavit pariter & addidit; quamobrem ejus deductionem à Nob. Greiffencranzio mecum communicatam, hoc loco secutus sum.

BERALDO III *Delphino Arvernia* Comitatus *Sancerranus* materno jure obtigit; is ab oppido Biturigum, olim *Sacrum Cæsaris* dicto, eò quod ibi Julius Cæsar victis Biturigibus, & expugnato gentis capite Avarico sacra fecerit, & memorabili octo mensium obsidione, horrendáque fame a. 1573 exantlata [vid. *Thuan. Hist. Lib. 55 & 56*] nobilitato, nomen sortitus penes *Campanicam* familiam duorum & quod excurrit seculorum intervallo fuit, & *Stephano*, Theobaldi II Com. Blesarum ac Campaniæ filio natu minori, obvenisse legitur. Ille, *Stephanus* scilicet *Sancerræ Comes* pater extitit *Wilhelmi*, cui è *Maria*, Ebbonis Dom. de *Charenton* gnata, uxore sua prima (altera *Eustachia* videlicet *de Courtenay* sterilis fuit) nati sunt *Ludovicus* & *Stephanus*. Hic *Dominus de Saint Briçon* & Franciæ Buticularius è filio *cognomini*, *Petronellæ de Milly* nuptæ, neptem habuit *Johannam*, quæ dominium *S. Brisson* in Curtenacensem familiam transtulit. *Ludovicus Sancerræ Comes* è *Mathilde de Courtenay* genuit *Johannem* I, patrem *Stephani* II, & *Johannis* II qui fratri absque liberis mortuo successit, & è *Joye de Beaumez* suscepit *Ludovicum* II genitorem è *Beatrice de Roucy Ludovici*, Marescalli ac demum Comestabilis Franciæ, a. 1402 sine prole mortui, *Isabellæ*, GUICHARDO Delphino Dom. *de Jaligny*, Magno Franciæ Balistario, in tabula notato, nuptæ, & *Johannis III Comitis Sancerræ*. Huic è *Margarita de Mermande* natæ sunt filiæ duæ, *Johanna* scilicet & *Margarita*, quarum posterior hæres Comitatus Sancerræ facta, eundem *Delphinæ* in Arvernis familiæ, ceu dictum est, intulit; in qua tamen non diu hæsit, sed intra breve temporis spatium ad *Bueilios, è Margarita*, Beraldi III Delphini sorore ortos transiit; Delphinorum verò Arvernensium hæreditas *Borboniis* obtigit: licet enim JOHANNA, Beraldi II gnata unica, marito suo *Ludovico C. Montpenserio* prolem nullam peperisset, moriens tamen usum fructum ditionum suarum ei dum viveret, legavit; posteà verò ad ejusdem quoque filios ex altero matrimonio natos *Delphinatus Arvernia* devenit, jus tamen sunm sibi servantibus ANNA, quæ *Johannæ* amita erat, eiusdemque liberis, quos è *Ludovico II D. Borbonio* sustulit. Postquam vero & Ducis Borbonii & Comitis Montpensierii mascula progenies defecit, matrimonio *Aloisiæ Borbonia Montpenseriæ* cum *Ludovico Borbonio Rupisfurionio* ad istum Borbonium ramum hæreditas illa transiit; unde in eo titulus *Delphinorum Arvernia* continuatus est usque ad *Mariam* hæredem, *Gastoni Johanni Baptistæ de Francia Duci Aurelianensi* nuptam, à qua eum nunc quoque tenet filia unica *Anna Maria Luisa Ducissa Montpenseria*.

ANNA, Beraldi III Delphini soror consanguinea, *Forensem* Comitatum in Segusianis, ex hæreditate avunculi sui Johannis II perceptum in mariti sui familiam, *Borbonicam* nempè, transtulit, à qua tandem ad patrimonium regium devolutus est. Priscos *Forenses Comites*, à quibus maternum genus *Anna* duxit, à Guigonis V Comitis *d' Albon* & *de Grenoble* filio natu minore *Guigone Raimundo* cujus supra *Tab. IX familiæ regiæ* mentio facta est, Scriptores primi commatis derivant, uxorem eidem tribuentes *Idam*, *Artaldi IV Com. Lugdun. & Forens. gnatam*, qua natus fuerit *Guido*, avunculi sui Wilhelmi in dictis Comitatibus circa a. 1108 successor & pater *Guidonis* II qui Lugdunensem Comitatum Ecclesiæ hujus nominis per transactionem cum Guichardo Archiepiscopo a. 1173 initam cessit, filiosque post se reliquit *Guidonem* III. & *Renaldum*. Hic a. 1193. in Archipræsulem Lugdunensem lectus est, ille *Forensis Comes Guidonem* IV genuit, in quo *schema prognologicum*, altera abhinc pagina exhibitum, desinit.

FAMILIÆ ARVERNI

DELPHINI ARVERNIÆ,

DELPHINUS DE ARVERNIA, Wilhelmi V. Comitis
Comitissa de Montferrand.

Wilhelmus Comes de Clermont & de Montferrand, Delph
Elisabetha de Dampierre.

Robertus I. C. de Clermont Delphinus Arverniæ † 1252. *Alisa, Hugonis III. D. Burgund. f. Beraldi V. Dn. de Mercueur vid.*

Robertus II. de Clerm. Delphinus Arverniæ. *Mathildis, Wilhelmi VII C. Arverniæ f.*

Hugo Delphi

Robertus III. C. de Clermont, Delphinus Arverniæ, *1. Alisa, Beraldi VI. Dn. de Mercueur f. Aimari de Poictiers, C. de Valentinois vid. 1279. 2. Isabella de Chastillon Dom. de Jaligny 1289.*

1. Robertus Delphinus † ante patrem.

1. Wilhelmus Delphinus † ante patrem.

Johañes C. de Clerm, Delphinus Arverniæ, † 1351. *Anna de Poictiers Aimari III. C. de Valentinois f. Henrici C. de Rhodes vid.*

1. Delphina.

Beraldus I. C. de Clerm. Delph. Arv. Dn. de Mercueur. *Maria, Petri Dn. de Villemur f.*

Isabella, nup. Guidoni Dn. de Chalancon.

Hugo Delphinus Dn. de Chamaliere.

Amadeus Delph. Dn. de Rochefort. *Isabella, Bertrandi II. Dn. de la Tour f.*

5

Beatrix, nup. Aegydio Aycelin Dn. de Montaigu. 2. Henrico de Montaigu. 3. Wilhelmo Flote Dn. de Ravel.

Alasia, ux. Beraldi Dn. de Taillac 1389.

Catharina, nup. N. M. de Beaufort, Dn. de Canillac 1367.

Johanna, ux. Guidonis VI. Dn. de Severac, 1364.

Blanca, nup. Guerino VI. Dn. d' Apcher.

Margarita, uxor prima Godofredi de Arvernia, Dn. de Montgaicon, ducta 1364, † 1374.

Robertus Delphinus posthumus n. 1356. † post a. 1361.

Johannes Delphinus *Clericus.*

Hugo Delph. Dn. de S. Cierques † *ux. Marquisa, Lamberti Dn. de Godet f.*

Beraldus II. C. de Clerm. Delph. Arvern. cogn Magnus † 17. Jan. 1400. *1. Yolanda Amadei III. C. Genevæ f. 1353. 2. Johannes, Guidonis VII C. de Forez f. 1357. 3. Johanna de Arvernia, Johannis Dn. de Montagu f. 1371. 4. Margarita, Johannis III. C. Sancerræ f.*

2. Anna Comitissa de Forés & de Clerm. Delphina Arver. nup. Ludovico II. D. Borbonii 1371.

4. Beraldus III. C. de Clerm. & Sancerre Delph. Arvern. † 20. Jul. 1426. *1. Johanna, Bertrandi III. Dn. de la Tour f. 1409. 2. Margarita de Chauvigny, Guidonis Vicecom. de Brosse f. 1426.*

Johannes Delphinus † juv.

Ludovica Delphina † juv.

1. Johanna Comitissa de Clermont, Delphina Arverniæ nup. Ludovico Borbonio, C. de Montpensier 1426, † 26. Maji 1436 sterilis.

Beraldus Delphinus II. Dn. de S. Ilpize & Combronde, occ. in pr. Azincurt. 1415. *Philippina de Veauce, Petri Dn. du Chastellar f.*

Beraldus Delphinus III Dn. de S. Ilpize & Combronde, † † *ux.* circa a. 1434.

CO-TURRIÆ TAB. II.

COMITES DE CLERMONT.

Arverniæ F. COMES DE CLERMONT. *Hugetta.*

inus Arverniæ. *Alisa, nup.* Renaldo de Nevers.

Belisanda, nup. Heraclio II. Vicecom. de Polignac. | *Alisa, uxor* Eustachii Dn. de Montboissier. | *Catharina, nup.* Guichardo de Beaujeu, Dn. de Montpensier 1231.

us † 1299. | *Beatrix, nup.* Armando IV. Vicecom. de Polignac.

Wilhelmus Delphinus Dn. de Meillau † 1295. | *Mathildis, nup.* Wilhelmo Comtor, Dn. d'Apchon, 1288. | *Johanna, ux.* Briantii Dn. de Rochebaron.

2. Robertus Delphinus Dn. de S. Ilpize, Jaligny & Combronde † 1330. *Isabella de Chastel-Perron, Dom. de la Ferté-Chauderon.* | 2. Hugo Delphinus Dn. de Chamaliere, *Canonic. Claromont.* | 2. *Isabella, nup.* Petro Aycelin Dn. de Mõtaigu 1304. † 1327. | 2. *Beatrix.*

Aloisia, nup. Petro de Maumont. | Robertus Delph. II. Dn. de S. Ilpize & Combronde. | *Delphina, ux.* Roberti de Chaslus, Dn. d'Entragues. | Guichardus Delphinus Dn. de Jaligny, de la Ferté-Chauderon & de Treteaux † 1404. *Isabella, Ludovici II. Sancerr. f.*

Beraldus Delphinus Dn. de Rochefort † 1384. *ex Agnete Arverni Dn. de Billeyac f.* 1373.

Robertus Delph. III Dn. de S. Ilpize. *Francisca, d. Aurouce, Bertrandi Dn. de Rochefort f.*

Wilhelmus Delphinus Dn. de Benefiac.

Guichardus Delphinus II. Dn. de Jaligny, Magnus Magister Galliæ, occ. in pr. Azincurt. 1415. *ex Leonora Enduisi Dn. de Calent f. Philippi Tronsolii Dn. de Fontmorand uid.*

Ludovicus Delphinus.

Robertus Delphinus *Episc. Carnut. & Albienſis, 1435.*

Johanna, nup. Randoneto II. Vicec. de Polignac 1389.

Maria, ux. Philippi de Vienne, Dn. de S. Georges 1400

Jacobina Abbatissa ad S. Menehold.

Margarita, nup. Johanni Dn. de Bueil.

Beraldus Delphinus I. Dn. de S. Ilpize, occ. in pr. Azincurt. 1415. *Isabella d'Apchon.*

Robertus Delphinus Dn. de Chaslus, occ. in pr. Azincurt. 1415.

Margarita, nup. Eduardo de la Vieu, Dn. de Foucherolles 1404.

Blanca Delphina Domicella de S. Ilpize & Combronde, nup. Johanni de l'Espinasse Dn. de Changy & Maulevrier, † 1454.


Johanna Comitissa de Forés, nup. Beraldo II. Com. de Clermont Delphino Arv. † 17. Februar. 1366.
Guigo VII. C. de Forés † 1360.
Johannes I. C. de Forés † 1332.
Guigo VI. C. de Forés, † 1271
Renaldus I. C. de Forés.
Guidonis V improlis Frater ac successor.
Guido IV. Comes de Forés.
Philippina, Guidonis II. Dom. de Dampierre f.
Isabella Dom. de Beaujeu.
Humbertus V. Dn. de Beaujeu. Comestab. Fr.
Margarita de Bauge.
Johanna de Montfort.
Philippus de Montfort, Dn. de Castres, & de la Ferté-Aleps.
Philippus de Montfort, Dn. de la Ferte-Aleps, de Castres & de Tyr.
Leonora de Courtenay, Petri Imper. Constantinopolitan. C. Auxerr. fil.
Johanna de Levis.
Guido de Levis.
Uxor incomperta.
Alisa de la Tour de Viennois.
Humbertus de la Tour du Pin Dn. de Coligny.
Albertus Dn. de la Tour du Pin.
Albertus II. Dn. de la Tour.
Maria, Roberti V. Com. Arvernia f.
Beatrix de Coligny.
Hugo Dn. de Coligny.
Beatrix, Guigonis IV. Delphini C. de Vienn. f.
Anna Delphina de Viennois.
Guigo V. Delphinus de Viennois.
Andreas de Burgundia C. de Viennois.
Beatrix, Wilhelmi M. Montisferr. fil.
Beatrix de Sabaudia.
Petrus Com. Sabaud.
Agnes de Foucigny.
Ludovicus I Dux de Bourb.
Robertus de Francia Com. de Clermont.
Ludovicus IX. Sanctus Rex Fr.
Ludovicus VIII. Rex Fr.
Blanca, de Castilia.
Margarita C. Provinciæ.
Raimundus Berengarius Com. Provinciæ.
Beatrix, Thomæ C. Sabaud. f.
Beatrix de Burgundia Dom. de Bourbon.
Johannes de Burgundia.
Hugo IV. Dux Burgund.
Jolanda de Dreux.
Agnes Dom. de Bourbon.
Archambaldus IX. Dn. de Bourbon.
Jolanda de Châtillon C. de Nevers.
Johanna de Bourbon.
Maria de Hannonia.
Johannes II. C. Hannoniæ.
Johannes d' Avesnes C. Hannon.
Burchardus d' Avesnes.
Margarita, Com. Fland. & Hannon.
Alisa de Hollandia.
Florentius IV. C. Holland. & Seeland.
Mechthildis de Brabantia.
Philippina de Luxemburg.
Henricus I. Com. de Luxemburg.
Valeranus de Limbourg. M. d' Arlou.
Ermensona Comitissa de Luxemburg.
Margarita de Bar.
Henricus II. C. de Bar.
Philippina de Dreux.

AD TAB. III.

BERNARDUM de Arvernia *Turriæ* gentis satorem fuisse è *Fauchetiorigin*ibus dignitatum Galliæ & *Gueslii* Remonstrationibus, nec non chartulario fundationis monasterii de *Saucillanges* in Arvernia *Justellus* probatum ivit; quamquam verò *Bernardo* Turrii cognomen nusquam tribuatur, ex eo tamen quod ipsius filius GERALDUS illo usus esse reperiatur, infert modò citatus autor, dominium *Turrianum* vel isti vel patri suo à Comitibus Arverniæ, in qua id situm est, *apanagii* loco collatum fuisse. *Geraldi* gnatus BERNARDUS II & qui ab eo descendére pro more tunc recepto relicto Arvernatensi nomine, à dicta sua ditione cognomen mutuati sunt, præterea que vexillum, Arverniæ tesseram, cum *turri argentea in rubeo solo* commutarunt.

ALBERTUS II *Dn. de la Tour* expeditioni Regis *Philippi Augusti* in Palæstinam a. 1190 interfuit, fortiterque se gerendo meruit, ut redux ditionibus quibusdam in Arvernia ab ipso augeretur & facultatem acciperet scutum suum quod antea rubeum fuerat, *colore cæruleo & liliis Francicis* ornandi, quale scilicet hodieque familiæ in usu est.

ALBERTUS I *Dn. de la Tour* DU PIN id cognominis nactus est, à dominio *du Pin* in Delphinatu sito, quod in partitione paternarum ditionum ipsi obtigerat. *Insignium* loco *murum* ascivit *argenteum; tamento nigro distinctum & pinnatum, cujus pars dextra editior in turrim assurgit, in campo aureo.*

HUMBERTI *de la Tour du Pin* conjux *Anna* fratri *Johanni de Burgundia, Delphino Viennensi & C. Albonensi* absque prole mortuo successit, hancque hæreditatem cum marito communicavit; cui tamen de ea controversiam movit *Robertus II Dux Burgundiæ*, pro hærede masculo proximo consanguinei sui prædicti *Johannis* se venditans, quemadmodum superius in *notis ad Tab. X Familiæ Regiæ*, qua *Humberti Turrii* posteritas enumeratur, dictum fuit.

BERTRANDO I *Domino de la Tour* uxor *Anna Maymontia* dynastiam *Olierques* in Arvernia sitam & ex hæreditate fratris *Giraldi* sine liberis mortui, ad se delatam attulit, eandemque posteà in filium suum natu minorem BERTRANDUM, cujus propago sequentibus tabulis enumeratur, transtulit.

FAMILIÆ ARVERNIC

DOMINI DE LA TOUR, DU PIN, ET DE MONTGA

BERNARDUS DE ARVERNIA, Acfredi I.

Geraldus I. DN. DE L

Bernardus II. Dn

Geraldus II. Dn. de la Tour 1068, factus est *monachus* Cluniacensis post a. 1075.

Bertrandus, *monachus* Cluniacensis.

Bernardus III. Dn. de la Tour.

Bertrandus.

Wilhelmus.

Ste

Guido Dn. de la Tour, 1140.

Petronella, nupta Bernardo I,

Geraldus III. Dn. de la Tour. 1181.

Albertus Dn. de la Tour, 1202.

Albertus II. Dn. de la Tour 1213. *Maria Roberti V*

Bernardus IV. Dn. de la Tour. *Johanna Raimundi VII. C. Tolos. f.*

Hugo, *Episc.* Claromont. † 1249.

Guido, *Archidiac.* post *Archiepisc.* Lugdun. 1233.

Albertus DN. DE *gonii Dom. de*

Delphina, nup. Raimundo I. Vicec. de Vantadour.

Bernardus V. Dn. de la Tour *Johanna de Dore Dalmatini f.*

Bertrandus *Canon.* Clarimont.

Alisa, nup. Umberto Dom. de Montluel.

Beatrix, ux. Wilhelmi Dn. de Rousillon.

Bertrandus I. Dn. de la Tour † 1288. *Beatrix de Maymont, Annæ Dom. d' Oliergues f. 1275.*

Antonius.

Galharda, nup. Petro Mauritio Dom. de Rochefavine.

Delphina, nup. 1. Almerico II. Dom. de la Rochefoucaut. 2. Renaldo d'Aubusson. I. Dom. de la Borne.

Bernardus VI. Dn. de la Tour. *Beatrix Henrici C. de Rhodez. f. 1295.*

Delphina, nup. Guigoni Dom. de la Roche en Renier.

Bertrand* DOM. D'OLIERGUES Vid. Tab. seq. IV.

Delphina, nup. Astorgo d' Aurillac Dom. de Montal 1304.

Bertrandus II. Dn. de la Tour. *Isabella de Levis, Johannis Dn. de Mirepoix f. 1320.*

Bernardus, R. E. *Cardin.* cr. 1342. † 1361.

Wilhelmus, † ante patrem 1343. *Helisa de Roger, Wilhelmi Dn de S. Superi, Vicecom. de Beaufort f. 1342.*

Guido II. Dn. de la Tour. *Matha Rogeri de Beaufort, Helisæ sororis 1353.*

Johannes, R. E. *Cardin.* cr. 1371.

Aloisia, nup. Ponto Dom. de Montlaur 1387. † 1404.

Bertrandus III. Dn. de la Tour. *Maria Com. Arverniæ & Bonon. Godofredi Dom. de Montgascon f. 1388.*

Bertrandus I. COMES ARVERNIÆ & BONONIÆ Dn. de la Tour d'Auvergne. *Jacobina, Ludovici Dom. du Peschin fil. ac hær. 1416.*

Gabrielis uxor secunda Ludovici Borbonii C. Montpens. 1442.

Bertrandus II. C. Arvern. & Bonon. Dn. de la Tour. *Aloisia, Georgii Dom. de la Tremoille f. 1444.*

Isabella, nup. 1. Wilhelmo de Britannia C. de Penthievre, 2. Amadeo d' Albret Dom. d' Orval 1458.

Johanna, nup. Aimaro de Poitiers Dom. de S. Valier 1472.

Johannes C. Arv. & Bon. n. 1467, † 1501. *Johanna Borbonia, Johannis II, C. Vindoc. f. 1494.*

Francisca, ux. Gilberti de Chabannes Dom. de Rochefort.

Anna, nup. 1. Alexandro Stuardo D. Albaniæ 1479. 2. Ludovico C. de la Chambre 1487. † 1512.

Aloisia, ux. Claudii de Blesi Dn. de Couche

Anna de la Tour, Com. d' Auv. & de Lauraguais nup. Johanni Stuardo D. Albaniæ, amitino suo 1505, † 1524.

Magdalena de la Tour, uxor Laurentii Medicæi, Ducis Urbini 1518, † *eodem anno unà cum marito.*

Posthuma brevis ævi.

CO-TURRIÆ TAB. III.

TGASCON, COMITES D'AUVERGNE ET DE BOULOGNE.

...di I. Comitis Arverniæ F. vixit ætate Hugonis Capeti.

...DE LA TOUR. Ux. *Gausbergis.*

...II. Dn. de la Tour 1049.

Bernardus, *monachus* Saufillang. 1068. — *N. nupta* Dalmatio Dom. de Baffie.

Stephanus, *Prior* Saufillangenſis.

...bol, Vicecomiti de Combom.

...*V.C. Arvern.ſ.* — Berlio. *Aliſa de Montluel.*

...DE LA TOUR DU PIN. *Beatrix, Hu...de Coligny f. 1234.* — Berlio de la Tour. *Margarita.*

...Albertus II. Dn. de la Tour du Pin. *1. Margarita. 2. Aliſa.* — Guido *Epiſc.* Claromont. † 1286. — Hugo, Seneſc. Lugdun. Eccleſiæ. — Humbertus Dn. de Coligny, & per uxorem *Annam Delphinam de Viennois* DELPHINUS VIENNENSIS.

...Vid. Tab. X. Familiæ Regiæ.

Ainardus Dn. de la Tour du Pin & de Vinay. *Aliſa de Villars.* ⊙ — Albertus † *ante.*

...ES — Wilhelmus *Canon.* Claromont. — Annas *Prior de Creſſy.* — Henricus dictus Berlio, ⊙ Dn. de la Tour du Pin. *Beatrix de Baux.*

...cr. — *Maſcarona, nup.* Ægydio Aicelin Dom. de Montaigu. — *Galiarda, ux.* Guidonis Comtor Dom. d'Apchon 1320. — Hugo dictus Turpin Dn. de la Tour du Pin & de Vinay.

... Bertrandus *Epiſc.* Lingon. — *Iſabella, nup.* Amadeo Delphino Dom. de Rochefort 1354. — *Conſtantia ux.* Ludovici de Brocе Dom. de S. Severe † 1392. — Ainard II. Dn. de la Tour du Pin. *Archanda de Breſſieu.*

...ns. — Guyot. *Margarita, nup.* Guidoni Dom. de Coſan. — Antonius Dn. de la Tour de Vinay. — Hugo. *Aliſa d'Uſez vidua Dom. de Tournon.*

Johanna, nup. Beraldo III. C. de Clerm. Delphino Arvern. 1409. — *Iſabella, ux.* Ludovici de Chalençon Vicec. de Polignac 1419. — *Aloiſia, nup.* Claudio de Montagu Dom. de Couches 1432. † 1472.

...n- ...yal — *Aloiſia, nup.* Johanni V. Dom. de Crequy 1446. † 1469. — Godofredus DN. de MONTGASCON. *1. Johanna de Brezé, Petri C. de Maulevrier f. 1459. 2. Anna de Beaufort, Ludovici M. de Canillac. f. 1460.* — *Blanca, Abbatiſſa de Cuſſet.*

...x- ...de ...on. ...ches. — 2. Johannes Dn. de Montgaſcon † 1486. *ux. Catharina, Wilhelmi Vicec. de Polignac f.* — Bertrandus, cœlebs. — Godofredus Dn. & Baro de Montgaſcon. *Antonia de Polignac, Catharinæ ſoror.* — *Jacobina, monialis* — *Johanna, nup.* Johanni de Foix Vicec. de Carmain.

...ww — *Anna de la Tour Dom. de Montgaſcon nup. 1.* Carolo Borbonio, C. de Rouſſillon 1506. 2. Johanni Montmorancio Dom. d Eſcouen 1510. 3. Franciſco de la Tour II. Bar. d'Olietgues, Vicec. de Turenne 1518 † 1530. — *Suſanna, ux.* Claudii de Chalençon, Dom. de Rochebaron.

BERTRANDI III *Dom. de la Tour* uxor *Maria*, cum jam vidua facta esset, *Johanna III Comitissa Arvernia & Bononiæ* quæ patrui sui neptis erat (ceu è *Tab.* I. patet) & sterilis obierat, hæreditatem sibi vindicavit, eandemque moriens filio suo tradidit, ut ita *Comitatus Arvernia & Bononiæ* in pristinam familiam redirent: licet enim *Georgius Tremollii* Dominus, qui *Johannæ* II maritus posterior fuerat, de Arvernæ Comitatu & terris quibusdam in Campania sitis, quarum usum fructum ad dies vitæ suæ à *Johanna* acceperat, controversiam *Mariæ* movisset, grandemque ea propter dicam illi impegisset, postea tamen filia sua BERTRANDO *Mariæ* nepoti nuptui locatâ, prætensioni suæ renunciavit. Intereà verò *Bononiæ* Comitatum Burgundiæ Dux *Philippus bonus*, à *Johanna* I jus sibi arcessens, occupaverat, quem deinde ejus nepti Mariæ Burgundicæ ereptum Ludovicus XI Rex *Bertrando* V restituit, paulò verò post anno sc. 1477 ob commodum oppidi Bononiæ situm eum Comitatu Laureacensi sive *Lauraguais* commutatum recepit, eundemque (ut *Fournierius Geogr. orb. not. L. 6, c. 9*, loquitur) *coronæ adjunxit, & à clientelari officio, quod profiteri tenebatur Comitatus Artesiæ, liberatum B. Virgini solemni ritu oppignoravit, corde auri obryzi oblato ponderis bis mille aureorum, sancita lege, ut consequentes Reges tantundem præstarent, Mariamque ejus tractus dominam solam agnoscèrent, cujus signum Angelico navigio jam olim eos excepisse antiquæ est traditio. Conf. Lovetum la France dans sa splendeur T. 1. p. 368 & seqq.*

ANNA hæres Comitatuum *Arvernia* & *Laureaci* cùm morti vicina improlis esset, liberis tribus, quos *Iohanni Stuardo* maritu suo peperérat, in maturo fato raptis hæredem nuncupavit neptem suam è sorore nempè *Catharinam Mediceam*, marito autem suo Comitatum Laureacensem legavit: ille verò postea per transactionem Romæ a. 1532 cum Papa Clemente VII Catharinæ tuture initam, dimidiam tantum partem dicti Comitatus sibi servavit, & loco alterius medietatis ditiones in Lemovicibus, Biturigibus & Picardis sitas accepit, hancque insuper conditionem sibi imponi passus est, ut post ipsius mortem illa omnia ad *Catharinam Mediceam* redirent, quod etiam postquam a. 1536 satis concessisset, illa verò intereà *Henrico* Duci Aurelianensi, postea Regi Galliæ nupsisset, factum est. Mortua Catharina Rex *Henricus* III hæreditatem illam crevit; & Comitatum Arverniæ cum Baronatu Turriano *Carolo Valesio*, Caroli IX fratris sui filio naturali, contulit, sed *Margarita*, Henrici III soror, eo defuncto litem ea propter *Carolo* intendit & per sententiam à curia Parisiensi à 1606 latam ditiones illas sibi vindicavit, easdemq; *Ludovico Delphino*, postea Regi donavit.

AD TAB. IV.

BERTRANDUS *Turrius* cum *Oliergii* dynastiam, à matre sua in Turriam familiam illatam, sortitus esset, novum profert ramum, *insignia* tamen *avita* retinuit: *turrim* scilicet *argentea in campo cæruleo aureis lilijs consito*, verùm superinducto, *ad distinctionem* à scuto fratris sui natu majoris, *scipione diagonali rubeo.*

ANNAS *de la Tour I I Dn. d' Oliergues* per testamentum cavit, ne, dum mares è familia superessent, ad fœmellas ditio sua deveniret, inde postquam filius ejus natu maximus ANNAS III non nisi sequioris sexus prole relicta decessisset, exclusa ea, frater illius WILHELMUS in dominium *Oliergues* succesit, idque post à in cælibatu ob Ecclesiasticam vitam, cui deditus erat, mortuus, ad fratrem suum natu minimum BERTRANDUM transmisit,

ANNAS *Turrius I V Dn. Oliergii* ducta in matrimonium *Anna Bellosortia* avunculi sui filia, acri litigio, quod sibi cum eo de hæreditate avi sui materni, intercesserat, colophonem imposuit, prætereaque amplam *Turenæ* Vicecomitatus ditionem in familiam suam intulit; *ea* [*Thuani* verba è *Lib. 85* refero] *in finibus Arvernorum, Cadurcorum, Petrocoriorum & Lemovicum posita quatuor his provinciis participat, & Turenam primariam arcem, à qua ditioni nomen, in Lemovicibus habet, duabus à Brivato leucis. Principes ab initio vicecomitatus titulo eam tractum tenuerunt cum pleno ac supremo dominio, ita ut neminem superiorem ne Regem quidem agnoscerent: quam prærogativam inter Francorum & Anglorum arma facile tuebantur: itaque Raimundus, qui Ludovici V II junioris vulgo dicti temporibus fuit, & ejus successores supremo illo jure usi sunt, quasi à Deo solo & B. Marcelli corpore, quod in sacello Turenæ arcis colitur, neque præterea superiore ullo domino, illud obtinentes. Inde immunitatis privilegium, quod hodie Turenæ reguli retinent, originem habuit, quo ditionis illius populares à vectigali annuo seu tributo, quod rustici & cæteri infimi ordinis homines per totum regnum ærario pendunt, liberi sunt. Vicecomitum illorum vetus masculagens in Raimundo I I I defecit, qui superstite Margarita filia decessit. Illa Bernardo Convenarum comiti nupsit, qui filiola triduum matri superstiti heres posteà Mathildam Insulæ Comitissam in uxorem duxit, ex eoque matrimonio Helionoram suscepit, quæ Gulielmo Rogerio Gulielmi Clementis V I Pontificis fratris filio nupsit circa annum MCCCXL. Porro Gulielmus ille prior in gratiam Pontificis fratris à Rege Philippo Valesio Bellosortium comitatum in Andibus acceperat, ab eoque tempore ab illo propagati Bellosortii appellati sunt, & inde tam qui Turenæ Vicecomites, quam qui posteà dicti sunt Canilliaci Marchiones ac Alesenses Comites, genus ducunt, quanquam quantum ad Canilliacos, insititio in Monboisseriam gentem Bellosortii nomine. Cum verò Bellosortiorum Turenæ Vicecomitum stirps ad Raimundum I V pervenisset, Antonia ejus filia Joanni Maingreo Bucicaudo Franciæ equitum tribuno & multis egregie factis inclyto belli duci nupsit, circa annum MCCCC, nullisque susceptis ex eo matrimonio liberis, res omnis ad Annam Petri Bellosortii F. rediit, quæ Annæ Turrio Oliergii regulo nupsit. Is ea propter avitù insignibus Turenensia, quæ duodecim tæniis aureas & rubeas obliquè ductas repræsentant, junxit*

ANTONIUS *Turrius Turenæ Vicecomes* Regum *Caroli V III* & *Ludovici* XII *Consiliarius* ac *Camerarius* post *Johannis Turrii Comitis Arvernie* masculà prole destituti mortem, jus sibi in Turrii Baronatum è majorum in marium favorem dispositione quæsitum ivit, & *insignia Turrensia integra* gestare cœpit, omisso discriminculo illo, quo progenitores ejus inde à *Bertrando* I ipsius avavo usos fuisse dictum est.

FAMILIÆ ARVERN

DOMINI DE LA TOUR, D' OLIERGUES, DE LIM

BERTRANDUS DE L
DN. D' OLIERGUE
de Montaigu f. 1314.

Annas de la Tour, Dn. d' Oliergues. — Bertrandus
Catharina de Narbonne, Almarici II. Dn. de Talerant. f.

Johannes de la Tour Dn. d' Oliergues. *Jordana, Pontii Dn. de Bitdager f.* — Bertrandus de la T
†1381.

Isabella, nup. N. Dn. de Diane. — *Catharina, ux.* Joh. de Talary Dn. de Chalmasel. — Ludovicꝰ de la Tour †ante patrem. — Annas de la Tour III Dn. d'Oliergues, occ. in pr. Azincurt, 1415. *Alips, Wilhelmi de Vendat f. & h.* — Wilhelmus de la T d'Oliergues, *Episc.* def. *Patriarc. Antioc*

Antonia, nup. 1. Jacobo Aubert Dn. du Monteil. 2. Jacobo de Bourbon. Dn. d' Aubigny.

Franciſcus de la Tour I. Vicecomes de Turene, † *ætat.* 1492. — Ægydius de la T. *Protonot. Sed. Apoſt.* — Pantaleon de la T. Dn. de Limueil. — Antonius de la Tour, Vicec. de Turene, B. de la Tour & Oliergues † 1527. *Antonia Guidonis Dn. de Pons f. 1494.* — *Anna, nup.* Jacq de Lomagne I de Montag 1469.

FRANCISCUS DE LA TOUR II. VICECOMES DE TURENE. Vid. Tab. ſeq. V. — *Margarita, nup.* Petro de Clermont, B. de Lodeve 1514. — *Anna, monialis.* — Ægydiꝰ de la Tour, Dn. DE LIMUEL *Margarita de la Cropte, Bertrandi Dn. Lanquais f. unica & h.*

Galeotus de la Tour, B. de Limueil † *ætat.* 19. Nov. 1591. — Carolus de la T. † juv. — Jacobꝰ de la T. † juv. — Antonius de la T. *Eq. Melit.* 1557. — *Iſabella, nup.* Scipioni de Sardiny, Vicec. de Buzanci. — *Philippina ux.* Antonii B. de Roquefueil 1575. — *Antonia, nup.* 1. Johanni d' gour, C. de Chateauvillain 2. Carolo Marcano C. de levrier 1574.

CO-TURRIÆ TAB. IV.

IEIL ET DE MURAT, VICECOMITES DE TURENE.

TOUR, Bertrandi I. F.
Margarita Aycelin, Ægydii Dn.

la Tour. Petrus de la Tour Dn. de Coltengol.

, Episc. Tuli, post *Podii*. Annas de la Tour II. Dn. d' Oliergues, *Beatrix, Alynaya. Wilhelmi Dn. de Chalançon f. 1372.*

Margarita & Beatrix moniales. Bertrandus de la T. Dn. d' Oliergues. *1. Margarita de Beaufort, Nicolai Dn. de Limueil f. 1423, 2. Annetta Ludovici Dn. d' Apchon f. 1439.* Johannes de la Tour *Eq. Hier.* Petrus de la Tour.

nnas sive Annetus IV. de la Tour, Dn. d' Oliergues, VICECOMES DE TURENE. † 1489. *Anna, Petri Com. de Beaufort & Vicecom. de Turene fil. & hær. 1444.*

Margarita, ux. Johannis Taleirant Dn. de Grignaux Pr. de Chalais 1478. *Isabella, Aloisia, & Gabrielis, moniales.* *Catharina, nup.* Antonio de Pompadour, Dn. de Lorière 1489. Antonius de la T. Junior, al. Raimundus DN. DE MURAT de Caires. *Maria de la Fayette 1517.* *Francisca, ux.* Jacobi de Castelnau Dn. de Jaloignes 1499. *Maria, nup.* N. Dn. de Dautefort.

Antonius de la Tour II. Dn. de Murat de Caires. *Magdalena de Pierrebuffiere, Francisci Dn. de Chateauneuff f. 1570.* Johannes de la Tour, Eques Dn. de Savenne & d' Alagnac. *Margarita de Murat 1572.* *Catharina, nup.* Arnaldo de Grossolée, Dn. de la Chappelle 1538.

Margarita, nup. Johannid' Aubusson Dn. de la Vallede 1575 *Magdalena, ux.* Johannis de Fayole, Dn. de Menvic. 1563. *Claudia, Dom. de Murat des Caires, nup.* Johanni de la Queille Dn. de Florat, † *improlis* 1627. Thomas de la T. †*ux. Johanna Robert de Lignerac.* Martinus de la Tour Eq. Dn. de Savenne & B. de Murat. *Margarita Robert de Lignerac.*

cisca, ux. Petri Dn. de haslus 1634. Jacobus de la Tour Baro de Murat. *Francisca, Claudii Dn. de Gilbertez f. 1633.* *Maria, nup.* Renato Dn. de S. Julien 1639.

AD TAB. V.

FRANCISCUS *Turrius II Vicecom. Turenæ* multum auctoritate valuit apud Regem *Franciscum* I, qui magnis illum exaggeravit honoribus, & *Equitem Ordinis sui, Consiliarium, Cubicularium, Capitaneum centum nobilium domus suæ, Gubernatorem Insulæ Franciæ,* & denique *Locumtenentem Generalem, civitatis & ditionis Genuensis* creavit. Militaris virtutis documenta ille dedit cùm a 1521 in bello adversus Carolum V summam armorum regiorum præfecturam in Picardia teneret; togatarum verò artium specimina edidit in legationibus quas a. 1525 in Anglia, a. 1528 Venetiis & a. 1529 in Hispania, prælaudati Regis nomine præclarè obiit.

FRANCISCO *Turrio III Vicecomiti Turena* vitam in flore ætatis abstulit atrox illud ad *Quintini fanum* prælium; in eo enim dum fortiter dimicat, graviter vulneratus, tertium post diem expiravit.

HENRICUS *Turrius* inde ab adolescentia ad senectam usq; bellis civilibus externisq; innutritus atque exercitus in varum maximè sagacem ac dextrum & peritissimum ducem ævi sui evasit. Regi *Henrico* IV fortem ac fidelem navavit operam, utpote qui ab anno 1575 quo Protestantium partibus accessit, omnibus ejus expeditionibus interfuit & permultas legationes ipsius nomine obiit, ubique strenui ac providi viri officio functus, & egregiam apud exteros, Germanos præcipuè & Anglos, famam atque existimationem consecutus: neque etiam apud Henricum meritorum suorum præmiis caruit, sed multis ab ipso beneficiis ac honoribus cumulatus est. *Marescalli Franciæ* dignitatem a. 1502 post egregiam victoriam quam ad *Bellomontium* in Argonensi sylva de *Africano Anglorio Ambliso*, Lotharingici exercitus imperatore, reportaverat, ab eodem obtinuit. Semel tamen parum abfuit, quin ejusdem Regis gratia me effunderet, cùm a. 1602 aperiente se *conspiratione Bironiana* liberioribus sermonibus Blesis, & postea Pictavii animum illius suspicionibus impleret, quæ post intempestivum suum in Lemovices discessum & contumacem in aulam redeundi detrectationem auctæ, postremò in perplexas ac longas molestias errantem & vix tuto loco pedem, quocunque ibat, ponentem induxerunt, donec quarto post anno Rege ad Sedani obsidionem proficiscente ad officium & in gratiam cum illo rediret [*Thuan. Hist. L. 125 & 136*] Post excessum Henrici *per Ludovici infantiam palam & impunè rebellis* (si quidem *Gramondo* fides his Lib. XII. Hist. Gall. verbis uso) *ostendit se passim Principibus & sectariis in factionis autorem: rei privata studio, bellum & pacem, secta augmentum ac decrementum juxta habuit; longa rerum experientia versatus in omnibus, obscurè & implicitè gessit omnia, suspectus Regi suo, fidus externis principibus.* Delectus a. 1621 in comitiis generalibus Rupellæ habitis supremus armorum dux, paulo post Edicto regio d. 24 Aprilis, ejusdem anni promulgato deceptus una cum Diguierio & Tremollio missis in aulam oratoribus partes Protestantium ejuravit, armorumque imperium abdicavit; *causa varia*, referente iterum *Gramondo Lib. VII. promebantur; senectus invalida, afflictum podagrâ corpus, & in belli casus enerve, feudum illustre & opimum, quod in extremis Lemovicum possidebat in Gallia meditullio, per injectionem regiæ manus applicandum fisco, si rebellaret; his accedebat popularis imperii detrectatio, sub quo precarium imperium habiturus erat.* Decessit autem sequenti anno, in agro Sedanensi extrema jam senecta decrepitus. Ab uxore priore *Carola Marcana* prole quidem nulla, hæreditate verò amplissima auctus est; illa enim ditiones omnes in quibus fratri suo *Wilhelmo Roberto* successerat, quæque Principatus *Sedani*, *Jametii* & *Raucuria*, jure *Suprematus* gaudentes, complectebantur, nec non *pratensinem in Ducatum Bullionium* per tabulas supremas in maritum suum transtulit, quare ille *Bullionicum* etiam *scutum* (quod *fascia argentea aream rubeam percurrente* constat) scuto suo inseruit, & facta a. 1594 cum *Duce Montpenserio*, quem *Wilhelmus Robertus Marcanus* Carolæ substituerat, posteàque a. 1601 cum *Carolo Roberto Marcano Comite de Maulevrier*, Carolæ patruo, transactione, Principatus illos ad liberos suos è posteriore toro susceptos, transmisit. De *duello* quo *Henricus Turenius* cum *Durfortio Rosano* a. 1579 congressus & multis vulneribus à tergo & in latus acceptis pro mortuo relictus est, legi potest *Thuanus Hist. Lib. 68.*

FRIDE-

FRIDERICVS MAURITIVS DUX BULLIONÆVS poſt fortem Regi *Ladovico* XIII in bello Hiſpanico navatam operam, ex odio adverſus Richelium Cardinalem a. 1641 *Comitis Sueſſionenſis* factioni acceſſit; licet verò, illo in pugna ad *Sedanum* interfecto, in gratiam à Rege receptus fuerit, mox tamen eodem affectu impellente *Cinqmartii* conſiliis participavit; ſed re detecta *Caſalii* comprehenſus & cuſtodiæ mandatus nec prius dimiſſus & ſupplicii metu liberatus eſt, quàm pleno jure *Sedanum* Regi cederet; ipſe tamen reſtitutus fuit in eundem ſtatum, titulos, dignitatem & prærogativam, quas tenuit in regno, & quæ ipſi poſſent competere, adeò ut nulla adhiberetur alternatio & diminutio, ut habent literæ regiæ aboliti criminis menſ. Sept. 1642 datæ. Inde 1651 alius ſecutus contractus, quo Rex illi loco ſupremi dominii Sedanenſis, de quo deceſſerat, commutationis nomine conceſſit Ducatus *Albretii & Caſtelli Theodorici*, Comitatus item *Arvernie & Eburovicum*, ut tamen Rex nihil ſibi arrogaret in ſupremum jus in Bullionium Ducatum, quod domui integrum manere debeat. Illa verò prærogativa, quam cum aliis decoribus Dux ſibi familiæque ſuæ in priore tranſactione reſervaſſe dictus eſt, in eo conſiſtit quod Duces Bullionii jam inde ab ætate Regis Henrici II ante omnes in Gallia Duces etiam Ulticenſem (qui præferri quærebat, ſed cauſa cecidit) proëdriam obtineant, & in *Principum exterorum* cenſu habeantur. Vid. Spen. Op. Herald. ſp. L. I. c. 93. §. 7. & 8.

HENRICVS TVRENÆ VICECOMES Ducum hujus ſeculi maximus ac celeberrimus cùm, ſimulac belli patiens erat, in caſtris avunculi ſui *Henrici Friderici Pr. Arauſionenſis* militiam didiciſſet, prima fortitudinis documenta in obſidione *Silvæ Ducis* a. 1629 edidit; a. 1630 in Galliam reverſus legioni peditum præfectus eſt, miſſusque in Italiam *Caſalii* obſidioni & liberationi, interfuit, a 1636 *Mareſcalli Campi* munere auctus in *Alſatia* militavit, & dum ad *Tabernas* hæret, vulnus in pugno accepit, indecùm ſe Duci Vinarienſi adjunxiſſet, ad *Briſaci* expugnationem multùm momenti attulit. A. 1639 & ſequentibus iterum in Pedemontio Inſubriaque militavit, *Locumtenentis Generalis* munia exſequens, & liberationis *Caſalii* ac expugnationis *Turini*, nec non victoriæ de Hiſpanis, cum *Padum* Ducibus *Gatta* & *Lomellino* tranſire tentarent, reportatæ magna pars. A. 1643 à Rege *Mareſcalli* ſcipionem & ſupremam armorum in Germania præfecturam accepit, quam etiam magna nominis fama, nec exiguo rei Gallicæ incremento ſuſtinuit, & quam anno 1645. ad *Mergenthemium* accepit cladem multis proſperis ſucceſſibus penſavit. Pace cum Germanis *Monaſterii* facta malevorum in aula invidia vexatus factioſorum partibus ſe applicuit, & *Stenaco* occupato, ac ſociatis cum Hiſpanis viribus Gallias invaſit, ſed d. 15 Dec. 1650 prælio ad *Rethelium* à Mareſcallo Pralinio victus, non ita multò poſtad obſequium Regis rediit, à quo mox exercitui ejus præfectus rem adverſus factioſos pariter & Hiſpanos præclarè geſſit, illos ad *Lutetiam*, hos ad *Arrebatium* & *Dunas* vincendo, iisdemque multa magni momenti loca, inprimis *Dunkerkam* eripiendo. Ob egregia hæc de regno Galliæ merita, nova dignitate & in ipſius gratiam à Rege Ludovico XIX demum inſtituta, *Mareſcalli* ſcilicet *Generalis exercituum regiorum* decoratus fuit. Cùm poſtea bellum *Pyrenæa* pace compoſitum a. 1666 recruduiſſet, maxima denuo pars victoriarum Regis in *Flandria* fuit, illo verò iterum ſopito & deinde novo cum fœderatis Belgis exorto, in Rhenano tractu, inde in *Weſtphalia*, *Palatinatu* & *Alſatia* regias copias ductavit, varia fortuna uſus, donec objecto ei *Comite Montecuculio* Cæſarei exercitus imperatore, artium providendi, cunctandi, opportunitatem locorum ſapienter legendi, & incruentam victoriam reportandi, æque ac ille erat, gnaro, dum ad *Rhenum* caſtra metatur, ac munit, Cæſareosque omni cum Argentoratenſibus commercio intercludere nititur, & ſitum regionis ſpeculatur, tormenti majoris ictu percuſſus, ſpiritum cum ſanguine illicò effudit maximo Gallorum ipſiusque Regis luctu; is corpus illius in Galliam deportatum magnifico efferri funere, & in templo *San-Dionyſiano*, ubi ipſorummet Regum exuviæ recubant, condi curavit. Scriptorem vitæ ſuæ nactus eſt hominem militarem quinquaginta ſtipendiorum, cui nomen *du Buiſſon*, qui ex jus intimis fuiſſe videtur, adeò omnia ipſius acta in privato lare atque in caſtris compertahabuit, eadémque multa libertate prodidit, nævos non magis ſileus, ac ingentes & excelſas, quibus eos redemit, virtutes. In his potiſſimum commemoravit ſingularem *Turenii* adhuc *tyronis* modeſtiam, temperantiam pæne incredibilem, averſionem ſummam à re amatoria, à quatamen in ætate virilianimum temperare non valuit; *ducis* autem facti patientiam in ferendis ſuperiorum & parium ingeniis ac defectibus, non abjectam quidem, ſed cautam, artem errata aliorum diſſimulandi, & emendationi locum dandi, odium oſtentationis ac jactantiæ tantum, ut malleat egregiè geſta cum exercitu & præfectis communicare, quàm ſibi ſoli, etſi meritus, arrogare, vigilantiam ſummam, ſtudium diſciplinæ non tam ſeveris pœnis, quàm idoneis verbis (quorum tamen obſlinguæ balbutiem quandam parciſſimus erat) conſervandæ & denique amorem erga milites, & exitam in iis alendis conſervandisque & merito præmio proſequendis voluntatem accuram, ut neceſſitatibus eorum levandis, ſæpius ipſe inediam toleraret, patrimonium & ſtipendium proprium impenderet, quin & ſupellectilem argenteam non ſemel pignori dederit, aliquando diſſectam in fruſtra, dum nummi deeſſent, militibus diſtribuerit, patris loco propter eà ab eis habitus.

GODOEREDUS MAURITIUS *Turrius Dux Bullionæus* non tantum dignitate *Magni Franciæ Cubicularii*, ſed etiam præfectura *utriusque Arvernie* gaudet, filioque natu maximo ſpem ſucceſſionis in prius officium certam (Galli *ſurvivence* appellant) à Rege impetravit.

FAMILIÆ ARVERNIC

VICECOMITES DE TURENE, DUCES DE BUILLO

FRANCISCUS DE LA TOUR II, Antonii F. V
†1532. 12. Jul. *1. Catharina d' Amboise, Guidon*
scon, Joh. Montmorancii Dn. d' Escouen vid. 1518.

2. Franciscus III. de la Tour, Vicecom. de Turene, n. 25. Jan. 1526, † 13. Aug. 1557. *Leonora, Annæ D. Montmorancii f. 1545.*

2. *Claudia, nup.* Justo D C. de Roussillon

Henricus de la Tour, Vicecomes de Turene, DUX DE BUILLON PR. SUPR. court, Mareschallus Franciæ, natus 28. Septembris 1555. † 25. Mart. 16 *Henrici Roberti D. de Buillon, Pr. de Sedan fil. 1592, † sterilis 1594.* 2. *E mi Pr. Arauf. f. 1595.*

2. Fridericus Mauricus de la Tour d' Auvergne, D. de Buillon, Pr. de Sedan & Raucourt, natus 22. Octobr. 1606. † 19. August. 1652. *Leonora Catharina Febronia, Friderici C. de Bergh fil. 1634, † 14. Jul. 1657.*

Henricus de la Tour, Vicecomes de Turene, Maresc. Fr. n. 11. Sept. 1611. occ. 27. Jul. 1675. *Carola de Caumont, Armandi D. de la Force f. 1651, † 13. Apr. 1666.*

Aloisia, † ante patrem.

Maria, nup. He co Tremollio de Thouars 16 † 24. Maji 1665 65.

Isabella, nupta Carolo Lotharingo D. d' Elbœuf 1656, † *23. Oct. 1680. æt. 45.*

Aloisia Carola † † nupta 16. Maji 1683. æt. 46.

Æmylia Leonora, Monialis.

Godofredus Mauritius de la Tour d' Auvergne, D. de Buillon, d' Albret & de Chateau-Thierry, C. d' Auvergne & de Evreux, Vicec. de Turene Par & Supr. Camer. Fr. n. 1636. *Maria Anna Mancini, 19. Apr. 1662.*

Fridericus Mauritius la Tour Comes d' vergne. *Henrica Francisca, E lii Friderici Pr. Ho zoll. & Mariæ C. de Be f. 1662.*

Ludovicus, dictus, le Prince de Turene, n. 14. Jun. 1665

dicta Mademoiselle de Bouillon.

Emanuel Theodosius dictus Dux d' Albret Abbas S. Salvat. Redon.

dicta Mademoiselle d' Albret.

dictus Dux de Chateau Thierry.

nata 16. Nov. 1679.

Anonymus.

Fridericus Godofredus M. de Bergues † æt. 8.

CO-TURRIÆ TAB. V.

ON, PRINCIPES DE SEDAN, COMITES D' AUVERGNE.

VICECOMES DE TURENE, n. 5. Jul. 1497, Eq. Ord. Reg. *Ludovici Dn. de Ravelf.* † 1516. 2. *Anna de la Tour Dom. de Montga-*

oDn. de Tournon, ca 1535.	2. *Anna*, † *ante patrem.*	2. *Antonia, nup.* Ludovico le Roy Dn. de Chavigny 1555.	2. *Renata, monialis.*

R DE SEDAN, & de Rau- 1623.	1. *Carola Marcana*, *Elisabetha Nassovia, Wilhel-*	*Magdalena, nup.* Honorato de Sabaudia C. Tendæ 1572, † 1580.

Henri- lis, D. s 1619, 66, æt.	*Juliana Catharina ux.* Francisci de la Rochefoucaud, C. de Roye & Rousli 1627. † *m. Oct.* 1638.	*Elisabetha, nup.* Guidoni Aldoncio de Durfort, M. de Duras 1629. † 1. Dec. 1685.	*Henrica Catharina, ux.* Almarici Goyon M. de la Moussaye 1629.	*Carola, innupta.*

tius de sd Au- s, lite- Hoen- lebrgh	Emanuel Theodosius de la Tour d' Auv. R. E. *Cardinalis, Magnus Eleemosyn. Fr.* n. 24. Aug. 1644.	*Hippolyta Monialis.*	Constantinus Ignatius de la Tour d' Auv. Dux de Chateau-Thierry *Equ. Melit.* † 3. Oct. 1670. æt. 24.	Henricus de la T. d' Auv. Princ. d' Evreux, † 10. Feb. 1675, Colmariæ.	*Mauritia Febronia, nup.* Maximiliano Philippo D. Bavariæ. 1668.

Franciscus, dictus Pr. de Limueil.

Ludovicus, dictus, Eques d' Auvergne.

Henricus, † infans.

Franciscus Ego Pr. de Limueil † æt. 3.

Henricus Osvvaldus dictus *Abbas* d' Auvergne.

Emanuel Mauricius dictus Marquis de Bergues.

Mariana.

Aloysia Æmylia, dicta Princesse de Limueil.

Anonyma.

Elisabetha Leonora Madmoiselle d' Auvergne.

FRIDERICUS MAURITIUS *Turrius, Comes Arvernie* appellatus, equitatum leviorem Galliæ, titulo *Colonelli generalis*, regit in *Lemovicibus* etiam *Gubernatoris* ac *Senescalli* munere fungitur. Fidem uxor *Henrica Francisca Hohenzolleria* Marchionatum *Bergæ ad Somam*, ex materna hæreditate ad se delatum, attulit.

EMANUEL THEODOSIUS Turrius, *Dux Albreti* initio nominatus, ad studia literarum & religionis animum appulit, atque ante annum ætatis XXIV *Doctoris* in Academia Parisiensi insignia adeptus, primus inter Principes virosin domum societatemque *Sorbonæ* adlectus est. Dignitatem *Cardinalitiam* a. 1669 d. 5 Aug. à Papa *Clemente* IX accepit singulari creatione; qua ipse unicus evulgatus fuit; postmodum *Abbas S. Vedasti*, atque a. 1671 *Magnus Franciæ Eleemosynarius* à Rege dictus est, cui primæ totius regni dignitati Ecclesiasticæ adhæret munus Commendatoris, ut vocant, *Ordinum regiorum*. A. 1675. à *Leodiensi* Capitulo *Magnæ Præpositus* Ecclesiæ ad *B. Lambertum* electus, demumque a. 1683 à monachis *Cluniacensibus* in *Abbatem* & *Præsidem Generalem totius Ordinis* coopratus est.

CONSTANTINUS IGNATIUS *Turrius*, dictus vulgo *Eques Bullionæus* ad maritimam militiam animum appulit, & expeditioni *Gigerianæ* a. 1664 interfuit, ibidémque ea virtutis specimina edidit, ut sequenti anno triremi à Rege præficeretur; verum d. 1. Oct. 1670 à Marchione *de la Roche Courbon* in duello vulneratus, biduo post vitam præmatura morte finivit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ ROHANEÆ.

Rohanus antiquus Vicecomitatus, nunc Ducatus in Armoricæ illa parte, quam *Veneti* olim inhabitarunt, ad *Oveſtam* amnem ſitus illuſtriſſimæ familiæ, cujus Genealogiam hic damus, nomen impertivit. Ejus originem antiquatis priſcis fabulis & incertis traditionibus ad liquidum nunc perduxiſſe *Laburerio (Addit. ad Memor. Caſteln. T. I. p. 302)* prædicatur *Dominus de Meſſirien*, Britannicorum ſtemmatum collector; is ad veteres Comites Venetorum Armoricorum (de *Vannes*) Rohanæ gentis incunabula refert; illi verò Comites num porrò ab antiquis Britanniæ Armoricæ Supremis Principibus deduci queant, me quidem fugit; recepta tamen in Galliis eſt opinio, à Britanniæ Principibus Rohaneos deſcendere. Ei certè debent *prærogativam* qua in regno Galliæ eminent, quod ſcilicet proximum à Principibus exteris locum obtineant. *Inſignium* loco *rhombos perforatos (Galli maculas* appellant) *aureos in campo rubeo* ab omni memoria geſtare conſueverunt; & dignum eſt memoratu quod *Monconiſius* in *Itinerario* nec non *Fournierius (Geogr. Orb. not. L. 6. c. 22)* tradunt in Rohanea ditione *rhombos ſ. maculas, lapidibus, arboribus & piſcibus à natura inciſas* reperiri.

JOHANNES II *Vicecomes Rohani* Mariam de Britannia uxorem accepit ex inſtitutione Franciſci I Ducis Britanniæ: is enim cum prolem maſculam non haberet, in tabulis ſupremis juſſit, ut binæ ipſius filiæ duobus Principibus, qui Britanniæ familiæ proximo nexu ſanguinis cohærent, nuptui locarentur; itaque poſtquam natu major *Margarita* Franciſco agnato ſuo nupſiſſet, eundemque Ducem Britanniæ feciſſet, altera, *Maria* nempe, ab Ordinibus Britanniæ *Johanni Vicecomiti Rohani* utpote ſexto cognationis gradu ſibi juncto, in matrimonium data fuit, cum dote centies mille ſcutatorum. Ille autem hac dote non contentus in Ducatum etiam Britanniæ nonnihil juris ſibi arrogavit, & perfecit, ut Comitatus Montfortius cum dynaſtiis *Neauſle*, *Chantocé*, *Ingrande Fougeres* aliisque ſibi per laudum a. 1499 adjudicarentur. Verum a. 1505 reſciſſo hoc laudo ita tranſactum eſt, ut dimidiam partem ſupellectilis omnis à Franciſco I Duce Brit. relictæ Rohanus haberet, reliquisque prætenſionibus ſuis renunciaret, quemadmodum *San Marthani in Hiſt. Gen. dom. Fr. L. 35, c. 11* referunt.

FAMILIÆ R

VICECOMITES DE ROHAN ET DE LEON, CO

ALANUS III. VICECOMES DE ROHAN, *gri Dn. de la Roche-de-rien è Bertha Comitiſſ.*

Alanus IV. Vicecomes de Rohan † 1205. *Mabi*

Godofredus Vicec. de Rohan, † *ao.* 1221, *1. Margarita de Britannia, Guidonis Dn. de Thouars f. 2. Gervaſia Dom. de Dinan.*

Olive… Roha… 122…

Alanus VI. Vicecom. de…

Joſſelinus Vicecom. de Rohan † *ao.* 1306.

Oliverius Vic… *Vicec. d…*

Alanus VII. Vicecomes de Rohan, occ. in Pr. Mor… *Johanna Petri Dn. de Roſtrenen f.*

Johannes I. Vice-. de Rohan, † 24. Febr. 139… *1. Johanna, Dom. de Leon, Hervei Dn. de Leon f & h. † 29. Sept. 1372. 2. Johanna, Philippi d' Evreux R. Navarræ f.* † 1403.

Margarita, nup. 1. Johanni… aumanoir, 2. Oliveri… de Cliſſon Comeſtab. F…

1. Alano VIII. Vicecomes de Rohan & de LEON, † 1429. *Beatrix de Cliſſon, Com. de Porhoët, Oliverii fil. & har.*

1. Johanna nup. 1. Roberto d Alençon. C. du Perche 1374. 2. Petro II. Dn. d' Amboiſe, Vicec. de Thouars.

2. Carolus de Rohan D… NUS DE GUIMENE &… GIE. *Catharina de Gueſcla.*

Alanus IX. Vicecom. de Rohan & de Leon, C. DE PORHOET, † 1449. *Margarita, Johannis V. D. Britann. f. 1407.*

LUDOVICUS DE ROHAN I. DN. DE GUIMENE. Vid. Tab. ſeq. II.

Johannes de Rohan, Dn. du Ge… l'Iſle, & de Chatign. † 1493. *Guy… Wilhelmi de Rochefort, Dn. de Hen…*

Alano de Rohan C. de Porhoët, † improlis. *Jolanda de Laval, Vide XIV. C. Laval f.*

Alanus X. Vicec. de Rohan † 1461. *1. Maria Lotharinga Antonii C. Valdemont. f. † 1455. 2. Peronella Harduini Dn. de Maillé f.*

Johanna, nup. Franciſco Dn. de Rieux C. de Harcourt.

Margarita, ux. Jo… nis Aurelian. C… goliſm. 1449. †…

1. Johannes II. Vicecomes de Rohan, † 1516. *Maria, Franciſci I. D. Britann. f. 1461.*

2. Petrus de Rohan Dn. de Pontchateau. † *ao.* *Johanna Dom. du Perier & C. de Quintin.*

Johannes de Rohan, † ſlib.

1. Jo… Fr… de…

Franciſcus & Iohannes mortui in juventa.

Jacobus Vicecom. de Rohan † ſ. l. 1527. *Franciſca Daillon, Ægydii Dom. de la Turpiniere fil.*

Claudius *Epiſc. de Cornuaille*, poſtea Vicec. de Rohan, † 8. Jul. 1540.

Anna, fratrul… Dn. de Fe…

)HANEÆ TAB. I.

CITES DE PORHOET, DOMINI DU GUE DE L'ISLE.

…hi II. F. Alani I. N. vixit circa a. 1184. *Constantia, Alani Ni-…itanniæ f.*

…i, *Rudolphi Dn. de Fougeres f.*

…l. de … Alanus V Vicecomes de Rohan post fratrem, *Leonora, Eudonis III. Vicec. de Porhoët f. al. Agnes, Henrici III. Dn. d' Avaugour f.*

…han, †1304. æt. 72. *1. Isabella de Leon, 2. Thomasina de la Roche.*

…omes de Rohan, †1326. *1. Alietta de Rochefort, Theobaldi …onges f. 2. Johanna, Hervei Dn. de Leon f.*

…ensi 14. Aug. 1352. Eo de Rohan. ux. *Alietta Dom. du Gué …Isle.*

…e Be- … Oliverius de Rohan, DN. DU GUE DE L'ISLE. *Havizetta, Rudolphi Dn. de la Chatigneraye f.* *Richarda nup.* Eoni Dn. de Tren.
…Dn.

…OMI- … Alanus de Rohan †…. Oliverius de Rohan Dn. du Gué de l'Isle, de la Chatigneraye & du Pornich, †1461. *Maria, Petri Dn. de Rostrenen f.* *Johanna, nup.* Johañi Dn. de Chambout. *Isabella, ux.* Alani de Beaumont.
…DE …

…é de … *Catharina, nup.* Georgio Chesnel, Dn. de Ballue. *Maria, ux.* Karonis Dn. de Bodegat. *Jolanda, nup.* Wilhelmo le Senechal, Dn. de Kercado 1463, †1505. *Johanna, ux.* Johannis Dn. de la Touche. *Johanna, nup.* Johanni de Rame Dn. de Vigneu.
…*na, ix f.*

…an- … *Catharina nup.* 1 Jacobo de Dinan Dn. de Beaumanoir, 2. Johanni d'Albret Vicec. de Tarras. Franciscus de Rohan, Dn. du Gué d'Isle. *1. Jacobina, Dom. de Peillac, 2. Adelisa, Johannis Dn. du Juche f.* Johannes de Rohan Dn. de Tregalet, *1. Wilhelmina, Theobaldi Dn. de Marsein f. 2. Franciscæ Laurens.*
…Fn- …68.

…*ina Dom. du Cué de l'Isle, nup.* …ncisco de la Fueillée Vicec. …lehedel. *Vincentia Dom. de Peillac, ux.* Maurilii de Plusquellec Dn. de Bruillac 1504. *1. Ægydia Dom. de Marsein nup.* Marco Dn. de Carné. 2. Tristanus de Rohan Dn. du Pouldu. *Adelais de Brehan.*

…*arer nup.* Petro de Rohan …ontenay 1517. *Maria, ux.* Ludovici de Rohan IV. Dn. de Guimené, †9 Jun. 1542. Ludovicus de Rohan Dn. du Pouldu, *Michaëlis de l'Hospital, Ludovici Dn. de la Roubardaye f.*

Hieronymus de Rohan Dn. du Pouldu, 1609, *Juliana de Metayer, Gregorii Dn. de Kerbalo f.*

Isaacus de Rohan, Dn. du Pouldu, *Leonora, Johannis de Kerpoëssou f. 1639.*

AD TAB. II.

MOntalbanam in Armorica familiam per matrimonium *Mariæ*, postremæ e us hæredis, cum *LUDOVICO Domino de Gnimené* in *Rohanam* transfusam, fluminibus, in mare, æquo orta sunt, remeantibus, *Ægydius la Roque* (*Hist. Harcurt. lib. XI*) comparavit, à Rohanæa stirpe Montalbanam defluxisse tradens, idque firmans cùm autoritate commentariorum Domini *de Montigny*, tum maximè *tessera*, qua *Montalbani* uti solebant, quæque in *scuto rubeo rhombos novem aureos*, quantos licet & quales Rohanos gestare dictum est, repræsentabat, adjecto tamen discerniculo *fasciolæ quadrisidæ argenteæ*, quæ nota est posteriturarum: ab aliquo enim minore natu filio Vicecomitis alicujus Rohani, cujus nomen ac ætas, qua vixit, explorata nondum sunt, illos descendisse conficiunt; id tamen è tabulis antiquis edocti, jam tum seculo XIV Montalbanam stirpem floruisse. Parentes *Mariæ* fuere *Johannes Dynasta de Montauban, de Landal, & de Grenonville, Baro de Say, de Marigny, de Remilly & de Crepon, atque Anna Domina de Kerenrais & de la Rigaudiere*. Il é egregiis in Ducem Britanniæ Francicum I meritis nec non dignitate *Admiralis Franciæ* illustris fratrem habuit *Arturum* sibi dissimilem, ac pravæ mentis hominem, plurimum tamen gratia apud prædictum Ducem valentem, quousque adeò abusus est, ut deperiens uxorem *Ægydii de Britannia* qui Ducis frater erat, & spem sibi fingens illius potiundæ, eum è medio tollere tustanuerit, falsis de occulta quadam Ægydii cum Rege Angliæ collusione criminationibus Ducem instigando, ut fratrem in vincula conjiceret, in quibus post longos cruciatus miser Princeps, *Montalbano* impulsore, indigna & teterrima nece affectus est, quemadmodum superius ad *Tabulam Ducum Britanniæ* dictum fuit. Hujus sceleris pœnas cum postea Arturus III Dux Britanniæ à *Montalbano* perere statuisset, confugitis Meduntam in societatem monachorum ordinis Cœlestini, ibidemque sanctimoniam simulans delituit, usquedum à Rege Ludovico XI, improborum hominum fautore (*Labrerii* verbis è *Tumultis personæ illustr. pag. 51 utor*) ad Archiepiscopatum Burdigalensem evocatus fuit. Pater *Johannis* ac *Arturi* extitit *Wilhelmus Montalbani dynasta*, *Oliverii* & *Mathildis d'Aubigné Dominæ de Landal filius*, *Oliverii & Johannæ de Malnains* nepos; is primis nuptiis duxit *Margaritam de Lobeac*, secundis *Bonam Viscontæ* dictam *de Milan*, Caroli Domini Parmæ gnatam, ob quas *symbolum Mediolanense* in scuto Principum de Guimené cernitur, &c quas illi, *Johannes* nimirum & *Arturus* nati sunt, nec non *filiæ quinque*, videlicet (1) *Maria* nupta primò *Philippo de Vierville*, postea *Johanni Mollet Dom. de Grafville*, (2) *Isabella*, *Tristani du Perier Domini de Quintine* uxor (3) *Beatrix*, *Richardo Domino d'Espinay* elocata, (4) *Aloisia*, *Vidi de Motte Dom. de Vaucler consors*, & *denique* (5) *Margarita Georgio l'Esperviet Domino de la Louvardiere nupta*.

PETRUS *Rohanus Dn. de Gié* postquam armis inclaruit, à Rege Ludovico XI *Marescallus Franciæ* a. 1475 creatus est. A. 1480 Rege *Chinonis* decumbente inter quatuor proceres fuit, qui gubernacula regni moderabantur. A. 1484 inaugurationi *Caroli* VIII interfuit, multaque annis sequentibus pro defensione Picardiæ limitumque Galliæ adversus Archiducem fortiter egit. Posteà expeditione à Rege ad occupandum regnum Neapolitanum suscepta, præsto ei adfuit, & victoriæ fori ejus *Ludovico* XII haud minus fortem operam in bellis Italicis navavit, ejusdemque solemni ingressui in Genuam a. 1502 interfuit. Habuit etiam condigno in pretio præstantissimi viri virtutem Rex, eandemque condecoravit meritis præmiis, asciscendo ipsum inter intimos familiares & constituendo Præsidem secretioris Senatus, Locumtenentem in Britannia, & Generalem exercituum in Italia. Verum cum fideliter Regi regnoque inserviendo Reginæ *Annæ Britannæ* offensam in se concitasset; sensit vim iræ fœmineæ, & omnibus muneribus ac pensionibus spoliatus aula exesse & apud privatos lares reliquam ætatem consumere jussus est.

LUDOVICI ROHANI MONTBASONII, *Ducali* axiomate à Rege Henrico III aucti, præmaturam mortem *Thuanus* his versibus, qui *Lib. IV de vita sua* recensentur, extempore deploravit, ad *Aretem* directo carmine:

Flere

Flere tuum non est Arete, sed solvere crines
te modo, & attritas ungue rigare genas
vidimus & curvis contundere pectora palmis
in Monthasonii funere Diva tui.
Scilicet ille Deus, Diis certè proximus heros:
& decet heroum morte dolere Deos.

Summa Thuano, hæc loco citato sequuntur, *cum Monthasonio intercedebat & voluntatum & consiliorum consensio, tantamq; in illustri illo adolescente pietatem minimè fucatam, tantum recti & honesti studium, tantam erga patriam & nomen Gallicum caritatem animadvertit, ut qui raras adeò dotes in primaria nobilitatis hominibus hactenus requisiverit, nec repererit, non potuerit non ejus, qui illis ornatus fuit, amissione non maximoperè dolere, (& sanè testari possum, nunquam ejus mentionem incidisse, quin simul & lacrymas ipsi excusserit.)*

HERCULES *Rohanus Monthasonium* prima militiæ rudimenta sub Regis Henrici III signis posuit, postea Henrico IV fidelem ac strenuam operam navavit, eidemque in pugna *Arcuensi* & obsidione *Ambianâ* virtutem suam probavit, quapropter *Dux & Par Franciæ* creatus nec non munere *Magni Venatoris Galliæ* auctus est. Post excessum Henrici IV Nortmanniæ procurationem secundam a. 1612 obtinuit, quam deinceps cum legatione Picardiæ decedente ab ea Ancræo commutavit. A. 1620 delata ei est Insulæ Franciæ præfectura, quam gener ejus Luynæus tenuerat. Denique ætate gravis in castrum suum *Couziers* in Turonibus secessit, ibidemque supremum diem obiit, Vir, *Gramondi* [*Hist. Lib. 2*] elogio, *mansueta indole, probus, neque dissidii capax, unde rara in ipsum invidia.*

LUDOVICUS Eques Rohanus vulgò dictus, postquàm parentis successor in munere *Magni Venatoris Galliæ* à Rege designatus esset, flagrante a. 1664 in Pannonia bello eò profectus adversus Christiani nominis hostes militavit & strenui bellatoris famam retulit. Deinde a. 1667 suo etiam Regi in bello Flandrico, iterumque a. 1672 in Hollandico fortem operam navavit; verùm cùm non ita multò post cum exteris colluderet, aliquidque in regnum machinaretur atque strueret, suo capiti exitium fuit. Rei series in *Historia vitæ Vicecomitis Turenii* hoc modo denarratur: Cum a. 1674 Batavis constitutum esset, in oras Nortmanniæ vel Britanniæ excensionem facere, Hispani magna exinde commoda sibi pollicentes, missis corruptoribus Equitem Rohanum exuendam ad fidem emercati sunt, pretioque oneratum perpulerunt, ut Guellebodum, (*Quilleboeuf*) Sequanæ, ad Oceanum properanti, adsitum, in manus Batavorum tradere promitteret, idque ope secreti commercii, quod cum Nortmannis sibi intercedere jactabat, prætereàque amicorum quendam, cuinomen erat *La Treaumont*, audaciæ suæ administrum conduceret. Erat Eques Rohanus homo veteris prosapiæ & multarum imaginum, sed existimationis admodum mediocris neque ulli insigni militiæ officio par habitus; non equidem quod animo destitueretur, sed quod ingenio parum valeret. Patrimonii sui maximam partem decoxerat, ita ut in magnas difficultates summasque angustias redactus nova luxuriæ alimenta una cum Latromontio, eodem in luto hærente, quæreret. Hispani itaque ad eorum pollicita se libenter præbentes credulos Batavos induxerunt, ut naves solverent, cursumque ad Nortmanniæ littora dirigerent; hæc cùm frustra præligissent, Rohano neutiquam quidem autoritatis habente, ut vel villam commovere valeret, vela Britanniam versus verterunt, illic sui periculum facturi. Interea vero aliquâ ad Regem hoc pervenire manavit, quare missus abeo est Rothomagum Brissacus, prætorianæ cohortis præfectus, ut Latromontium ibiagentem comprehenderet, Rohanus verò, cùm forte in fanum Germani veniisset, custodiæ mandatus fuit. Brissacus Rothomagum delatus Latromontium convenit, eidemque in lecto adhuc cubanti, quid in mandatis haberet, expositi. Hic paratum se ad omnia simulans, facultatem tantùm aliquid è secretiori conclavi secum ferendi petiit, eâ autem accepta sloppetum protulit, eoque in Brissaci caput collimavit, ad hoc spectaculum isto clamante, ut telum emitteret, milites duo, quos secum adduxerat sibi id dictum esse rati, bombardis suis Latromontium petierunt, & sauciarunt, adeò ut postridiè expiraret, quod ægrè Rex tulit, eaque propter Brissaco nonnihil succensuit. Cæterum Rohanus una cum Equite *de Preaux*, Domina *de Villars* [*Anna Sarro, Johannis, Secretarii regii filia, nupta primò Centurioni de Quierremont Dom. de Hendreville, hocque veneno, ceu credebatur, ab ipsa sublato N de Molartie Domino de Villars*] & ludimagistro quodam, utpote ejusdem criminis delatis, Bastiliæ inclusus fuit. Quoniam verò nullæ adversus illum præstò erant probationes, inquisitores è Consiliariis Status è Regelecti incerti ferebantur; amici etiam & propinqui Rohaniid unicè operam dabant, ut mors Latromontii ci innotesceret, eaque propter noctu frequenter Bastiliam circumambulabant, alta voce clamantes, vixisse Latromontium, hunc scilicet in finem, ut si cognovisset, illum à quo solo convinci potuisset, è medio excessisse, negationem sibi consuleret; ille verò remotiore in loco detentus, quàm ut voces istas percipere possit, eandem ab inquisitoribus, fucatis verbis Regis misericordiam, ingenua delicti confessione movendam, ostentantibus, imò gratiam ac veniam pollicentibus in nassam illectus & captus est. Fassum Rex judicio permisit, quo confecto ille cum Equite de Preaux & Villarsia capitis, ludimagister autem ad restim damnatus fuit. Rohanus accepta ferali sententia vultum animumque ad constantiam composuit, atque accersito Patre Bourdaloue Jesuita ad mortem sese paravit, qua, nullo propinquorum suorum, quos inter aulæ primores haud paucos habebat, proipso Regem

FAMILIÆ RO

DOMINI ET PRINCIPES DE GUI

LUDOVICUS DE RO
& DE GIE, Caroli
tauban Admiralii Fr.

Ludovicus de Rohan II. DN. DE GUIMENE. *Aloisia de Rieux, Franciſci C. de Harcourt f.*

Helena, nup. Petro Bar. du Pont & de Roſtrenen.

Ludovicus de Rohan III. Dn. de Guimené. *Renata du Fou, Johannis Dn. de Montbazon & S. Maure f. & her. Wilhelmi de Marca, Dn. d'Ogismont vid.*

Henricus de Rohan Dn. de Landal, † *ante. Margarita du Pont.*

Johanna, nupta Franciſco Vicec. de Pommeric.

Margarita, uxor Franciſci Dn. de Maillé.

Johannes de Rohan DN. DE LANDAL, *Gujonna, Johannis Dn. de Lorgerilfil.*

Ludovicus de Rohan IV. Dn. de Guimené, Montbazon & S. Maure.
Maria, Johannis II. Vicecom. de Rohan f.

Helena Dom. de Landal & Lorgeril, nup. Franciſco Dn. de Mauré.

Margarita, ux. Ludovici de Keleſtroit, Dn. de Pontcallec.

Ludovicus de Rohan V. Dn. de Guimené, Montbazon & Montauban.
Catharina, Vidi XVI. C. de Laval f.

Renata, nup. 1. Franciſco de Rohan Dn. de Gié, 2. Renato de Laval Dn. de Loué, 3. Johanni de Laval de Neſle.

Ludovicus VI. PRINCEPS DE GUIMENE, Com. de Montbazon Seneſcallus Andegav. & Flexiæ.
1. *Leonora de Rohan Dom. du Verger, Franciſci Dn. de Gié f.* 2. *Franciſca de Laval, Renati II. Dn. de Boisdauphin f. Henrici Lenoncurtii vid.*

1. Ludovicus de Rohan DUX DE MONTBAZON cr. ab Henrico III 1588 † *ante.* 1589.

1. Petrus de Rohan, Pr. de Guimené, † *1622. 1. Magdalena de Rieux, Guidonis Dn. de Chateauneuf f. 2. Antonia de Bretagne, Caroli C. de Vertus f.*

1. Hercules de Rohan DUX DE MONBAZON, Par Magnus Venator Fr. Eq. Ord. Reg. cr. 1597, n. 15 † 16. Oct. 1654. *Magdalena, Henrici Dn. de Lenonc fil. unica 1593. 2. Maria de Bretagne, Claudii C. de V tus f. 1623.*

1. Anna de Rohan, Principiſſa de Guimené, nup. Ludovico VII. de Rohan, D. de Montbazon patrueli ſuo, † 14. Mart. 1685, æt. 81.

1. Ludovicus de Rohan VII C. de Rochefort, Dux Montbazon, Pr. de Guimené, Par & M. Venat. Fr. O. R. † 19. Febr. 1667, æt. 68. *Anna de Rohan, P Pr. de Guimené fil. un. & her.*

Carolus de Rohan Pr. de Guimené, D. de Montbazon, Par. Fr.
Johanna Armanda de Schomberg, Henrici C. de Nantueil f. poſth.

Ludovicus dictus *Eques* de Rohan, M. Venator † 27. Nov. 1674.

Carolus Dux de Montbazon.
1. Maria Anna d'Albert, Ludovici Caroli D. de Luynes f. m. Apr. 1678. 2. Carola Eliſabetha de Cochefilet, Comitis de Vauvineux f. 2. Decemb. 1679.

Joh. Baptiſta Armandus.

Jobannes, dictus Prince de Montauban.
Carola Bautru, Nicolai Com. de Nogent f. Nicolai d'Argouges M. de Rancs vid. m. Oct. 1652.

Anna, Domicella de Guimené.

Eliſab de Mo Mart.

)HANEÆ TAB. II.

IMENE, DUCES DE MONTBAZON.

HAN I. DN. DE GUIMENE
F. *Maria, Johannis Dn. de Mon-*
fil. ac hæres.

Petrus de Rohan, DN. DE GIE Mareſcallus Fr. † 22. Apr. 1513. *1. Franciſca de Penhoüet, Wilhelmi Vicec. de Fronſac f. 2. Margarita d' Armagnac, Jacobi D. de Nemours f. 1503.*

atharina, nup. Johanni de Maleſtroit, Dn. de Kaër. | *Franciſca, ux.* Ludovici de Huſſon, C. de Tonnerre. | 1. Carolo de Rohan, Dn. de Gié & du Verger, Vicec. de Fronſac. *1. Carola d' Armagnac Jacobi D. Nemor. f. f. 2. Johanna de S. Severin Bernhardi Pr. Beſignan. f.* | 1. Franciſco de Rohan *Archiep. Lugd. 1500. Epiſc. Andegav. 1501.* † 13. Oct. 1536. | 1. PETRUS DE ROHAN DN. DE FRONTENAY. Vid. Tab. III.

2. Franciſcus de Rohan Dn. de Gié. *1. Catharina de Silly, Caroli Dn. de la Rocheguion f. 2. Renata de Rohan, Ludovici V. Dn. de Guimené f.* | *2. Claudia, nup. 1.* Claudio de Beauvillier, C. de S. Aignan, 2. Juliano de Clermont, B. de Toury. | *2. Jacobina, ux.* Franciſci d'Orleans M. de Rötelin 1536, † 1586

1. Leonora Dom du Verger, nup. Ludovico de Rohan VI. Dn. de Guimené. | *1. Jacobina Dom de Gié uxor* Franciſci de Balſac, Dn. d' Entragues. | *1 Diana, nup.* Franciſco de la Tour Landry C. de Chateauroux, † 20. Apr. 1585. | *Franciſca, Abbat. ad S. Trinit. Pictonum.*

Alexander de Rohan M. de Marigny, Equ. Ord. Reg. † ∞. *Lucilia, Gabrielis Tarneau Præſ. Parl. Burdig. f.* | *Renata, nup.* Johanni M. de Coëtquen. | *Lucretia, ux.* Jacobi Tournemine M. de Coetmour. | *Iſabella, nup.* Johañi de Pellevé, C. de Flers. | *Leonora innup.* | *Silvia, nup.* 1. Franciſco d' Eſpinay. 2. Antonio de Sillans, B. de Creuilly. | *Margarita, nup.* 1. Carolo M. de Eſpinay, 2. Philiberto Vicec. de Pompadour.

1. Maria, n. m. Dec. 1600. nup. 1. Carolo d' Albert D. de Luynes 1617, 2. Claudio Lotharingo D. de Chevreuſe 1622, † 13. Auguſt. 1679. | *2. Maria Leonora, Abbat. Trinit. Cadon. poſt de Malnoue, † 8. April. 1681.* | 2. Franciſcus de Rohan, C. de Rochefort, FR. DE SOUBIZE. *1. Catharina Lionne, Pomponii Franciſci le Comte, M. de Nonant vid. 2. Anna de Rohan-Chabot, Henrici D. de Rohan f. † 7. Apr. 1663.* | *2. Anna, ux. ſecunda* Ludovici Caroli de Albert, D. de Luynes ducta 1662, † 29. Octob. 1684. æt. 42. | *2. Franciſca Abb. de Malnoue.*

Fr. | 2. Ludovicus de Rohan D. de Frontenay. | 2. Hercules Meriadecius de Rohan, *Abbas de S. Taurin.* | *2. Anna Margarita, Monialis Benedict. pr. 23. Nov. 1679.* | *2. Conſtantia Æmylia, nup.* Joſepho Roderico de Camarre C. de Ribeyra-Grande, Magnati Luſitan. 1683.

ibetha Domicella ontbazon, n. 25. n. 1663. | *Joh. Thereſia Domicella de Montauban.*

„interpellare ausō, in area Basiliæ, erectis pegmatibus tribus & furca una cum complicibus affectus „est. Hoc facto periit Eques Rohanus, qui Magni Franciæ Venatoris munus obierat, sed lu„xu ac libidine maximam juventutis suæ partem contriverat; calamitate tamen ista, quæ floren„tem ætate perculit, nec non augusto, quo præditus erat, corporis habitu, cum nonnullis aliis or„namentis conjuncto, miserationem multorum commovit, ita ut haud dubiè dolentius deplorare„tur, quàm si in lecto vitam finisset.

AD TAB. III.

PETRUS ROHANUS *Dn. de Frontenay* ducta *Anna* agnata sua *Johannis II Vicecom. Rohani* filia natu majore & *Claudii* fratris hærede præcipua, Vicecomitatum *Rohanensem* nec non *Leonensem* Principatum in lineam suam traduxit. Vitam is in fatali illo Gallis prælio ad *Ticinum* strenuè pugnando profudit.

RENATUS I *Rohani Vicecomes* haud multum à Regio throno abfuit, postquàm ipsi *Isabella Albretana*, Johannis Regis Navarræ gnata, in manum convenisset: futura enim illa erat regni hæres si frater ejus *Henricus* sine prole decessisset, aut unica, quam habuit eandémque sequioris sexus, ad maturam ætatem non pervenisset. Mortem *Renatus* obiit post pugnam *Mussipontanam* inter Albertum Brandenburgicum & Claudium Lotharingum Aumalium commissam, in ea enim captus cùm milites inter se rixarentur, cui captivus cederet, à furentibus occisus est. *Thuan. Hist. Lib. 11.*

HENRICUS I *Rohani* Vicecomes *Belini* in Armorica arcem stupendi operis & regia magnificentia extruxit, ibidemque arthritide diu vexatus fatis concessit, relicta amplissimarum possessionum hærede unica filiola XI annorum, quæ paulò post & ipsa decessit & RENATUM patruum hæredem habuit, Protestantium, quorum sacris accessit, primarium Ducem, qui mox *Catharinam Subizam* lectissimam fœminam, & ut natalium splendore ac moribus sic literis ornatissimam uxorem duxit nuptiis summa lætitia, quantum per calamitosa illa tempora licebat, Rupellæ celebratis. Fuit Renatus, *Thuani* elogio, *Vir probus & candidis moribus, multaque apud Henricum Navarræ, postea Gallia Regem, nec non inter Protestantes autoritatis, sed in flore ætatis Rupellæ extinctus, triste his sui desiderium reliquit.* Uxor ejus longo post tempore & post pacatum regnum Belinii exquisita pompa ac magnificis exequiis viro dilectissimo parentavit. *Thuan. Lib. 61. & 85.*

HENRICUS II. *Rohanus* Heros ætatis suæ appellari meruit: erat enim tot tantarúmque virtutum, quas & quantas natura mortalium recipit, vel industria percipit, probus, gnavus, agilis, providus, consiliis Dux, miles manu, adeò ut in incerto sit ingenium ejus utrum bellicis magis an civilibus suffecerit artibus; meliore tamen semper animo quàm fortuna usus. Anno ætatis 16. sub *Samarobrigæ Ambianorum* mœnibus obsessis ante Henrici M. ora, equo prostrato cæsoque, audax juventa prima militiæ rudimenta edidit; anno sæculari peregrinatione per maximam Europæ partem suscepta, quam ipsemet literis mandavit, ubique summatium virorum animos in se convertit, & redux in Galliam à Rege *Duce* è Vicecomite cantiquo & *patritius regni* creatus est, inque Senatu sacramentum VII Id. Sext. a. 1603. dixit. Inde apud Belgos *Grallacenses*, apud Sicambros *Juliacenses* obsidione famam sibi peperit; erepto vero rebus humanis Henrico Magno, civilibus fluctibus jactatus religionis suæ causam & Protestantium res diu sustinuit, adjutore usus BENIAMINO SUBIZIO fratre suo, ea animi consilíque præsentia, ut hostibus admirationi & terrori esset; *mirum erat* (verba *Gramondi* è *Lib. XII Hist. Gall* refero) *quod mutantes urbes unus confirmaverit, quod Regi non per legatos, ut solent Reges, sed per se ipsum agenti unaque triginta peditum, quatuor equitum millibus resiterit, cui vix quatuor legionariorum millia, vix quadrigenti alarii, cui nec pecunia, nec annona, nec concordia inter cives sustinendo bello; hæc astus, hæc alta indago, & consilium operantur, quicismaxime valuit Rohanus. Plerisque profuspecto habebatur, quia privatas res curare creditus, paucis amabatur: erant apud quos parum strenuus audiret: calamitate temporum angustæ illi res, undique circumstabant insidiæ, inconstans suorum fides, fallaces animi, nocturna, diurnaque pericula, in stationc, in via. Per glacialia, per æstivum solem solo passim inimico commeabat, stipatus, solus, notus, incognitus, ut ferebat necessitas & monebat tempus, planis, asperis agebatur, ut sors dabat. In populo spes ipsi una, in quonec spes, nec fiducia esse potest. Mirabitur certè posteritas unum hominem, non alio quam ingenii sui præsidio sustinuisse ex integro bellum contra Regem, sub cujus dominatione tota mox Europa contremiscet.* Postquam ex illis fluctibus se emersit & cum Rege *Ludovico* XIII in gratiam rediit, factum id a. 1629, *Venetæ Reip.* stipendia fecit, sed revocatus à Rege & exercitui suo in *Grisonibus* præfectus Hispanos post aliquot secunda prælia valle Tellina a. 1635 ejecit, vicissim verò ab incolis dictæ vallisbiennio post exturbatus ad exercitum *Bernardi Ducis Saxo-Vinariensis* in Alsatia tunc agentem se contulit, & pugnæ apud *Rhinfeldiam* contra Joh. Werthium commissæ voluntarius interfuit, in qua graviter vulneratus,

tus, paulo post *Kunigsfeldæ* obiit, armis suis, quæ gestare consueverat; Venetæ Reip. in signum propensionis suæ legatis, ceu *Naniius Hist. Ven. L. 10* refert. Corpus ejus *Genevam* deportatum, ibidémque in templo D. Petri tumulatum est; ubi insigne ei monumentum *Margarita Bethunia* uxor mariti fata intrepidè secuta poni curavit.

MARGARITA ROHANA postquam sua voluntate & propensione usa, inconsulta & invita matre, HENRICO CABOTIO, haud equidem nullius prosapiæ viro, sed suorum natu minimo & facultatibus destituto, nupsisset, cum eodem Rohanææ domus prærogativam & opes communicatura, ostentari cœpit juvenis è Batavis accersitus, & TANCREDUS idémq; filius Ducis Rohani dictus; is à mulris ac ipsa vidua Rohana creditus & promulgatus; à *Margarita* verò protinus repudiatus & pro supposititio divulgatus. Orta hinc est controversia, qua nobiliorem forum Parisiense vix habuit hoc seculo. *Contendit mater & testibus probatum ivit* (Sarravii verbis ex epist. ad Cl. Salmas. p. 165 utor) *Rohanum patrem scivisse cum egerent Venetiis se gravidam esse; quia autem nunquam nisi cum summo vitæ discrimine parere soleret, consensisse ut in Galliam paritura veniret; præbuisse ad iter pecuniam & familiam: scivisse ex hoc partu filium natum*, eidem ipso jubente nomen *Tancredi*, quod Heroi suo *Torquatus Tassus* in carminibus tribuerat, indirum; *celari voluisse, quia verebatur, ne Card. Richelius, qui odio in parentem filiolæ apud nutricem Lutetiæ relictæ custodes olim adhibuerat, infensis utebatur. Capilli, oculi, indoles adolescentis patrem & matrem referebant.* Hæc *Margarita* risu & cavillationibus excipere, somnia, fabulas appellare, nonnulla in contumeliam trahere, causas clandestinæ educationis elevare, eis vota patris ac desideria pro mascula prole opponere, tandemque sententiam à Suprema curia exsculpere, qua ipsa sola pro hærede Ducis Rohanei declarata, *Tancredus* verò *suppositirius* pronunciatus, subque pœna capitis prohibitus fuit, nomine aut insignibus Rohaneis uti. Dedit exinde *Tancredus* nomen militiæ, ortoque Regem inter & Parlamentum civili bello, posteriori meruit, cumque ad *Vincennas* fortiter pugnando vitam profudisset, natum est dicterium: *il a tout fait pour la justice, mais la justice rien pour lui.*

CABOTIÆ gentis, è qua hodiernus Rohani Dux paternum genus derivat, summariam deductionem haud intempestive subtexturi videmur. Floruit ea in *Pictonibus* inde à seculo centesimo supra millesimum, quo *Wilhelmum Cabotium* claruisse *Andr. Ducheſne* in Historia familiæ *de Chastillon sur Marne* testatur; eundem patrem fuisse arbitratus *Petri Cabotii*, cujus filio *Theobaldo* ab uxore dominium *Vouvent* obvenit. Hoc natus *Sebranus* cum *Agnete* conjuge sua dominia *Rochecerviere* & *la Greve* accepisse creditur, pater ex ea factus *Theobaldi* & *Sebrani*, quorum hic *Lemovicum Episcopus* fuit a. 1177 electus, ille *Theobaldum* II genuit, patrem *Eustachiæ*, Godofredo Lusiniano Com. Japhæ & Cæsareæ in Palæstina nuptæ, nec non *Theobaldi* III, quo & filia Wilhelmi *de la Motte* Dom. *de la Motte-Achard* uxore sua nati sunt *Theobaldus* IV *Gerardus* & *Sebranus*. Primi ex his, qui Dom. *de la Rochecerviere* & *des Essars* fuit, posteritas mascula in filio suo *Sebrano* II ex *Alienora de Brosse* genito intercidit. A *Gerardo* Domini *de Raix*, (quam dynastiam nunc Ducatus & Pariatus titulo ornatam, conjux *Eustachia* ei attulit) descendunt, in *Gerardo* VI at nepote suo extincti, hæreditate ad *Johannam*, quæ hujus soror erat, & ab ea ad *Lavallos* è magna ejus amita prognatos devoluta. *Sebranus Dn. de la Greve* genuit *Sebrandinum* patrem *Theobaldi* IV & *Wilhelmi* Dom. *de Chantemerle*, à quo longa manavit progenies. *Illo* & *Johanna de Saint Vincent* satus *Theobaldus* V ex N. *de Machecoul* suscepit *Theobaldum* IV. Amiciæ *de Mauré* maritum, & genitorem *Ludovici*, cui cum uxore Maria Craonia, *Montcantour*, *Marnes*, *Montsoreau*, *Jarnac* aliaque prædia obtigere, & geniti sunt præter alios *Theobaldus* VII, & *Renaldus*. Prioris stirps mascula in nepote *Renato* exaruit, hæreditate ejus ad *Castillonios Matronenses*, Renati amitinos, maximam partem translata. *Renaldus Cabotius Jarnaci Dominus ex Isabella Rupichouartia* mares quinque genuit, inter quos quartus nascendi ordine *Jacobus* stirpem propagavit, ducta uxore ex illustrissima *Lucemburgiorum* familia, *Magdalena* scilicet, Theobaldi Dom. *de Fiennes* gnata. Prodiere hoc è matrimonio *Carolus* & *Philippus*. Ille *Jarnaci Baro* uxores duas habuit, videlicet *Johannam de S. Gelais*, Johannis Dom. *de S. Aulaye* filiam ac hæredem, posteaque *Magdalenam de Puy-guyon*. Hac natus est *Carolus* Dn. *de Sainte Foix* a. 1560 interemptus & filiæ unicæ in *Fonsecam* domum elocatæ pater. Prior *Cuidonem* peperit, duello, quo coram Henrico Rege II Francifcum Vivonum (qui palàm de illo præcidaverat, audivisse iactantem, quod cum noverca sua concubuerit) d. 10 Jul. 1547 superavit, nobilitatum, & genitorem ex *Aloisia de Pisseleu-Heilly Helionori*, quem uxor prima *Margarita Durfortia* (altera

FAMILIÆ ROH

DOMINI DE FRONTENAY, VICECOMITES

PETRUS DE ROHAN, DN. DE FRONTENAY
Vicecomitissa de Rohan, Johannis II. fil. Claudii fo

Renatus de Rohan I. VICECOMES DE ROHAN,
d' Albret, Johannis R. Navarræ f. 1535.

Henricus I. de Rohan, Pr. de Leon Vicec. de Rohan. † 1575, m. Jun. *Franciſca de Tournemine.*

Johannes de Rohan, Dn. de Frontenay † *ao.*
Diana de Barbanſon.

Judith de Rohan † paucis poſt patrem diebus æt. 11.

Henricus de Rohan II. Pr. de Leon, Vicecom. de Roh
n. 23. Aug. 1579, Dux & Par Fr. cr. 1603, † 13. Ap
1638. *Margarita de Bethune, Maximiliani D. de S*
f. 1605. † 1660.

Margarita Duciſſa de Rohan, & ſola patris hæres pronunciata à Parl. Pariſ. a. 1646, 26. Febr. nup. Henrico Chabot, Dn. de St. Aulaye 1645, † *9. Apr. 1684 æt. 67.* ille ob. 27. Febr. 1655.

Sophronia † 1619, æt. 15. menſ.

Anna, Principiſſa de Soubize nup. Franciſco de Rohan, C. de Rochefort 17. Apr. 1663.

Margarita, nup. Maloni de Cœtquen, M. de Marzeliere, C. de Cambour.

Johanna Pelagia uxor ſecunda Alexandri Wilhelmi de Melun, Pr. d' Eſpinoy 1668.

Ludovicus Britannus de Rohan-Chabot Pr. de Leon, n. 26. Sept. 1679.

ANEÆ TAB. III.

ET DUCES DE ROHAN, PRINCIPES DE LEON.

, Petri Dn. de Gié F. occ. in pr. Ticin. 1525, 24. Febr. *Anna, ...ror ac hæres ducta 1517.*

C. de Porhoët, Dn. de Frontenay, occ. 20. Oct. 1552. *Isabella*

Renatus de Rohan II. Dn. de Frontenay, postea Pr. de Leon, Vicec. de Rohan, † 1586, æt. 36. *Catharina ℓ Archevêque, Johannis Dn. de Soubize f. & h. † 26. Oct. 1631. æt. 94.*

Francisca desponsata Jacobo de Sabaudia D. de Nemours.

...an, ...ril. ...illy

Benjamin de Rohan Dn. de Soubize, † in Anglia, ℓ l.

Henrica innupta

Catharina, nup. Johanni C. Palat. Bipont. 1604, † 10. Maji 1607.

Anna innupta † 20. Sept. 1646. æt. 62.

Filii quatuor in infantia mortui.

Olympia, nata & † 1625.

Tancredus de Rohan, natus 18. Dec. 1630. rejectus à Parlam. Paris. occ. in conflictu ad Silvam Vincenn. 1649.

Ludovicus de Rohan-Chabot, Dux de Rohan, Pr. de Leon, C. de Porhoët, M. de Blain, de Montlieu & de S. Aulaye.
Maria Elisabetha du Bec, Renati Francisci M. de Vardes fil. unica 17. Jul. 1673.

N. dictus Eques de Chabot, † in juvent.

Maria Rupichovartia sequioris tantum sexus prolem edidit) *Guidonis* II & *Caroli* parentem fecit. Hoc, *Domino de Sainte Aulaye* & *Henrica de Lut* natus est post *Johannem* Dom. *de S. Aulaye*, Carolæ Claromontiæ maritum, HENRICUS *Cabotius*, splendidissimo *Margaritæ Ducissæ de Rohan* matrimonio auctus. *Guido II Jarnaci Comes è Maria Rupifulcaudia de Montendre* præter alios *Ludovicum* procreavit, genitorem è *Catharina de la Rochebeaucourt*, *Guidonis Henrici Com. de Jarnac* superstitis, cui ducta fuit *Maria Clara Crequia* a. 1684 vivis exempta. *Philippus* Jacobi & Magdalenæ Lucemburgiæ filius natu minor, *Com. de Buzançois* & *de Charny Dn. de Erion*, Admiralis Fr. rebus sub Rege Francisco I gestis clarissimus *Helionorum* & *Franciscum* filios post se reliquit è *Francisca de Longvi* Mirabelli domina natos, quorum prior *Com. de Charny* è duplici matrimonio sequiorem tantùm sobolem genuit, posterior *Mirabelli Marchio* è *Catharina Sillia Rupiguidonia* præter alios *Jacobum*, quo & *Anna Colinia Andelotia* nati sunt *Carolus Cabotius Comes de Charny*, *M. de Mirabeau* a. 1621 nulla è *Carola de Castille*, Petri Consiliarii Regii gnata, prole susceptâ defunctus, & *Catharina*, nupta primo Cæsari Augusto Bellogardio, M. *de Thermes*, postea N. *Vignier*, Præsidi Parlamenti Metensis.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ TREMOLLIÆ.

Tremolliorum inclyta familia illustri suo splendore & jure, quod prætendit in successionem *Friderici Arragonii R. Neapolitani*, utpote cujus è filia neptem *Franciscus Tremollius*, ceu inferius dicetur, uxorem duxit, *Principibus* in Gallia annumerari meruit. Genealogiam ejus tabulis ac documentis gentilitiis *Scævola* & *Ludovicus Sammarthani* auspiciis *Claudii Tremollii, primi Ducis Thoarsii* contexuére; cum verò hoc vivis exemto deesset, qui editioni operis illius sumptum suggereret, in compendium id redegit *Scævola Sammarthanus*, *Scævolæ F.* hócque a. 1668 in lucem publicam emisit. Ab illis autoribus origo familiæ è *Pistavia* derivatur, ubi dynastia *Tremollia* ad Marchiæ fines sita est, quam PETRUS, primus ex hac gente, cujus mentio in Annalibus occurrit, quique jamtum a. 1040, regnante *Henrico* I, vixit, & inde ab illa ætate ad hanc nostram usque continuam XXIV graduum posteritatem, (ceu è tabulis sequentibus patet) edidit, possedisse legitur. *Insignia* familiæ Tremolliæ *scuto* constant *aureo*, in quo repræsentatur *cantherius coccineus, tribus cæruleis aquilulis, rostris & cruribus rubeis, stipatus.*

De primis Tremolliæ Dynastis, in hujus plagulæ tabula enumeratis, quoniam deficit narrandi argumentum, ne plus nimio vacet hæc pagina, non ἀκριβολογήσεται erit Dominos *de Rochefort* ex *Aloigniæ* gente, nunc *Marchionis* titulo auctos, hoc loco recensére, utpote qui à WILHELMI TREMOLLII Domini *de Rochefort* gnata *Aiglantina* sanguinem ducunt. Nimirum nupta illa fuit *Petro* II *d'Aloigny Dom. de la Milandiere*, Petri I filio, gnatumque ex eo suscepit *Wilhelmum*, ad quem *Rupifortiam* dynastiam, è fratris sui unici ejusdémque improlis hæreditate perceptam, transmisit. Isto, *Wilhelmo* scilicet *d'Aloigny* Domino *de Rochefort*, & *Jacobina Courande* uxore sua nati sunt *Eustachius* ἀκμαῖος, *Aiglantina*, Alano *de Caraleu* Dom. *de la Bergerelle* a. 1436 nuptui locata, nec non *Wilhelmus* II Dom. *de Rochefort* & *de la Milandiere*. Is a. 1442 conjugio sibi sociavit *Margaritam de la Tousche*, Petri Dom. *de Nivelle* gnatam, & cum eadem genuit, *Wilhelmum, Johannem, Petrum, Jacobinam, Johannam*, & præomnibus *Franciscum* Dom. *de Rochefort* maritum *Catharinæ Guerin*, a. 1484 d. 20 Oct. ductæ, atque ex ea patrem *Aloisiæ*, Georgio *le Clere* Dom. *de Varennes* a. 1515 nuptæ, *Francisci* & *Renati*. Is affinitatem ab abavo suo cum Tremolliis initam renovavit, ducendo in matrimonium a. 1523 *Gabrielidem de la Tremoille*, Philippi Dom. *de Fontmorand* gnatam, è qua pater factus est *Petri*,

FAMILIÆ TREM

DOMINI DE LA TREMOILL

PETRUS DOMINUS DI

Wilhelmus I. Dn. de la Tremoille, vixit circa a. 1070.

Geraldus de la Tremoille vixit circa a. 107

Guido I. Dn. de la Tremoille, interfuit exped

Wilhelmus II. Dn. de la Tremoille, de Pl

Willebaldus Dn. de la Tremoille de Chasteau-Guillaume & de Lussac.

Wilhelmus de la Trem.

Theobaldus de la T moille.

Aldebertus II. Dn. de la Tremoille & de Chasteau-Guillaume.

Wilhelmus de la Tremoille.

Umbertus Dn. de la Tremoille, de Chasteau-Guillaume, Aboron & Lussac. 1205. *Mathildis Dom. de Chateau-Guillaume & de Dommone.*

Petrus de la Trem. Eques Dn. des Ormes 1215.

Aldebertus de la T moille.

Wilhelmus III. Dn. de la Tremoille. † ante a. 1240.

Aldebertus III. Eq. Dn. de la Tremoille, Lussac &c. Senescallus Marchiæ. 1. *Hermina.* 2. *Eleonora.*

N. nupta N. de Preuilly. Dom. de la Rochepozay.

Guido de la Trem, Dn. Lussac.

2. Guido II. Dn. de la Tremoille, de Chasteau-Guillaume, de Lussac, 1261.

Petrus de la Tremoille Eques.

Guido III. Dn. de Tremoille, de Chasteau-Guillaume de Lussac & de Rochefort en Berry. 1316.

Godofredus de la Tremoille Eques, Dn. du bois la Carte. *Johanna Coëc.* &

Guido IV. Eques Dn. de la Tremoille, de Chasteau-Guillaume de la Fosse S. Michel, de Pressac & de Lignac, † Oct. 1360. *Adelais Dom. de Vazois & de Fontmorand, Wilhelmi Dn. de Vouhec & Fontmorand f. & h. 1315. † m. Jun. 1*

GUIDO V. DN. DE LA TREMOILLE Vid. Tab. seq. II.

Amiel de la Tremoille Eq. DN. DE FONTMORAND. *Johanna de Poquieres.*

Blanca d Trem

Jacobus de la Tremoille,

Johannes de la Trem. Dn. de Fontmorand. *Jacobina, Andreæ d' Oradour f.*

Amiel de la Tremoille II. Dn. de Fontmorand. *Anna*

Andreas de la Tremoille, Dn. de Fontmorand. 1480.

Philippus de la Tremoille Dn. de Fontmorand, 152

Philippus de la Tremoille II. Dn. de Fontmorand. 154

Franciscus de la Tremoille, Dn. de Fontmorand,

Margarita de la Trem. Dom. de Fontmorand nup. Carolo Equiti Dn. de Chemeaux.

EMOLLIÆ TAB. I.

IOILLE ET DE FONTMORAND.

NUS DE LA TREMOILLE, vixit circa a. 1040.

ca. no. Aldebertus I. Dom. de la Tremoille, ux. *Pasquette.* Josbertus de la Trem. vixit a. 1084.

t expeditioni Godofredi Bullionæi in Palæstinam a. 1098.

le, de la langes, de Maynac & de Lussac. ux. *Melisenda.*

de la Te- Hugo de la Trem. Eques, Dn. de Martrueil. ux. *Margarita.* Umbertus de la Trem. Petrus de la Trem.

Johannes de la Trem. Dn. de Martrueil & de Champtrimouille.

de la Te- Amiel de la Trem. 1205. Godofredus de la Trem. Theobaldus de Trem. occ. in prælio ad Massoram in Ægypto a. 1249.

Dn. *N. nupta* N. Dynastæ d' Azay. Willebaldus de la Trem. Dn. de Chasteauvieil. *Fera, Elie, Dn. de Razez. fil.* Amiel de la Trem. Dn. de Telleis, † ante a. 1257. Imbertus de la Trem. occ. cum patre & duobus fratribus anonymis in pugna Massorana a. 1249.

es. *N. nup.* Guidoni de Pocquieres Equiti. Wilhelmus de la Trem. † ante a. 1268. *Agatha, nup.* Wilhelmo de Lezay Dn. de Angle.

Adelheidis de la Tremoille.

du boe

ac, 1. Wilhelmus de la Tremoille I, Dn. de Rochefort. Desideria de la Tremoille.

Wilhelmus de la Trem. II. Dn. de Rochefort, † ante. *Aiglantina Dom. de Rochefort, hæres fratris, nup.* Petro d'Aloigny Dn. de la Milandiere.

, Ludovicus de la Trem. *Episc. Tournacensis* † 5. Octobr. 1410. *Persona, nup.* 1. Johanni de Brillac Dn. de Mons, 2. Hyblæo de la Roche Dn. de Rochebernat 1411.

Mortemar.

43

15 *Margarita de Salignac.*

d. 1. *Gabrielis de la Tremoille, nup.* Renato d'Aloigny, Dn. de Rochefort.

an ante a. 1586.

olet *Aloisia de Tremoille Dom. de Chatelet & de Chassingrimont uxor* Wilhelmi d'Aubusson Equitis.

Ludovici, Margaritæ & *Franciscæ*. Ex his *Petrus* stirpem suam propagavit, generando è *Margarita de Salignac*, Francisci Dom. *de la Roche-Beluſſon* gnata a. 1548 d. 27 Jan. ducta, *Antonium Dom. de Rochefort & de Vaux*. Huic a. 1582 d. 30 Jun. uxor obtigit *Lucretia de Perion*, Antonii Dom. *de la Grange* filia, mater ex ipso facta *Ludovici Marchionis de Rochefort & de Craon*, mariti *Mariæ Habert*, Johannis Dom. *de Montmor* filiæ, & genitoris in sequiore sexu *Mariæ* nuptæ primò Johanni *de Pontevez*, Com. *de Carces*, posteà Jacobo *le Coigneux* M. *de Montmeliard*, Parlamenti Parisiensis Præsidi, *Annæ Angelicæ*, Alphonso *de Brichanteau* M. *de Nangis* elocatæ, & dudum viduæ *Margaritæ* & *Carolæ* monialium; porrò, in potiore sexu, *Ludovici* anno ætatis XX vivis exempti, *Henrici Ludovici, Hannibalis* intra juventutis annos mortui, *Antonii*, quem *Abbatem de Rochefort* vocant, & *Petri*. Ex his *Henricus Ludovicus Marchio de Rochefort* celebri fuit hominum fama & multo nomine, meruitque bellica virtute, ut postquam a. 1669 munus præfecti custodum corporis regii acquisiviſſet, ad dignitatem *Mareſcalli Franciæ* a. 1675 proveheretur, præfectura Lotharingiæ augeretur, sed sequentis statim anni d. 23 Maji è numero viventium exturbatus est, relicta è *Magdalena*, Ægydii M. *de Laval* filia, uxore sua a. 1662 ducta, duplici diversi sexus prole, videlicet *Maria* quæ a. 1676, ætatis suæ 13, Marchioni *de Nangis*, amitino suo, nuptui locata fuit, & *Ludovico Petro March. de Rochefort*, superstite.

AD

AD TAB. II.

GUIDONI VI Dn. de la Trémoille FORTIS cognomentum virtus bellica peperit, quam inprimis Regibus suis Carolo V & VI in bellis adversus Anglos Flandrósque probavit, adeò ut dignus à posteriore haberetur, qui *Auriflammam*, Palladium regni Gallici, gestaret. Delatum ipsi posteà ab eodem est munus *Comestabilis*, quod tamen modestè renuit. Eam verò egregiis factis suis claritudinem apud exteros etiam sibi paravit, ut à Pontifice Clemente VII, à Duce Mediolanensi Joh. Galeacio, necnon à Comite Sabaudiæ Amadeo, pensionibus annuis augeretur, à Duce verò Burgundiæ ditionibus quibusdam, inprimis dominio *Jonvellaneo*, donaretur. Ludovici II Ducis Borbonii expeditioni in Africam interfuit, postea Johanni etiam Burgundo in Hungariam pro Sigismundo Imperatore adversus Turcas cum armata manu proficiscenti comitem se præbuit, & in fatali illa ad *Nicopolin* pugna, qua frater ejus WILHELMUS *Ussonii Dominus* una cum filio PHILIPPO cecidit, cum ipso Burgundo à Barbaris captus fuit, à quibus dimissus, ut lytrum pro Burgundo reliquisque captivis conflaret, in itinere *Rhodi* morbo correptus obiit. Uxorem nactus est opulentam & multarum ditionum hæredem, *Ludovici Dynastæ de Sully & Isabellæ de Craon* filiam unicam, quæ variis nuptiis *Carolo Albretano* in manum convenit: cui illa multas ditiones per Burgundiam, Pictaviam, Andegavensem, Bituricensem, Lemovicensem & Borbonicam provinciam dispersas, nec non jus in Comitatum *Guines* obtinuit. *Sammarth.*

GEORGIUM *Tremollii Dynastam* Reges Carolus VI & VII summo in pretio habuerunt, ille *suprèmum regni Camerarium* a. 1413 creavit, hic ad intimam familiaritatem & principalium onerum adjutorium admisit. Cum verò unus omnium maximè autoritate polleret, incidit in invidiam aulicorum, unde multi ad eum opprimendum consenserunt; hi publicorum malorum & lentorum adversus Anglos progressuum culpam in illum relegantes, postquam Regis studium nonnihil ab ipso alienarunt, audaciores facti, noctu in cubiculum ejus, *Chinone* intra Regis ædes hospitantis, irrupere, & gladio in ventrem adacto, è lecto rapuere nudum & saucium, & *Montresorii* sua in arce in custodiam tradidere, nec nisi datis sex nummorum millibus dimisere. Rex cognito tam audaci facto accensus quidem indignatione, & *Tremollium* reposcens diras reis minatus est, sed reginæ itidem *Tremollio* invidentis blanditiis lenitus, illo obliterato Carolum Andinum C. Cænomanorum in locum ejus adscivit. Id.

LUDOVICUS I *Tremollii Dominus* amplis ditionibus auctus est per matrimonium cum *Margarita Amboisia*; hæc enim postquam à parente suo dotis loco Principatum *Talmont* cum dominiis *Bertie, les Olonnes, Curson, Chasteaugantier, la Chaume, les Sables & Morans* accepisset, deinceps per testamenta Franciscæ Ducissæ Britanniæ & Johannæ C. *de Tancarville* sororum suarum universam illius hæreditatem crevit, atque a. eò etiam Vicecomitatum *Thoarsii*, Comitatum *Benon*, dynastias *Mauleon, Montrichard*, insulas *de Ré* aliasque in manci familiam invulsit. Id.

GEORGIUS *Tremollius* B. de CRAON simili ac parens eius fato laboravit: postquam enim fortibus factis & fidelibus officiis Regis Ludovici XI gratiam sibi conciliasset, & honoribus opibusque ab ipso cumulatus esset, tandem read *Dolam* adversus Burgundos a. 1477 improsperè gesta favore illius excidit. Id

LUDOVICUS *Tremollii Dynasta* omnes sui ævi belli gloria antecelluit, quatuor Reges magna nominis sui fama emensus: sub Ludovico XI militiam didicit, à Carolo VIII dignus statim habitus

FAMILIÆ TRE

DYNASTÆ DE LA TREMOILLE, VICECOMITES
DE JOIGNY, DO

GUIDO V. DN. DE LA TREMOILLE, de Vazois
la Tremoille F. † m. Aug. 1350. *Radegundis Co*

Guido VI. Dn. de la Tremoille, cogn. Fortis † 1398. *Maria Domina de Sully & Craon, Caroli Bituricensis, C. Montpenserii vidua 1382.*

Wilhelmus de la Trem. Eq. DN.d' USSON
ad Nicopolin 1396. *Maria de Mello, Do*

Philippus de la Trem. Dns de Monta
rcal. occ. in pr. ad Nicopolin 1396.
ux. Eleonora Enadons Dn. de Calant
fil.

Wilhelmus de la Tr. II. Dn. d'Uss
ſon, † 1454.

Margarita, nup. Renaldo VI Dn. de
Pons, C. de Blaye.

Maria, uxor Ludovici de Chalon II.
C. d' Auxerre.

Iſabella, nup. 1. Petro de Tourzel Dn.
d' Alegre 1429. 2. Carolo Dn. de
la Riviere C. de Dammartin, 3.
Wilhelmo Dn. de Chateauvil-
lain.

Johannes de la Trem. Dn. de Jor-
velle, Præfectus aulæ & cubiculi
Johannis & Philippi Ducum Bur-
gund. Eq. A. V. *ux. Jacobina d'*
Amboiſe, Ingergeri ILDn de Roche-
corbon f.

Guido de la Tremoille.

Georgius Dn. de la Tremoille, C. de
Guines, B. de Sully de Craon &c.
Supr. Franciæ Camerarius, † 6.
Maii 1446. 1. *Johanna, Johan-*
nis C. Arverniæ & Bolon. f. & her.
Johannis de Fr. D. de Berry vid.
1416. 2. Catharina Dom. de L'Is-
leJourdain, Petri Dn. de Giac vid.
1451. † 1. Jul. 1474.

Guido de la Tremoille † ante pa-
trem 1390.

Johannes, *baſtardus* de
la Tremoille dictus
de l' Ibergement †
1490. *Dionisia Joſſe-*
laume.

Jacobus *baſtardus* de la
Tremoille Dn. de S.
Civran. 1. *Johanna*
Tourſelan, 2. Ludovica
de Fontaines.

Margarita nobilis, nupta
Johanni de Salazar
Dn. de S. Juſt. 1441. †
1457.

Aloiſia, Dom. de Bomieres
nup. Bertrando VI.
Dn. de la Tour, C.
Bolon. & Art. 1444.
† 1474.

Georgius de la Trem. B.
de Craon, Equ. Ord.
Reg. C. de Ligny †
ante 1481. *Maria, Jo-*
hannis B. de Montaer-
baut, & Jh. Ludovici de
Rohan, Dn. de Guiene-
uil. vid. 1464.

Ludovicus Dn. de la
Tremoille, C. de Gui-
nes & Benon Vicec.
de Thouars, Pr. de
Talmont, n. 1431. †
1483. *Margarita d'*
Amboiſe, Ludovici
Vicec. de Thouars f. 22.
Aug. 1446.

Ludovicus II. Dn. de la Trem. Vicec. de Thouars, Pr. de Talmont, Eq. O. R. n. 20. Sept. 1460. occ. in pr. Ticin. 24. Februar. 1525. *1. Gabrielis de Bourb. Ludovici C. Montpenſ. f. 9. Jul. 1455. 2. Aloiſia Borgia, Cæſaris D. Urbini & Valentin. f. 7. Apr. 1517.*

Johannes de la Trem. *Archiep. Auſc. 1490, Epiſc. Pict. 1505, R. E. Cardin.* cr. 1506. 4. Jan. † Jun. 1507.

Jacobus de la Trem. Dn. de Mauleon. *Avoya de Chabanes, Joh. C. de Dammartin f.*

Georgius de la Tr. Dn. de Jonvelle. *Magdalena d'Azay.*

Anna, nup. 1. Ludovico d'
Anjou B. de Mezieres 1464.
2. Wilhelmo de Rochefort
Dn. de Plevant, Cancel.
Fr. 3. Jacobo de Roche-
chouart Dn. de Charrou
1494.

Carolus de la Trem. Pr. de Talmont & de Mortagne, occ. in pr. ad Marignanum 13. Sept. 1515. *Aloiſia de Coëtivy C. de Taillebourg, B. de Royan, Pr. de Mortagne, Caroli C. de Taillebourg fil. unica 7. Febr. 1501, † 1553.*

Jacobina Domina de Jonvelle & Chateaurenard, nup.
Claudio Gouffier, C. de Caravas, primo Duci d
Rouannois 13. Jan. 1526. † 1548.

FRANCISCUS DN. DE LA TREMOILLE, VICECOMES DE THOUARS &c.
Vid. Tab. ſeq. III.

MOLLIÆ TAB. II.

DE THOUARS, PRINCIPES DE TALMONT, COMITES DOMINI DE DOURS.

& Luſſac. Magnus Franciæ Dapifer, Guidonis IV. Dn. de
Guenaud Wilhelmi Dn. des Bordes f.

& d' Eſpoiſe Mareſcallus Burgundiæ, occ. in pr. Petrus de la Trem. BARO DE DOURS. *Johanna de Longuillers, B. d'Engoutſen.*
Dom. d'Uſſon, Guidonis Dn. d' Eſpoiſſe. f.

Jacobina, nup. 1. Andreæ de Toulongeon, 2. Johanni Lucemburgio baſtardo de S. Paul.

Agnes, uxor Philiberti de Jaucourt, Eq. Dn. de Villarnoul.

Margarita, nup. Johanni de Hornes, Dn. de Baucignies & Houtcquesque.

Guido de la Trem. † improlis.

Lancelotus de la Trem. Dn. de Hurbeſſen, † ...

Johannes de la Tr. B. de Dours & d' Engoutſen. 1. *Renalda de Melo, Ludovici Dn. de Pariſy f.* 2. *Johanna, f. Johannis V. C. de Gregy.*

Bona, nupta Matthæo de Longuy Dn. de Givry, † 1434.

Margarita, uxor Davidis Dn. & B. d' Auxy, 1391.

Johanna, nup. Johanni de Rochefort, Dn. de Chatillon.

Johannes de la Tr. occ. pugnans pro Burgundo adverſus Leodienſes ad Tungr. 13. Sept. 1408.

Guido de la Trem. C. de JOIGNY, B. de Bourbon-Lanceys, Dn. d' Uſſon. *Margarita de Nogeris, Cde Joigny.* 1409.

Philippus de la Trem. Dn. de Mont...

Johannes de la Trem. II. B. de Dours &c. *Margarita, Wilhelmi Dn. de Conteyſ.*

Aliſia uxor Johannis de S. Seveña C. de Converſan.

Johanna, nup. Johanni de Rouvroy, Dn. de S. Simon.

Margarita, nup. 1. Philippo du Bos-Hennequin, 2. Jacobo de Crevecœur, Dn. de Thois.

Johanna, uxor Joſiæ de Hallewin, Dn. de Piennes.

Claudia, nup. Carolo de Vergy, Dn. d'Autrey 15. Jan. 1434. † 4. Auguſt. 1438.

Johanna, ux. Johannis de Chalon. B. de Vitteaux † 1454.

Ludovicus de la Trem. C. de Joigny † ... 1467.

Antonia, ux. Caroli de Huſſon, C. de Tonnerre, 8. Jul. 1473.

Catharina Abbat. de Ronceray.

Johannes *nothus*, è *Johanna de la Rüe* natus

Renatus de la Trem. Dn. de l' Ebergement. *Franciſca de S. Flaive.*

Johannes de la Tr. † ... 1530.

Maria, ux. Innocentii Goulard, Dn. de Boisbelle.

Margarita Domina de Dours, nup Antonio Dn. de Crevecœur.

Claudia, uxor Ludovici Guineuf Equitis.

Maria, nup. Johanni Hebert dicto d' Oſſenvilliers, B. de Courcy 1516.

habitus est, qui exercitum adversus Britanniæ Ducem à se conscriptum summo cum imperio regeret; eam expeditionem egregia ad *Fanum Albini* victoria nobilitavit, & Ludovicum Aureliani Ducem, qui Britanno sese adjunxerat, posteàque Rex Galliæ factus est, cepit; ab eo tamen ad regnum evecto nihilo minoris dignationis habitus & copiis in Italiam ab ipso missis præfectus fuit; regerente Rege objectantibus, quod hominem male olim de se meritum extolleret, Regem Galliæ non exsequi injurias Ducis Aurelianensis. In isto verò bello nec non sequentibus quæ in Italia gessit *Tremollius* Ducatum Mediolanensem cum ipso Principe Ludovico Sforcia ejusque fratre Cardinale Ascanio sub Gallorum potestatem redegit, Genuenses ad obsequium Regis reduxit, Venetos ad *Addam* profligavit, capto eorum Duce *Alviano*, cladem verò quam postea ab Helvetiis apud *Novaram* accepit, biennio post regnante Francisco I Ludovici XII successore, insigni ad *Marignanum* victoria, cujus ipse præcipua pars erat, pensavit. Exinde Picardiam adversus Cæsaris Anglorumque invasiones, Regetum in Italia agente, defendendo, prioribus meritis suis novum adjecit cumulum, tandemque in famoso illo ad *Ticinum* prælio duobus globulis per caput & cor trajectus fortem spiritum reddidit. Id.

CAROLUS *Princeps Talmonti* simulac per ætatem belli patiens fuit, castra paterna secutus est, ibidémque militiæ tyrocinium fecit, & multa in bellis Genuensi & Neapolitano fortitudinis documenta edidit, sed in atroci illo ad *Marignanum* contra Helvetios prælio interemptus spes ingentes de se præbitas præmatura morte finivit. Id.

AD

AD TAB. III.

FRANCISCUS *Tremollii Dynasta*, in *Ticinensi* prælio prima militiæ rudimenta edidit, & cæso avo suo captus ab Hispanis, nec nisi lytro IX mille scutatorum soluto dimissus fuit; posteà tamen *Lautreccio* etiam, cum is Pontifici à Cæsareis in castro Angelico obsesso auxilio iret, comitem se præbuit; exinde præfectura *Pictavia, Santonia & Rupellensis* districtus à Rege *Francisco* auctus est, vitam verò in flore ætatis finivit, Principis eximiarum virtutum, pii, fidelis & benigni elogium meritus. Uxor ejus *Anna Lavalla* matrem habuit *Carolam Arragoniam, Friderici Exregis Neapolit.* gnatam & *Ferdinandi Calabriæ Ducis*, qui in custodia Hispanica decessit, sororem ac hæredem; ab ea *prætensio* Tremolliorum in *regnum Neapolitanum* defluxit, ob quam illi non solùm *dignitatem* regni istius scuto suo inseruére, atque etiam nunc servant, verùm etiam cum *Monasterii*, iterúmque paucis abhinc annis *Neomagi* major Magnatum Europæorum pars pacis causâ convenissent, juris vel prætensionis suæ rationes scriptis exhibuerunt.

LUDOVICUS III *Tremollius* vir acer & egregiæ militaris famæ carpitur apud *Thuanum* (*Hist. Lib. 63*) quod post transactionem in *Bellioci* cœnobio juxta *Lochias* in *Turonibus* accitante Regina matre Catharina Medicæa a. 1576 sancitam, edictumque de libera religionis reformatæ per regnum professione ac usu conditum, novo & clandestino Catholicorum contra Protestantes fœderi à Lotharingis persuasus, nomen dederit, compluribusque è Pictonica nobilitate, cujus ille facilè Princeps erat, idem faciendi autor fuerit. Verùm paucis mensibus huic rei supervixit, sequenti enim anno dum præpositus Regiis copiis in obsidione *Melle* in Pictonibus occupatus est, attrito ex longis arthritidis doloribus corpore decessit. In ejus gratiam Rex *Carolus* IX Vicecomitatum *Thoarsii* a. 1563 in *Ducatum* evexerat.

CLAUDII *Tremollii* rerúmque ab ipso gestarum mentio haud infrequens in Historia *Thuani* occurrit, præcipue in Lib. 123 & 132; priore loco ita præstantissimus scriptor fatur: *Paulo ante VII Eid. Xbres a. 1599 Claudius Tremollius familiæ perillustris & longè maximis adfinitatibus toto regno subnixæ princeps, cujus parens Ludovicus olim à Carolo IX Rege Thoarsii Dux creatus fuerat, Paris Franciæ sacramentum in senatu dixit: inter decora gentis recensita Ludovici Tremollii, qui Gabrielidem Borboniam in uxorem duxerat, felix ad Albini fanum in Armorica Caroli VIII auspiciis commissa pugna, & in Papiensi clade morte gloriosa. Caroli item ejus filii Talmondi principis in Mariniana victoria, cujus ille pars magna fuerat, deploranda mors: ipsius Claudii egregia merita, qui ad latus Regis toties fortiter pugnans, ac Cutracensi, & ultima Evriaca pugna præcipuè tanto honore dignus judicatus est.* Posteriore loco verba ficse habent: *Mense Octobri a. 1604 Claudius Tremollius Thoarsii Dux & amplissimarum in Aquitania & Biturigibus ac Turonibus possessionum Dominus fatis concessit, cum vix XXXVIII annum excessisset, arthritidis doloribus jam in illa ætate emaciatus ac plane confectus, vir ingentis animi, nec minore ingenio & in consiliis solertia ac constantia præditus, qui Carlotam Brabantiuam Nassoviam in matrimonio habebat, Elisabethæ Bullionii conjugis sororem, eoque Regi suspectus, quod præterquam quod jam arcta cognatione conjunctus esset, propter adfinitatem illam arctiore consiliorum consensione cum Bullionio jungi crederetur, adhæc dicax & in loquendo liberior, nec deerant, qui dicta ab eo sequius interpretarentur, & ad Regem malignè deferrent, qui magnas se per ejus mortem anxietate liberatum gavisus est: nam princeps alioqui à fundendo sanguine alienus & post Beroni supplicium omnem severitatem exosus, cum tamen contumelias ab homine invisо illatas negligere non posset, ægrè sibi ultionis necessitatem impositam dolebat, creditumque est à multis fato gentis illustrissimæ contigisse, ut ipse præmaturè è vivis excederet, ne, qui in tantam Regis indignationem seu veris seu falsis delationibus incideret, in manus ejus incideret & indigno suorum gloriæ exitu decus avitum obscuraret; odium, quod adversus Tremollium Rex*

FAMILIÆ TREM

DYNASTÆ DE LA TREMOILLE, DUCES D

FRANCISCUS, Caroli Pr. de Talmont F. DYNASTA
Pr. de Talmont, C. de Guines, Benon & Taillebo
Jan. 1541, æt. 39, *Anna, Vidi XIV. C. de Laval &*

Ludovicus III. Dn. de la Trem. primus DUX DE THOUARS, Pr. de Talmont &c. n. 1521. † 25. Mart. 1577. *Johanna, Anna D. Montmoranc. f. 29. Jun. 1549.*

Franciscus de la Tr. C. de Benon, B. de Montagu, † 1555. *Francisca du Bouchet Caroli Dn. de Puygreffier f. Andreæ de Foix, Dn. d' Esparre vid.*

Carolus de la Tr. B. de Mauleon, *Protonotarius S. Sedis, Abbas de S. Laon.*

GEORGIUS de la Trem. B. d ROYAN. Vid. Tab. seq IV. Lit. A.

Annas de la Trem. Pr. de Talmont † in juvent.

Ludovicus de la Tr. C. de Benon † in infant.

Claudius Dn. de la Tremoille, Dux de Thouars PAR GALLIÆ, Pr. de Talmont, C. de Guines, Benon & Taillebourg, &c. n. 1566. † 25. Oct. 1604. *Caroli Brabantina Nassovia, Wilhelmi Pr. Arauss. 1598, † m. Aug. 1631.*

Henricus Dn. de la Tremoille Dux de Thouars, Par Galliæ, Pr. de Talmont, Comes de Laval, Eq. Ord. Reg. cr. 1633, n. 1598, † 21. Jan. 1674. *Maria de la Tour, Henrici D. Bullion. f. 1619, † 24. Maji 1665.*

Fridericus de la Trem. C. de Laval & Benon, † m. Febr. 1642, Venetiis è vulnere in duello adversus Dominum de Coudray-Monpensier accepto.

Henricus Carolus de la Tremoille, Pr. de Tarente, Equ. Ord. Periscel. n. 1620, † 14. Sept. 1672. *Æmylia, Wilhelmi Landgr. Hassiæ f. 1. Maji 1648.*

Ludovicus Mauritius de la Trem. C. de Laval, *Abbas de Charroux & Talmont*, † 25. Jan. 1681, æt. 55.

Carolus Belgicus Hollandus Dn. de la Tremoille, Dux de Thouars, Par Galliæ, Pr. de Talmont, C. de Laval, Montfort, Guines, Benon &c. *Magdalena, Caroli D. de Crequy fil. unica 3. Apr. 1675.*

Fridericus Wilhelmus de la Trem. Pr. de Talmont, *Abbas de Charroux & Talmont* post patruum, C. non. *Argentin.* 1684.

. . . . . .

Domicella de la Tremoille, n. a. 1677.

OLLIÆ TAB. III.

DE THOUARS, COMITES DE LAVAL.

A DE LA TREMOILLE, VICECOMES DE THOUARS,
urg, B. de Royan, Eques Ord. Reg. cr. 29. Sept. 1527, † 5.
Montfort f. 23. Febr. 1521, † circa a. 1554.

de de eq.	CLAUDIUS de la Trem. B. de NOIRMONSTIER Vid. Tab. seq. Lit. B.	Guido † juv.	Annas † juv.	*Aloisia, nup.* Philippo de Levy Dn. de Mirepoix 1538.	*Jacobina, ux.* Ludovici du Bueil, C. Sanserræ 1559. † 1599.	*Carola, monialis.*	*Carola, notha, nup.* Carolo Rouhaud Dn. de Landreau.	
R. & æ- g.	*Aloisia, de la Tr. † in juvent.*	*Carola Catharina, nup* Henrico Borb. l. Pr. Condæo 16. Mart. 1586. † 28. Jul. 1629.		Franciscus de la Trem. *nothus*, B. de Bournezeaux, N. *de Cugnac, Ludovici C. d' Imonville f.*				
r. o-	*Elisabetha † in juv.*	*Carola, nup.* Jacobo Stanley, Mart. 1664.	C. Darby, Anglo, † 31.			Annibal de la Trem. *nothus*, Dn. de Marcilly.		
a	*Elisabetha, n. 18. Jul. 1628. † m. Mart. 1640.*	Arnoldus Carolus de la Trem. C. de Montfort, n. 15. Jun. 1635. † 13. Nov. 1643.		*Maria, nup.* Bernardo D. Saxo-Jenensi 1662, † 24. Aug. 1682.				
e, a-	*Carola Æmilia n. 1652. nup.* Antonio Com. Altenburgico 19. Maji 1680.			*Maria Sylvia Brabantina, nata . . Jul. 1666.*				

implacabile gerebat, in causſa fuiſſe creditur, ut ſumma Pictonum præfectura, quam Johannes Surchius Malicornеus diu tenuerat, vir priſci moris, & Regi ſummè fidus, quod in ea Tremollius plurimum poſſe crederetur, quo ejus potentia in illis locis frangeretur, grandi pecunia redempta in Maximilianum Bethunium Roniі Marchionem translata ſit, qui Tremollii in provincia ſuſpecta conatus impediret: quo & ſtatim profectus eſt, & Rupellæ perhonorificè exceptus, inde rediens Regis animum de motibus novis anxium magna ſollicitudine liberavit.

HENRICUS *Tremollius* Vido XXI. Lavallo in bello Vngarico a. 1605 extincto in bonis Lavalleis ſuccеſſit, titulumque *Comitis de Laval* in familiam ſuam intulit. Virtutis bellicæ multa præclara documenta edidit, ſtrenuamque operam navavit Regi Ludovico XIII in obſidione *Rupellana*, in conflictu ad *Suſam*, in expugnatione *Carignani*, denique apud *Corbeiam*, quò quater mille milites, ſuis impenſis conſcriptos, adduxit. Reformatam religionem in caſtris ad Rupellas a. 1628 abnegavit, & ad Romanam tranſiit. Ætatem ad ſenectam usque produxit, majoresque ſuos longævitate ſuperavit.

FRIDERICO C. de LAVAL aliquot liberi ex illegitimo cum *Anna Orpe*, Angla, & N. *de Mouſſy* Veneta fœmina toro nati ſunt, quos inter à *Sammarthano* memoratur *Henricus Stephanus Tremollius*, qui cum legitimi filii loco haberi vellet, à Suprema curia Pariſiana per ſententiam d. 23 Mart. 1647 latam pro *notho* declaratus eſt.

HENRICUS CAROLUS *Pr. Tarentinus* potiorem vitæ ſuæ partem extra Galliam peregit; namque aliquandiu ſub ſignis Landgrav. Haſſiæ militavit, poſteà fœderatis Belgis operam ſuam addixit, à quibus a. 1665 præfectura *Silvæ Ducis*, & ſequenti anno axiomate *Generalis equeſtris militiæ* auctus fuit. A. 1670 in Galliam reverſus religioni reformatæ, quam hucusque coluerat, nuncium remiſit, & Romanam d. 3 Sept. *Julomagi Andegavorum* ſolemni cerimonia profeſſus eſt; eadem veſtigia non ita multo poſt filii ejus ingreſſi ſunt. Obiit ille *Thoarſii* è febri tertiana continua, patre ſuo ſuperſtite.


CAROLUS BELGICUS HOLLANDUS DN. DE LA TREM. D. DE THOUARS.
Henricus Carolus de la Tr. Pr. de Tarente.
Ædmylia de Hassia.
Henricus de la Tr. Dux de Thouars.
Maria de la Tour.
Claudius de la Trem. Dux de Thouars.
Carola Brabantina de Nassau.
Henricus de la Tour, Dux de Bouillon
Elisabetha de Nassau.
Wilhelmus Landgr Hassiæ.
Amalia Elisabetha de Hanau.
Mauritio Landgrav. Hassiæ.
Agnes de Solms.
Philippus Ludovicus C. Hanoviæ.
Catharina Belgica de Nassau.
Ludovicus de la Trem. Dux de Thouars.
Johanna, de Montmorancy.
Wilhemus de Nassau Pr. Arausion.
Carola de Bourbon.
Franciscus de la Tour, Vic. de Turenne.
Eleonora de Montmorancy.
Wilhelmus Nass. Pr. Arausion.
Carola de Bourbon.
Wilhelmus Landgr. Hassiæ.
Sabina de Wirtemberg.
Joh. Georgius C. Solmæ.
Margarita de Schönburg
Philippus Ludovicus C. Hanoviæ.
Lucia Magdalena de Waldeck.
Wilhelmus Nass. Pr. Arausion.
Carola de Bourbon.
Franciscus de la Tremoille Vic. de Thouars.
Anna de Laval.
Annas Dux de Montmorency.
Magdalena de Sabaudia.
Wilhelmus Sen. C. Nassoviæ.
Juliana, Botonis C. Stolbergæ f.
Ludovicus de Bourbon Pr. de Montpens.
Jacoba de Longuy.
Franciscus de la Tour Vicec. de Turenne.
Anna de la Tour.
Annas Dux de Montmorency.
Magdalena de Sabaudia.
Wilhelmus Sen C. Nass.
Juliana de Stolberg.
Ludovicus Borbon. D. Montpens.
Jacoba de Longuy.
Philippus Landgravius Hassiæ.
Christina, Georgii D. Saxoniæ f.
Christophorus Dux Wirtemberg.
Anna, Georgii Pii M. Brandenb. fil.
Fridericus Magnus C. Solmæ.
Agnes, Johannis C. de Wied fil.
Georgius Dn. de Schönburg.
Dorothea Ruthena de Plauen.
Philippus C. Hanov.
Helena, Johannis C. Palat. Simmer. fil.
Samuel C. Waldeccіæ.
Anna Maria, Henrici C. de Schwvarzburg f.
Wilhelmus Sen. Com. Nass.
Juliana de Stolberg.
Ludovicus Borbon. D. Montpens.
Jacoba de Longuy.

FAMILIÆ TREM

MARCHIONES DE ROYAN, COMITES DES OLONNES.

A.

GEORGIUS DE LA TREMOILLE, Francisci Dynastæ de la Tremoille F.B.DE ROYAN, des Olonnes, d'Aspremont, Pleslo, Boussac & Gencay, Eq. Ord, Reg. Magnus Senescallus Pictaviæ, † m. Dec. 1584. *Magdalena de Luxembourg, Francisci Vicecom. de Martigues f.* 13. Nov. 1563.

Gilbertus de la Trem. M. de Royan, C. des Olonnes, Eq. Ord. Reg. † 25. Jul. 1603.
Anna Huraut, Philippi C. de Cheverny f. 12. Sept. 1592.

Philippus de la Trem. M. de Royan, n. 1596. † *1. Magdalena Champrond, Michaëlis Dn. de Hancher f. unica, 1622. † 1644. 2. Judith, Ambrosii Martin, Advocati, f. 1647. 11. Jun.*	Gilbertus de la Trem. *Abbas de Chambon*, † 1619, æt. 20.	Georgius de la Tremoille *Eq. Melit.* † 1623, æt. 22.	*Catharina Abbat. ad S. Crucem Pictavii 1640.* †	*Maria Margarita Abbat. duæ [illegible] 1682, postea de Jouarre 163[illegible]*	
Ludovicus de la Tr. C. des Olonnes, n. 1626. † 5. Febr. 1686. *Catharina Henrica d'Angennes, Caroli Dn. de la Loupe f. 1652.*	Cæsar de la Tremoille, *Jesuita.*	Paulus Augustinus de la Tr. n. 1635. *Abbas.*	Franciscus de la Tr. M. de Royan, natus 1637. *Tolanda Julia de la Tr. Ludovici M. de Noirmoustier f. 1680.*	*Catharina Maria, monialis* †	*Magdalena, Abbat. du Pont aux Dames.* † *1679.*	*Calliope Abbat. du Pont aux Dames post sororem.*

IOLLIÆ TAB. IV.

DUCES DE NOIRMONSTIER ET MONTMIRAIL.

B.

CLAUDIUS DE LA TREMOILLE, Franciſci Dynaſtæ de la Tremoille F. B. DE NOIRMONSTIER & de Mornac, Dn de Chateauneuf, Eq. Ord. Reg. †1566, æt. 22. *Antonia de la Tour-Landry, Dom. de S. Mars de la Jaille, Johannis C. de Chateauroux f. Renati le Porc de la Porte, B. de Vezins vid. 23. Febr. 1557.*

Franciſcus de la Trem. M. de Noirmonſtier, † m. Febr. 1608. *Carola de Beaune, Dom. de la Ferté Milon, Jacobi B. de Samblancé f. Simonis Fizes, B. de Sauve vid. 18. Oct. 1584. † 30. Sept. 1617.*

Ludovicus de la Trem. M. de Noirmonſtier, † 4. Sept. 1613, æt. 27. *Lucretia Boubier, Vincentii B. du Pleſſis f. 13. Mart. 1610.*

Ludovicus de la Tremoille II. Dux de Noirmonſtier, n. 25. Dec. 1612, † 12. Octobr. 1666. *Renata Julia, Johannis Aubery f. unica m. Nov. 1640. † 20. Mart. 1679.*

Franciſcus de la Tremoille *poſthumus*, B. de Chauteauneuf, † juvenis.

Robertus. †

Carola.

Henricus, cæcus, M. de Noirmontier.

Aloiſia Angelica, uxor Antonii Lanti Pr. de Bel. mar, Romani 1682.

Johantha Julia, nup. Franciſco agnato M. de Rogan.

Antonius Franciſcus M. de Noirmontier. †

Anna Maria, nup. 1. Adriano Blaſio Taleyrand Pr. de Chalais, 2. Flavio Urſino, D. Bracciani 1675.

Ludovicus Alexander, n. 1642. occ. in Luſitan. 1667.

AD TAB. IV.

A.

GEORGIO *Tremollio* in divisione paternarum ditionum obtigere dynastiæ *Royan* ad *Girondam*, *Olonnes*, *Gencay* in Pictavia, *Saugeon*, *Quergolay* & *Las* in Britannia & *Fanum Augusti* in Biturigibus. A Rege Carolo IX ob operam adversus Protestantes sibi præstitam præfectura castri *Pictonum* & munere *Magni Senescalli* ornatus est.

GILBERTUS Regi Henrico IV fideliter inserviendo, multaque in Pictavia loca ad obsequium ejus perdueendo meruit, uta. 1595. *Ordine S. Spiritus* decoraretur, & Baronatus *Royan* in *Marchionatum*, *Olonnes* verò in *Comitatum* eveheretur.

PHILIPPUS M. *de Royan* Regi Ludovico XIII. adversus Rupellenses operam suam commodavit, & aliquot naves armatas propriis sumptibus comparatas illi adduxit. Posteà orto cum Hispanis bello Nobilium Pictonum cohortem in Picardia ductavit, fortémque virum assiduè se præbuit.

B.

CLAUDIUS *Tremollius* in partitione ditionum paternarum sortitus est Baronatus *Noirmonstier*, *& Mornac*, nec non dominia *Rochediré*, *Chateauneuf* ad *Sartam* & *S. Germain*. Vivendi finem præmaturè ille fecit, haud tamen inglorius militiæ & torque *Ordinis Regii* in juvenili ætate insignis.

FRANCISCUS *Tremollius* strenua insulæ suæ *Noirmonstier* pro Rege Henrico III defensione meruit, ut isilli a. 1584. *Marchionatus* axioma conferret; id posteà Rex Ludovicus XIV in gratiam LUDOVICI benè de se parreque suo in militia meriti in *Ducale* convertit anno nimirum 1650, septennio verò post idem axioma cum *Pariatus* dignitate in Baronatum *Montmirail* transtulit.

EXCELLENTIUM
IN
GALLIIS FAMILIARUM
CLASSIS SECUNDA
QUA
STEMMATA
DUCUM AC PARIUM FRANCIÆ
RECENSENTUR.

FAMILIARUM

CLASSIS SECVNDÆ

NOMENCLATIO GALLICA

&

TABULARUM, QUAS SINGULÆ IMPLENT; NUMERUS.

FOIX	TAB. IV	*ALBRET*	TAB. II
MONTMORENCT	X	*CRVSSOL*	I
JOTEVSE	II	*NOGARET LA VALLETTE*	I
GONDT	I	*LEVIS*	II
HALLVVIN	I	*GONTAVT DE BIRON*	I
BETHVNE	IV	*ALBERT*	I
BONNE	I	*CREQVT*	III
SAINT-LART	I	*COSSE*	I
RICHELIEV	I	*LA ROCHEFOVCAVD*	VII
SAINT-SIMON	I	*CAVMONT LA FORCE*	I
ESTREES	I	*GRAMMONT*	I
LA PORTE-MAZARIN	I	*NEVFVILLE-VILLEROT*	I
ROCHECHOVART	VI	*BEAVVILLIERS*	I
PLESSETS-LIENCOVRT	I	*POTIER*	I
NOAILLES	I	*CAMBOVT-COISLIN*	I
CHOISEVL	IX	*AVMONT*	I
SENETERRE	I	*SAINTE-MAVRE*	III
GOVFFIER	II	*AVBVSSON*	VI
BRANCAS	I	*GORREVOD*	I
BOVRNONVILLE	II	*HOSPITAL*	I
MONTAVT-NAVAILLES	I	*ARPAION*	I
LA VIEFVILLE	II	*ROQVELAVRE*	I
DVRASFORT	I	*DAILLON*	I
CLERMONT-TONNERRE	III	*COLIGNT*	III

HARLAY. I.

AD GENEALOGIAS DUCUM ET PARIUM FRANCIÆ INTRODUCTIO.

Principibus Regii sanguinis, illisque qui è peregrino genere & Principatu summa potestate præditi orti in Galliam sedem fortunarum transtulere, ibidemque jure indigenatus donati aliquam prærogativam indepti sunt, quorum stemmata prior classis exhibuit, proximi auctoritate ac dignitate sunt PARES FRANCIÆ, *Patricii regni* Thuano frequenter appellati. Eorum originem satis explorate non esse cognitam ob defectum monumentorum haud dissimulant Gallici Scriptores, atque ex eis speciatim *Hotomannus* in *Franco Gall. cap. 14*, qui tantisper, dum certius aliquid afferatur, institutum ad Hugonis Capeti regnum referendum arbitratus est: qui cùm remoto hærede legitimo regnum occupasset, Proceres aliquot novo quodam honore ac beneficio sibi devinciendos putaverit: nam hujusmodi aliquid ab illo factum omnes consentire; ante ejus verò ætatem Parium nominis nullam apud Historicos mentionem inveniri. Finis autem institutionis eorum duplex eidem autori fuisse videtur: primus, ut Regis inaugurationi, atque (ut tum loquebantur) investituræ præessent, hoc est, ut Regem imperii sui insignibus atque insulis solenniter in Principum atque Optimatum conventu exornarent; deinde, ut siquis è Potentium & Principum Franciæ numero fraudis capitalis reus fieret, judicium illud exercerent: nam cùm antiquitus ea judicia in publico gentis concilio exercerentur, atque is mos majorum paulatim Capevingiorum instituto ad juridicia le Parlamentum traduci cœpisset, neq; Principes regni facile illi Parlamento suas fortunas committendas putarent; Regibus illis ad suas rationes commodissimum fore visum est, præter illius Parlamenti curiam, suum hunc Parium consessum instituere, quæ *Parium curia* vocitata est: quorum tamen ordo ac numerus aliquandiu varius fuit: neque enim Duodecim viri semper fuerunt; sed interdum plures, interdum pauciores erant, prout Regi, à quo in summi honoris ac beneficii loco Magistratus ille deferebatur, commodum visum est. Hæc *Hotomannus*. Enim verò Duodecim illos, quorum mentio injecta fuit, inde à Regis Ludovici Junioris ætate eximiæ cujusdam dignationis fuisse, Pariatum hæreditario quasi jure tenuisse, & titulis Ducum ac Comitum ornatos in Regum inaugurationibus honoratiores functiones obiisse, in comperto est; & fuere illi partim sacri ordinis, partim secularis; è priore *Archiepiscopus Rhemensis, Episcopi Lingonensis & Laudunensis* Duces, *Episcopi Bellovacensis, Catalaunensis & Noviodunensis* Comites, è posteriore, *Burgundiæ, Aquitaniæ, Normanniæ Duces, Flandriæ, Campaniæ ac Tolosæ Comites*. Ecclesiastici tempore minimè mutaverunt: cæterorum familiæ postquam interierunt, ditiones maximam partem Regiæ coronæ accreverunt, & instituti eorum in vices paulatim alii, qui juxta creationis tempus in publicis regni solemnitatibus ac consessibus ordinis prærogativam servant. Eorum numerus minimè definitus est, titulis illis honorificis pro Regum arbitrio præcipuis merito aut gratia

gratia viris semper attributis; sed cum in inauguratione Regum præter Ecclesiasticos, tantum sex adhibeantur, qui veteres illos repræsentent, id semper observatum fuit, ut inter eos creationis tempus in incedendi aut sedendi ordine inspiceretur, quemadmodum *Thuanus Hist. Lib.* XXVII. refert. Id cæteroquin perdecorum est, quod Pares illi in solemnibus Regiæ coronationis *corolla* sive *circulo aureo capus redimiti* munia sua obeunt; est verò *Ducis Burgundiæ*, aut ejus vice fungentis gestare Regiam coronam, & gladium Regi accingere, *Ducis Aquitaniæ*, portare vexillum quadratum primum, *Ducis Normanniæ* secundum, *Comitis Tolosæ*, ferre calcaria, *Comitis Flandriæ* ensem Regium, & præstitere horum vices in hodierni glorioſissimi Regis inauguratione, *Philippus*, Regis frater unicus, *Dux Andium* tunc adhuc dictus, *Cæsar Dux Vindocini*, *Carolus Lotharingus Dux Elbœvii*, *Bernardus Nogaretus Dux Espernonii*, *Arturus Guffierius Dux Rodumnæ* & *Ambrosius Dux Bornevillæ*. Jam quod ad *Ecclesiasticos* attinet, gaudet *Remorum Archiepiscopus* jure Regem inaugurandi atque ungendi oleo Sacræ Ampullæ, cœlitus, ceu perhibent, delapsæ, quæque à *Laudunensi præsule* portari solet; *Lingonum Episcopus* gestat sceptrum, *Bellovacensis* pallium Regium, *Catalaunensis* annulum, *Noviodunensis* denique balteum. Qui hoc & superiore seculo *Duces* ac *Pares Franciæ* creati sunt, quorúmque familias hac classe, missis antiquioribus, persequi constitutum est, *quintuplicis* sunt *generis*: potioris illi, quibus tituli Ducum ac Parium *à Suprema Curia sive Parlamento Parisiensi confirmati* fuere: succedunt, qui ab eodem Senatu ut *Duces* solùm, *non Pares* approbati sunt, qualis Ducum *de Rouanez* & *de Chevreuse* conditio est: ad tertium genus referuntur, quibus *confirmatio* utriusque axiomatis *ab alio quàm Parisiensi Parlamento* obtigit; quò pertinent Duces *de Villars* & *de Pontdevaux*; quarto generi assignantur qui dignitatem Ducis ac Paris *per literas majore sigillo obsignatas*, sed *quas nulla adhuc Curia ratas habuit*, adepti sunt, videlicet Duces *de Bourbonville*, *de Vitry* & sequentes usque ad Ludorum; quintum denique & extremum genus constituunt Duces ac Pares *Diplomatici*, Gallis *les Ducs & Pairs à Brevet* dicti; illi scilicet, quibus dignitate illa Regio diplomate auctis, Parlamenti ratihabitionem fatorum malignitas invidit, id quod in *Claromontana* & *Coilinia* familia usu venit. Quot quot igitur ad hæc genera redigi possunt, eorum stirpes ordine justo, & pro captu mediocritatis nostræ enumerando percensebimus, primas tamen daturi *Fuxæis* & *Albretanis* ob Regium, quo aliquando præminuere fastigium; corollarii verò loco adjecturi familiam *Harlæam*, è qua hodiernus *Parisiorum* Archipræsul genus ducit, in cujus gratiam *Archiepiscopatus* ille titulo *Ducatus ac Pariatus* a. 1674 auctus fuit. Ad extremum id notasse convenit eam vulgò Ducatuum ac Pariatuum illorum esse conditionem, ut ad colum non devolvantur, sed deficiente masculâ stirpe eorum, quibus id honoris collatum erat, exspirent, nisi singulari Regum beneficio restaurentur; dari tamen *in præsentia sex Pariatus fœmineos* tales scilicet, quorum etiam sexus sequior capax est, nempe Ducatus *Piney-Luxembourg*, *Rohan*, *Richelieu*, *Mazarin*, *Vaujour* & *la Rochegujon*, quorum primum R. Henricus III. secundum Henricus IV, tertium Ludovicus XIII, reliquos Rex hodiernus instituit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ FUXIÆ.

FUxiæ gentis origo à *Comitibus Carcaſſonenſium* manavit; horum primum, cujus mentio apud Hiſtoricos occurrit, *Bernardum II Comitem Toloſanum* fuiſſe *Petrus Louvet* in tractatu, quem *La France dans ſa ſplendeur* inſcripſit, refert ex Continuatore *Aimoini*: is enim L. 5. c. 27 memorat Regem *Carolum Calvum* a. 871 *Bernardo Toloſæ Comiti* poſt præſtita Sacramenta *Carcaſſonam* & *Rhedas* conceſſiſſe. Filius *Bernardo* & Succeſſor tribuitur *Rogerius* I. pater *Arnoldi* qui a. 978 ſuperſtes fuit & *Rogerium* II. genuit. Hoc nati *Raymundus Comes Carcaſſonæ* (pater *Rogerii* III. improlis & *Ermengardis*, quæ *Bernardo Raymundo Trincavellio Vicecomiti Biterrenſi* ſeu *Bezierio* nupſit, eidémque fraternam hæreditatem ſed ab amitino ſuo *Raymundo Berengario C. Barcinonis* mutilatam attulit; eorum abnepos fuit *Raymundus Rogerius Carcaſſonæ & Bezierii Comes*, qui cùm Albigenſibus faviſſet, captus in carcere a. 1209 interiit, & ſtirpem finivit, ditionibus ejus ad *Simonem Montfortium* & demum ad Regem *Ludovicum* VII translatis) & BERNARDUS. Hic cum ex hæreditate paterna ditiones quasdam per Epiſcopatus & Comitatus *Toulouſe*, *Pamies*, *Commenge* & *Conſerans* diſperſas unà cum caſtro *Foix* ſortitus eſſet, illas in unum corpus collegit, & *Comitatum*, ſe vero *Comitem de Foix* dixit, atque ab eo *priſca Fuxiorum ſtirps*, quæ ſequenti tabula ex *Arn. Oihenarti Notit. Vaſcon. c. ult.* recenſetur, dimanavit. *Teſſera* qua in ſcuto ſuo uſus eſt *Bernardus*, quamque progenies etiam ejus detulit, *pali tres rubei* fuere *aureo ſolo* inſcripti.

RAYMUNDUS ROGERIUS ejusque filius ROGERIUS BERNARDUS II. illa tempeſtate vixere, qua adverſus *Albigeos*, quibus in ſpiſſis ævi illius tenebris aliqua purioris fidei lux exorta erat, ſacra, ſi Diis placet, bella Summo Pontifice claſſicum canente geſta fuerunt, cumque illi partes eorum ſectarentur, calamitates etiam participarunt, & ſubmittere ſe Regibus *Philippo Auguſto* & *Ludovico* VIII. imperataque facére coacti ſunt.

ROGERIO BERNARDO III. uxor *Margarita Moncada* luculentam dotem attulit, videlicet *Vicecomitatum Bearnenſem* ad montes Pyrenæos in *Vaſconia Aquitanica* ſitum, quem *Ludovicum Pium* Imp. uni è filiis *Lupi Centulli Ducis Vaſconiæ* à ſe proſcripti, ob fidelitatem ſibi præſtitam feudi titulo contuliſſe *Petrus Louvet* è *Petro Marca* refert. Trinepos *Centulli* fuit *Centullus IV. Vicecomes* qui è ſecunda uxore *Beatrice* hærede *Bernardi Comitis Bigerronum* ſucceſſionem Co-

FAMILIÆ FU

COMITES DE FOIX, VI

BERNARDUS, Rogeri II. Com. Carcassonæ filius secun
†1069. *Beatrix, filia Comitis de Beziers.*

Rogerius I. C. de Foix, † 1111. *Arcendis.*

Rogerius II. C. de Foix. ux. *Stephania de Provincia.*

Rogerius III. C. de Foix, † 1143. ux. *Erimena, Reima*

Rogerius Bernardus C. de Foix. 1. *Cecilia Ferrana, Reim*
velli Vicecom. Biterrens. & C. Carcass. f.

1. Raimundus Rogerius C. de Foix. † 1222. *Philipp*

Rogerius Bernardus II. C. de Foix † 1241. 1. *Ermessenda, Arnaldi Dn. Castribona f. & h.* †1229. 2. *Ermengardis Almerici Vicec. Narbonæ f.* 1232.

Almericus de Foix.

Lupus de Foix.

1. Rogerius IV. C. de Foix, Dn. de Castelbon, † 1264. *Brunissena, Reimondi Folck Vicec. Cardonæ f.*

1. *Sclarmonda, nup.* Vicecomiti Cardonæ.

Rogerius Bernardus III, C. de Foix, Dn. de Castelbon, † 1306. *Margarita Moncada, Gastonis Vicec. Bearniæ Dn. Moncadæ f.*

Petrus † ante patrem.

Sibylla, nup. Almerico IV. Vicec. Narbonæ.

Gasto I. C. de Foix, Vicecom. de Bearn, Dn. de Moncade † 13. Dec. 1315. *Johanna de Arteſia, Philippi Dn. de Concher f.* 1301. † 1343.

Constantia, nup. Johanni Levio Dn. de Mirepoix. 1296.

Gasto II. C. de Foix Vicec. de Bearn. † m. Sept. 1343. *Eleonora, Bernardi V. C. de Cominges f.*

Blanca, nup. Johanni Dn. de Greilly Vicec. de Benauges.

Johanna, ux. Petri C. Empuriarum, Jacobi II. R. Arragon. f. 1330.

Gasto Phœbus C. de Foix, Vic. de Bearn, † 1. Aug. 1391. *Agnes d' Evreux, Philippi R. Navarræ f.* 1349.

Petrus de Foix, *nothus, Florentiæ Dn. Biscajæ.*

Bearnesa, notha, nup. 1. Arnoldo Raimundo Vicec. Hortensi. 2. Raimundo Arnaldo Castronovano.

Gasto Phœbus de Foix, occisus à patre *Beatrix, Johannis II. C. Armaniac. f.*

Bernerdus, *nothus*, COMES MEDINÆ COELI, cr. ab Henrico II. R. Castil.

Johañes de Foix *nothus*, Jobbain de Bearn dictus.

Perenauder de Foix, *nothus*,

Gratianus *notha*,

IXIÆ TAB. I.

CECOMITES DE BEARN.

dogenitus, COMES DE CONSERANS & DE FOIX,

Stephania, nup. Garſiæ R. Navarræ.

di Arnaldi C. Barcinonæ f.

ndi Berengarii C. Barcinonæ f. 2. Cecilia, Raimundi Trinca-

ina Arragonia. 2. Rogerius.

Sclarmonda, nupta Bernardo Alioni Dn. Doneſani. *Cecilia, ux.* Bernardi IV. C. de Cominges.

2. *Cecilia, ux.* Vicecomitis Urgellenſis.

Agnes, ux. Eſquibati C. Bigorræ. *Philippina, nup.* Arnaldo Vicec. Coſeranenſi. *Sclarmonda, uxor* Jacobi Arragonii R. Balearium.

Margarita, ux. Bernardi Jordani Dn. Inſulæ. *Martha, nup.* Bernardo III. C. Aſteraci. *Bruſſena, ux.* Eliæ de Talayran C. de Perigord.

Rogerius Bernardus de Foix Vicec. de Caſtelbon, Dn. de Moncade, † 1349. *Conſtantia, Artali C. de Lunaf.* Robertus de Foix *Epiſc. Vaurenſis* el. 1338. Lupus de Foiz, COMES DE RABAT. Vid. Tab. IV.

Rogerius Bernardus II, Vicec. de Caſtelbon. *Giralda, de Noailles.* *Margarita, nup.* Bernardino de Cabrera, Com. d'Oſſune 1350. *Blanca.*

Matthæus de Foix, Vicec. de Caſtelbon, poſt C. de Foix, Vicec. de Bearn, † ... m. Aug. 1398. *Johanna, Johannis I. R. Arragon. f.* *Iſabella fratris hæres, nup.* Archambaldo de Greilly Capitali de Buch. Vid. Tab. ſeq. II. *Margarita, ux.* Bernardini de Cabrera.

micatus hujus nominis filiis suis acquisivit, à quorum alterutro mox per gnatam in *Martianensem* stirpem, indeque rursus in alias familias titulus ille delatus est, donec iterum per matrimonium *Petronillæ Comitissæ Bigorræ* (filiæ hæc fuit *Bernardi Convenarum Comitis & Stephaniæ C. Bigorræ*) cum *Gastone Vicecomite Bearnensi* in hanc domum rediret. Verùm *Esquibato* Chabanesii Domino *Petronillæ* è filia *Elide*, quam tertio marito suo *Guidoni Montfortio* pepererat, nepote successionem *Bigorrensis* Comitatus sibi arrogante bellum ortum est, mortuoque circa à. 1276 *Esquibato* sine liberis, *Simon Montfortius Leycestriæ Comes* vigore donationis ab illo sibi factæ Comitatum occupavit, eundemque post aliquot annos *Theobaldo Navarræ Regi* transcripsit. Sed *Bearnensis Vicecomitatus* cum *Guiscarda, Centulli* IV. è filio *Gastone* nepte, & *Centulli* V fratris sui hærede, ad *Petrum Gavarreti Vicecomitem* transiit, iterumque cum hujus nepte *Maria*, quæ itidem fratri suo *Gastoni* successerat, ad *Wilhelmum Moncadam* è primaria gente Catoloniæ ortum. Hujus abneptis *Margarita* erat, de qua initio dictum est, *Fuxio* Comiti elocata, qui etiam *Bearniam* adversus *Geraldum C. Armeniaci, Mathæ* quæ *Margaritæ* soror erat, maritum, sibi posterisque suis assecuit. Ex eo rempore Fuxiis insignibus *Bearnensia*, quæ *vaccas duas rubeas cornibus, ungulis, jugis & tintinnabulis è collo dependentibus cyaneo colore tinctis in solo aureo* repræsentant, conjuncta *quadripartitim* fuere. *Oihen. Not. Vasc. L. 3. c. 12 & 13.*

GASTONIS ob eximiam corporis pulchritudinem PHOEBI cognominati, prudentiam singularem fortitudinem & magnificentiam *Froissardus* in *Historia sua* passim prædicat, nec vero silentio præterit gravissimum infortunium, quod idem ille in filio unico cognomini non absque suapte culpa passus est; id fusius ab ipso (*Lib. 2.*) enarratum in pauca contraham: Profectus erat *Gasto* filius in Navarram, ut matrem à patre dissidentem & illic commorantem inviseret atque ad reditum permoveret; infecta re avunculum Regem Navarræ *Carolum* cogn. *Malum* Pampelunæ convenit, à quo humaniter in speciem habitus nec sine donis dimissus est. Inter ea verò pyxis etiam erat referta pulvisculo; hunc patri porrigere ab avunculo jussus ac persuasus fuit, fore ut ejus vi ille cum matre reconciliaretur. Reversus ad lares *Gasto* patri dona omnia ab avunculo accepta exposuit, præter solam illam pyxidem, sed orto forte inter illum & fratrem nothum jurgio detecta ea est, resque ad patrem perlata; is pulvisculi periculum in cane fecit, qui simulac id devoravit mortuus concidit: quamobrem in furorem ille actus, & filium à Navarro ad parricidium subornatum esse suspicatus, illum ægrè è manibus suis à domesticis ereptum carceri mancipavit, & ignominiosæ neci destinavit. Mitigatus tamen Ordinum suorum intercessionibus, cum filium dolore confici nec cibum sumere à custode audivisset, ingressus ad eum animo turbato, ac cultellum, quo repurgabat ungues, manu tenens, fatali quodam malo venam quandam gutturis illi incidit, additis verbis aspetrimis, quod cibum non caperet, iterumque abiit; ille verò paulò post è vulnere expiravit. Hæc mors eò magis patrem afflixit, quod jam orbus cum hæredem habiturus esset, quem maximè oderat, Patruelem nempè suum *Castelboni Vicecomitem*, quare in nothum *Bernardum* (à quo stirps *Ducum Medinacceli* illustrissima apud Hispanos derivatur) dirones suas transferre conatus est; quod cum perficere nequiret, illas primo Regi *Carolo* VI. donavit, postea L. libratum millibus vendidit, frustrà tamen in jus & æquitatem pugnavit; nam post ipsius obitum Rex recepto precio MATHÆO CASTELBONO *Fuxiam* & *Bearniam* addixit. Obiit verò *Gasto C. Fuxius* morte subitanea, cum è venatu, quo vehementer gaudebat, defatigatus & percalefactus, conclave ad captandum frigus instructum ingressus esset: prænsurus enim, dum manus frigida lavat, exanimus concidit.

JOHANNES *Fuxius* Gastonis Phoebi nothus, *Jobbain de Bearn* dictus, in numero illorum fuisse fertur, qui in chorea larvata Regis Caroli VI. igne, quem vestes eorum conceperant, miserè ustulati, vitam amiserunt.

AD

AD TAB. II.

EAmilia de *Greilly*, à qua nova *Fuxiorum* gens derivatur, originem *Sam. Guichenonius* Historiæ Sabaudicæ scriptor refert ad *Gerardum Dn. de Greilly* in *Gabienſi* sive *Geſenſi* tractu (*paix de Gex*) haud procul Geneva, qui circa a. 1120 vixit, & filios genuit *Jacometum*, *Guigonem* & *Johannem*, quorum *poſtremus* filium ac nepotem *cognomines* habuit, pronepotem verò *Petrum*; hoc natus est JOHANNES, à quo tabula proxima orditur. Is primus ad Aquitanos fortunarum sedem transtuliſſe videtur, factus pro Eduardo R. Angliæ *Guiennæ Seneſcallus* & *Vicecomes de Benauges & de Caſtillon.*

PETRO DN. DE GREILLY uxor prima attulit agrum *Boicum* sive *Bojorum*, vulgò *Buch* dictum, à vico *Buchs* ad *Lerinam* duorum dierum itinere à Bajona diſſito; inde illi ejusdemque posteris titulus *Capitalis de Buch* obvenit: *Dominum* enim *Bojorum* olim referente *Hadr. Valeſio Notit. Gall.* [p. 329] *Capitalem Bojorum* vocarunt, *le Captau de Buch*, & ejus dominium *Capitaletum* le *Captalat*, qui nunc *Principatus* est. Postquam *Fuxiæ* familiæ hæreditas per conjugium ISABELLÆ & ARCHAMBALDI ad Greillos transiit, adscivere hi nomen & insignia *Fuxiorum*, avita verò penitus deſeruerunt, ita ut nemo ex ampla illorum posteritate *Greillacenſem* titulum resumsiſſe legatur.

JOHANNES C. de Foix beneficio Regis *Caroli* VII. a. 1425 *Bigorrenſem Comitatum*, in quem antiquum & in præcedente tabula expositum jus *Fuxiis* erat, recepit. Dictum verò ibi fuit translatum illum esse à *Montfortio* ejus usurpatore in *Theobaldum Navarræ Regem*; is ad *Johannam* fratris sui filiam *Philippo Pulchro* Reginuptam eundem transmisit. Post obitum *Johannæ* tenuere Bigorram ipsius liberi *Ludovicus Hutinus* & *Carolus* Marchiæ Comes, deinde Ducatui Aquitaniæ conjuncta mansit, ad annum usque 1369, quo *Eduardus* Aquitaniæ Princeps eam *Johanni Greillio* beneficii gratiæque causa concessit; sed brevi inde *Caroli* V R. Gall. armis dejectus fuit, cujus nepos *Carolus* VII Fuxiis ipsam, ceu dixi, restituit. *Oihen. Hiſt. Vaſc. L. 3. c. 12.*

ARCHAMBALDUS DN. DE NOAILLES *Johannem Ducem Burgundiæ* sectatus, inter domesticos ejus ac familiares locum nactus est, cúmque ille Monterigali coram Delphino trucidaretur, ex decem socis, quos Dux secum habebat, ipse solus pro heri defensione ferrum strinxit, & sanguinem vitámque profudit. A filia ejus ac genero *Carmaniæ Comites* qui *Fuxium* agnomen assumsere, & in illorum abnepote *Odeto*, cujus filia in *Montluciorum* domum Carmaniam hæreditatem transtulit, defecere, orti sunt.

Margarita Comitatus Convenarum (*Cominges*) in Vasconia hæres ante MATTHÆUM FUXIUM duos jam maritos habuit, ambos ex *Armaniacenſe* familia; nempe primò *Johannem III. Comitem Armaniacenſem*, cui filias duas peperit, posteà *Johannem Armaniacum*, *Geraldi Vicec. Feſenſaguelli* gnatum, è cujus matrimonio brevi discessit. A tertio marito malè habita & diutino carcere vexata *Carolum* VII Regem imploravit, atque illius auctoritate libertate recepta, in gratiam hujus beneficii eundem hæredem Comitatus scripsit. A *Ludovico* XI. traditusis posteà fuit *Johanni* Johannis IV. C. Armaniac. *nothо*, hocque absque masculâ sobole a. 1472 mortuo *Odetò Aidio Leſcuni Dynaſtæ*, hujus verò progenie virili itidem extincta, denuo in fiscum regium redactus est. *Oihen. Hiſt. Vaſc. l. 3. c. 12.*

GASTO IV. per matrimonium cum *Eleonora*, *Blancæ Reginæ Navarræ Carolo III. Rege ex Ebroicenſi domo nata*, & *Johannis Arragonii*, qui *Ferdinandi Regis Arrag.* filius erat, gnata, *regium* axioma in familiam suam intulit. Ad illam enim parentibus ipsius nec non fratre *Carolo* defunctis *Navarræ regnum* devenit, cum quidem jam tum vidua esset, & filium quoque primogenitum GASTONEM PR. VIANÆ amisisset, utpote ante patrem è vulnere in hastiludio *Liborne* prope Burdigalam accepto, mortuum. Fuit verò *Eleonora* paucorum dierum Regina, quarta & vigesima luce ex qua inaugurata fuerat, vivis exempta. Successit ei in regno nepos FRANCISCUS PHOEBUS, qui impuber adhuc din illud per vicarium, eundemque patrem suum PETRUM Cardinalem rexit; sub finem verò anni 1481 *Pompelonæ* solemni more coronatus fuit, profectus exinde in Aquitaniam & morbo correptus vitæ finem præmaturè fecit, successione in regno, & ditionibus Aquitanicis ad sororem CATHARINAM transmissa. *Oihen. l. 2. c. 15.*

JOHANNES fratris sui liberis de regno *Navarræ* controversiam movit, sed irritam; *Narbonenſem Vicecomitatum* in Septimania pater ejus flagnavit, postquam illum a. 1442 à *Wilhelmo III. Vicecomite* emisset; eundem deinceps GASTO ipsius filius in Regem *Ludovicum* XII. transtulit, & ab eo vicissim Comitatum *Beaufort* & Ducatum *Nemours* accepit. Erat GASTO Vir fortis ac strenuus

FAMILIÆ FU

DOMINI DE GREILLY, COMITES DE FOI

JOHANNES DN. DE GREILLY & DE ROLLE
Seneſcallus Aquitaniæ a. 1307.

Johannes Dn. de Greilly B
Benauges & Caſtillon.
fil.

Johannes de Greilly Dn. de Langon, Suerto & Ville
Grand ad lacum Lemanum,
Stephania de Levi-Mirepoix.

Aymon de Greilly Dn. de Ville la Grand. *Catharina de Foix, Lupi Dn. de Rabat f.*

1. Johannes Dn. de Gr
Johanna de Suffolk.

Aymon de Greilly Dn. de Ville la Grand, à quo reliqui Dnn. de Greilly, Ville la Grand & Veygié in Sabaudia deſcenderunt.

Bruniſſenda, nup. Bernardo d' Albret II. Dom. de Veyres † c. l.

Johannes Dn. de Greilly C
pit. de Buch, † *ao.* *Ro*
Bernardo Dn. d' Albret f.

2. Gaſto IV. C. de Foix & Bigorre Dn. Bearniæ Vicecom. Narbonæ, Par Franciæ. † m. Jul. 1472. *Eleonora, Johannis Arragonii & Blancæ R. Navarræ f. ac h.* 1434. † *m. April.* 1479.

2. Petrus de Foix, Vic
1454. *Catharina,*

Gaſto de Foix Pr. Vianæ † 23. Nov. 1470. *Magdalena, Caroli VII. R. Gall. f.* 1462. † 1486.

Petrus de Foix *Epiſc. Venet. in Britann. R. E. Cardin. cr.* 1476. † 14. *Aug.* 1490.

Maria, nup. Wilhelmo M. Montisferr.

Johanna, nup. 1. Joh. V. C. Armaniac. 2. Johanni Vicec. Aſterienſi.

Johannes de Foix Vicec. d
bonne C. d' Eſtampes, †
Maria Caroli D. Aurelia
† 1493.

Franciſcus Phœbus C. de Foix, Dn. de Bearn. R. NAVARRÆ, † 29. Jan. 1483. æt. 16.

Catharina, REG. NAVARRÆ, *C. de Foix, Dn. Bearn. nup.* Johanni III. Dn. d'Albret 1484. † 12. Febr. 1517.

Gaſto de F. Vic. de Narbonne D. de Nemours, occ. in pr. Ravennenſi 1512. 8. Apr.

Germana, nup. 1. Ferdinando Catholico R. Arrag. 1506. 2. Johanni M. Brandenb. Proregi Valentiæ 1522. 3. Ferdinando Arrag. D. Calabr. † 1
Octobr. 1538.

Gaſto. Henricus. Franciſcus de Foix
mortui in infantia.

XIÆ TAB. II.

X. VICECOMITES DE BEARN & LAUTREC.

, VICEC. DE BENAUGES & DE CASTILLON,

olle & Ville la grand, Vicec. de
Blanca, Gaſtonis I. C. de Foix

e. Petrus Dn. de Greilly Vicecom. de Benauges & Caſtillon. *Aſſalida de Bourdeaux Dn. de Puy-Paulin & Chaſteaunenf Capitalis de Buch. 2. Raſſemburgis de Perigord.*

lly, Capitalis de Buch. †1377. 2. *Rogeria, nup.* Almerico III. Dn. la Rochefoucaud.

2. ARCHAMBALDUS Capitalis de Buch, Vicec. de Benauges & Caſtillon, poſtea Dn. de Greilly. †1413. *Iſabella C. de Foix, Vicec. de Bearn & Caſtelbon, Dn. de Moncade.* † 1426.

Johannes C. de Foix, Vicec. Bearn. Dn. Monc. † 1437. *1. Johanna, Caroli III. R. Navarræ f.* † *1420. 2. Johanna Caroli Dn. d' Albret fil.* † *1433. 3. Johanna de Arragonia, filia C. Urgelæ 1436.*

GASTO DE FOIX CAPITALIS DE BUCH. Vid. Tab. III.

Archambaldus de Foix, Dn. de Noailles occ. 1419. *Sanctia Ximena de Capeice.*

Petrus de Foix *Epiſc. Leſcar. Archiep. Arelat. R. E. Cardin. cr. 1395. Legat. Avenion.* † 13. Decembr. 1464.

Matthæus de Foix, C. de Cominges, †1453. *1. Margarita, Petri Reimundi C. de Cominges f. & h. 2. Catharina de Coraſe.*

c. de Lautrec & Villamur, † *Johannis II. C. d' Aſtaracc. f.*

Iſabella, nup. Johanni I. Vicecom. de Carmain.

2. *Johanna, ux. prima* Johannis de Foix Vicecom. de Carmain.

Johannes *nothus, Epiſc. Convenarum* † 18. Octob. 1501.

Catharina, notha, nup. Johañi de Chaſteauverdun, Dom. de Caumont 1470.

Nar- 500. *f.*

Jacobus de F. *Eques* † 'ɔ7.

Margarita ux ſecunda Franciſci II. D. Britann. 1471. † 1487.

Catharina, nup. Johanni de Foix C. Candalæ.

Eleonora innupta.

Iſabella ux. Guidonis Dn. du Pont.

Johannes de Foix Vicec. de Lautrec, poſthumus. *Johanna, (al. Maria) Odeti Aydi C. Convenarum, f.*

Odetus de F. Vicec. de Lautrec, † in obſ. Neap. 1528. *Carola Albretana Johannis C. de Rethel, f. 1521.*

Thomas de F. Dn. de l'Eſcun Mareſc. Fr. occ. in pr. Ticin. 1523.

Andreas de F. Dn. de l'Eſparre, † ſ. l. *Franciſca du Bouchet, Caroli Dn. de Puygreffier f.*

Franciſca, nup. Johanni de Laval Dn. de Chateaubriand † 16. Oct. 1527.

Claudia, nup. 1. Guidoni XVII. C. de Laval. 2. Carolo Lucemburgio Vicec. de Martigues.

ſtenuus, nullibellatorum ævi ſui ſecundus, & dux exercitus, quem avunculus ejus, Rex *Ludovicus* XII. adverſus *Julium* II. Pontificem fœdifragum in Italiam miſit. Ibi virtute & celeritate ille uſus *Bononiam* ab Hiſpanis & pontificiis oppugnatam obſidione liberavit, cæſisque in itinere Venetorum copiis *Brixiam* & *Bergomum*, quæ defecerant, recepit, tandémque commiſſo memorabili illo ad *Ravennam* prælio ipſo Reſurrectionis dominicæ die Hiſpanos & Pontificios fudit; ſed dum pugnæ reliquias victor colligit, in globum Hiſpanorum ex certamine ſe recipientium ardentiùs invectus tantæ victoriæ fructum morte ſua corrupit. [*Thuan. Hiſt. Lib. 1.*] Prædictum *Gaſtoni* fuiſſe non ita multò ante ab aſtrologo quodam Mirandulæ habitante & prælii caſum, & ipſius aliorumque, qui cum eo erant, virorum farum *Caſpar Ens Moroſophiæ ſuæ Lib. II. Cap. 8.* retulit.

GERMANÆ FUXIÆ, quæ *Gaſtonis* ſoror fuit, *tres* maritos Germanici ſcriptores tribuunt, Gallici *duos* omiſſo ſcilicet *Johanne M. Brandenburgico*, qui Catolum V. in Hiſpaniam comitatus ab eodem Valentiæ regno vicatia poteſtate impoſitus fuit atque a. 1525 deceſſit. *Varillaſius* [*Prat. de l' edue. des Pr. l. 5.*] popularibus ſuis adſtipulatur ac refert, cum de ſecundis *Germanæ* nuptiis actum eſſet, expetitam quidem illam fuiſſe à Marchione Brandenburgico, quem *Georgium* & fratrem Electorum Moguntiæ & Brandenburgi appellat, ſed noluiſſe nubere Germano & minori natu Principi, collocatam itaque à *Carolo* V. fuiſſe in matrimonium *Ferdinando Arragonio D. Calabriæ* qui captivus ùn Hiſpaniis agebat. Verum dubito an ſatis hoc loco ſibi conſtet *Varillaſius*; neque enim tantùm nomina confundit & quod à *Johanne* factum, fratri ejus natu majori *Georgio* imputat, ſed in eo quoque hallucinatur, dum *Electores Moguntinum* & Brandenburgicum fratres illius extitiſſe ait, qui tantum *patrueles* fuere; denique ſuo ſe jugulat gladio, dum *Germanam* nuptias Marchionis Brandenburgici ideo reſpuiſſe ſtatuit, quod is tanquam natu minor facultatibus ſe dignis deſtitutus eſſet, cum tamen illa poſtea Principi captivo & extorri nubere non dubitaverit.

JOHANNIS VICEC. LAUTRECCI, quæ ditio in *Albigenſi* diſtrictu ſita eſt, liberos, ODETUM, THOMAM ANDREAM, & FRANCISCAM fortunæ varietas ad memoriam poſteritatis inſignes reddidit: floruere omnes gratia & auctoritate apud Regem *Franciſcum* I. pararia *Franciſcæ* forma; iſta ex angulo Britanniæ, ubi à *Comite de Châteaubriand* marito ſuo Zelotypo abdita latebat, in aulam elam illo & ingratis per fraudem, cujus circumſtantias *Varillaſius* [*Hiſt. Fr. I, l. 6*] prolixè enarrat, attracta, & Regis, illico ipſius amore capti, libidini pudicitiam ſuam gratificata. obſequio amatoris ſui ad extollendos & honoribus exaggerandos fratres ſuos abuti haud neglexit. Dicendum tamen eſt, eis illos fuiſſe præditos virtutibus, ut mererentur etiam quos conſecuti ſunt honores, erant quippe ſtrenui militia & multis fortibus factis illuſtres, in expeditionibus tamen ſuis plerumque infelices: namque ANDREAS SPARRENSIS, ut inverſo ordine procedam, cum Navartæ regnum, quod Ferdinandus Catholicus occupaverat, paucorum dierum ſpatio a. 1520 occaſione turbatum in Hiſpania abſente *Carolo* V ortarum recuperaſſet, pari ferè celeritate poſt pugnam prope *Pompelonam* cum Hiſpanis commiſſam, in qua viſum ac libertatem amiſit, illo iterum ſpoliatus fuit. THOMAS LESCUNIUS ad Eccleſiaſticam vitam initio deſtinatus, *Protonotarius de Foix* audiebar, deinde militiam ſectatus, & axiomate *Mareſcalli Franciæ* auctus, poſt fortem Regi navatam operam, in prælio *Ticinenſi* graviter vulneratus, & in hoſtium poteſtatem delapſus eſt, à quibus *Paviam* in domum *Comitiſſæ de Scarſaſiore*, quam olim adamaverat, portatus, nonum poſtdiem animam efflavit. ODETUS vulgo LAUTRECUS Hiſtoricis dictus pugna *Ravennenſi*, præfectura *Mediolanenſi* & expeditione *Neapolitana* inclaruit; ubique tamen adverſa fortuna uſus; namque in prælio illo duo & viginti vulnera accepiſſe memoratur, Mediolanum ſe Prædide occupari à Cæſareis vidit, nec id prohibere potis erat, ob Helvetiorum è caſtris ſuis diſceſſionem, cujus rei culpa penes *Aloyſiam Sabaudam* matrem Regis fuit, quæ cum gloriæ *Lautreci* & magis autoritati ſororis ejus inviderat, pecuniam ad perſolvenda Helvetiis ſtipendia interverterat; denique in expeditione Neapolitana, dum metropolin regni hujus obſidet, deſperatis rebus ſuis ob exercitum à peſte depopulatum & *Andr. Auriæ* defectionem, ex mœrore animi mortuus eſt. FRANCISCA illotum ſotor poſt ſcenicam illam paucorum annorum in aula felicitatem triſtem & ſanguineum vitæ finem habuit: capto enim ab Hiſpanis Rege, cum ob reginæ matris perſecutionem apud marinum perfugium quærere coacta eſſet, duritei ab eo habita & tandem morte interciſis venis affecta eſt, quemadmodum *Varillaſius* loco citato refert. Dantur autem, qui hoc *Franciſcæ* mortis genus negant, omnemque de ejus cum Rege *Franciſco* I. conſuetudine hiſtoriam fabulæ loco habent, ad monumentum epitaphiumque, à Comite *Caſtrobriantii* illi perbonorificè conditum, provocantes; neque verentes, (ceu appoſitè autor *Novellarum reip. literariæ*, in *Novel. menſ. Januar. a.* 1686, injecit) ut in mentem alicui veniat, argumentum iſtud eo refutare, quo Salvator noſter Judæos, quod Prophetas ſuos occiderint, convicturus, uſus eſt, ſplendida, quæ iisdem exſtruxere, ſepulcra allegans.

AD

AD TAB. III.

GASTO *Capitalis de Buch* fortem operam Regibus Angliæ *Henricis* V & VI in bellis quæ gessere navasse prædicatur, eoque nomine à priore axiomate *Comitis de Longueville* in Normannia, ab altero titulo *Comitis de Benauges* auctus & insignibus *Ordinis Perisceli dis* decoratus fuit. JOHANNES ejus filius ducta in matrimonium *Margarita* quæ *Wilhelmi de la Pole Ducis Suffolcii*, potentis in Anglia regnante Henrico VI. viri, neptis, è fratre an sorore incertum, audit, eodem procurante *Comes de Candale* creatus, multisque possessionibus in Anglia ac Aquitania locupletatus est; licet verò postquam Aquitania in Regum Galliæ ditionem concessit, Anglicas possessiones Fuxii amiserint, titulum tamen *Comitum de Candale* retinuere, eundemque ad *Nogaretos de la Vallette Duces Espernonii* transmiserunt. *Dugdal. Baronag. Angl.*

GASTONI C. *de Candale* uxor Comitatum *Alteracensem*, Armaniacensi, Fidentiacensi, Bigorrensi & Convenensi Comitatibus cinctum, attulit, & ad progeniem suam transmisit.

De FRIDERICO FUXIO CANDALÆ C. narrat *Thuanus (Hist. l. 35)* quod post promulgatum a. 1564 à Rege edictum de pace religionis novas in Aquitania turbas moverit, usus consilio GASTONIS FUXII M. TRANII, gentilis sui, hominis turbarum cupidi, & communicato illo cum CHRISTOPHORO, Atyrensium Episcopo, fratre, & quibusdam Vasconiæ regulis, cúmque multa licenter à Protestantibus præter edicta regia fieri, interfectis etiam insidiosè plerisque, obtenderet, armatos cõegerit & fœdere *Cadilliaci* icto ac scriptis mandato quasi bellum apertum iis denunciaverit. Sed repressi sunt hi fœderatorum conatus præsentia *Imberti Platerii Burdillouii*, quem Rex de his rebus certior factus in Aquitaniam misera.

FRANCISCI *Aturensium Episcopi* obitum insigni elogio *Thuanus (Hist. L. 109)* prosecutus est: *A. 1594, m. Februario*, inquit, *ad meliorem vitam migravit 84 annum supergressus, Cadilliaci in arce suâ ad Garumnam, Franciscus Fuxius Candala, longè illustrissimâ familiâ natus, (quæ tot Reges, Principes, Præsules ac præstantes belli duces Orbi Christiano dedit) sed eruditione ac moribus multò illustrior; qui modicam in literis institutionem, festinatâ honorum in gentili aulâ prensatione jam in ipsâ pueritiâ interruptam, suopte ingenio supplevit, & quæ vix alii optimis præceptoribus præeuntibus percipiunt, insitâ ad artes ac præcipuè Mathematicas perdiscendas naturâ facili ita in teneris annis hausit, ut earum amorem ac studium toto longissimæ ac honorificentissimæ vitæ cursu nunquam intermiserit, & in illis multa adinvenerit atque ad veterum scita ingenii facilitate addiderit, ultimo elogio summam pietatem & charitatem non solum erga genus humanum, sed etiam erga literas testatus, cùm & in antidoti salutaris à se reperti confectionem, ne sumtui parciturí deterrerentur, & in Mathematicam professionem, Burdigalæ institutam, annuum vectigal legavit. Opera ejus ad immortalitatem scripta, quamdiu Orbis stabit, durabunt.*

HENRICUS FUXIUS C. CANDALÆ multa in Aquitania pro Rege impigrè suscipiendo & exequendo mortem sibi acceleravit: namque cùm *Henrico Montmorancio Damvillæ*, affini suo & Septimaniæ Præsidi, *Sommeriam* oppugnanti, XXII. Vasconum signa adduxisset, & cum illis impetum fecisset, repulsus magno cum damno, ad injuriam revocavit *homo præceps*, (*Thuani* verba è *Lib. 55* refero) *& ad privatum decus pertinere existimavit, si sine aliquo pretio ab oppugnatione discedere cogeretur*, quare alia parte ad arcem vim fecit, in qua amissis CCC è suis & ipse interfectus est. *Is pridiè*, ita pergit præfatus autor, in *privato colloquio vicem se publicam dolere Damvillæ confirmavit, qua fieri dicebat, summa Gallici nominis infamia, ut Galli, quò impurissimorum nebulonum, hac ejus verba notata sunt, libidini morem gererent, se mutua pernicie conficerent.*

De filiis GASTONIS FUXII M. TRANII hæc apud *Thuanum Lib. 72* leguntur: VII Cal. sextilis a. 1580 juxta *Moncrabellum* duabus à Neraco leucis infausto illustrissimæ tota Aqui-

FAMILIÆ FUX

CAPITALES DE BUCH, COMITES DE CANDAL

GASTO DE FOIX, Archambaldi Dn. de Greilly de Longueville & de Benauges, B. de Guri... *bret f. ducta 10. Apr. 1410.*

Johannes de Foix, Capitalis de Buch, C. de CANDALE *Margarita de la Pole de Suffolc.*

Johannes de Foix II. Com... *Foix f. 2. Isabella d'Albr*

...ie Candale & Benauges, Capit. de Buch. *1. Catharina Infa... Alani C. de Dreux f.*

1. Gasto de F. C. de Candale. *Matha C. d'Astarac, Johannis III. ultimi Comitis f.*

Johannes de Foix *Archiepiscop. Burdig.* †1528.

Anna, nup. Uladislao R. Ungar. & Bohem. 1502. †1506.

Petrus de F. Dn. du Pont.

Alanus de Castillon *Guidonis pefat f.*

Fridericus de F. C. de Candale. *Francisca, Francisci II. C. de la Rochefoucaud f.*

Christophorus de F. *Episc. Ariæ sive Atu...ensium.*

Franciscus de F. *Episc. Ariæ* post fratrem, † 1594. m. Febr. æt. 81.

Carolus de Foix, Dn. de Villefranche.

Petrus de Foix.

Henricus de F. C. Candalæ, occ. in obsid. Somm... 1573. *Maria, Annæ D. Montmorancii f.*

Diana, nup. Ludovico de Foix Com. de Gurson.

Gasto de Foix.

2. Ludovicus occ. 1580. *Friderici C...*

Margarita de Foix, hæres Comitatus Candalæ nup. Joh. Ludovico Nogaret de la Valette, D. Espernonii 1587, † 1593, æt. 26.

Maria de Foix, nup. Guido d'Aidie Vicec. de Riberac.

Fridericus de F. Vicec... *la de Caumont, Francisci...*

Johannes Baptista Gasto de Foix, C. de Fleix occ. ad Mardiecum 1646. *Maria Clara de Beaufremont, D. de Rendan, Henrici II. M. de Senecay f. 1637. † 29. Jul. 1680.*

. . . . . de Foix *Eques*, occ. 1648. in consi...ctu ad Rocroiam.

Regemque medium, nomine Henricum, foret
teſtata, corda juſſit amborum ſimul
Rex ipſe poni, Pignus haud dubitabile,
Quòd juncta eorum vita perpetuò fuit,
Hic juncta quorum mors habet vitalia.

Mores de cætero Comeſtabilis Montmorancii, & dicta quædam ac facta ſingularia ſcitè ac lepidè, ut omnia, *Petrus de Bourdeilles Dn. de Brantome* expreſſit, recenſuitque ex eo ſæpe laudatus *Laburerius* in opere paulo ante citato. Commemoratur, in virtutibus utrum ipſius an vitiis haud definio, ingens ejus erga avitam religionem Zelus, quo motus Proteſtantes acerrimè oderit, Paſtores eorum primus Lutetia exegerit, & Poppencuriani templi ſuggeſtus ſediliaque igni in conſpectu ſuo tradi juſſerit, ab iſtis propterea *le Capitaine Brule-banc* appellatus. Narratur præterea quod roſario tanta ſuperſtitione deditus fuerit, ut id quotidie horis antemeridianis ubicunque eſſet, ſive domi, ſive in caſtris, ſive in itinere, & quidquid ageret, preculas blaterando tractaret, ſed illas alia eaque diſſona oratione ſubinde interruptas, dum quos forte conſpexit agere, quod ſibi diſplicebat, ad reſtim, ad virgam aut aliud ſupplicii genus rapi, vel pagum aliquem, ſive ingentem tractum expilari aut exuri imperaret, unde diverbium ortum: *Die nous garde de la Pater noſtre du Connetable.* Ad extremum id adhuc notaſſe convenit, quod *Annas Montmorancium* ab *Henrico* II Rege a. 1551 impetravit, ut *Montmorancia* ditio in *Ducatum* erigeretur, ipſeque *Dux ac Patritius regni* crearetur.

FRANCISCUS *Montmorancius* omnium procerum, qui in aula Caroli IX & Henrici III Galliæ Regum erant, regia gratia dignissimus *Thuano* æquissimo cenſori fuiſſe videtur, *in quo*, ut ejusdem autoris verbis è Lib. LXVIII utar, *ſive eximiam erga DEUM ac patriam pietatem, ſive animi magnitudinem, liberalitatem, fortitudinem, ingenium præſtans, & quod rarum in illa fortuna, non mediocribus literis inſtructum, conſtantiam, & recti juſtique improbum amorem ſpectes, nihil meritò deſiderare poſſes, prater felicora tempora & æquiorem Principum mentem, atque longiorem ipſi à Deo vitam conceſſam.* Ingens juvenis adhuc modeſtiæ pariter ac prudentiæ documentum dedit, cùm donatus à Rege Henrico II *Pariſiorum* præfectura, eam in Admiralem Colinium amitinum ſuum transferri rogaret, donec ipſe per ætatem & rerum uſum dignum ſe tanto munere reddidiſſet. Fortitudinis prima ſpecimina ſub ejusdem Regis ſignis in Pedemontio a. 1551. edidit, inde turmæ cataphractorum præpoſitus expugnationi *Lucemburgi* & propugnationi *Metæ* magna fama interfuit; poſteà a. 1553 *Tarvannam* in *Morinis* inopinata obſidione à Cæſareis cinctam, cum ſummo imperio miſſus, eo non niſi poſt mortem *Deſſi Panvillerii*, quem ſibi à Rege additum ob virtutis opinionem omni veneratione & obſequio ſemper coluit, uſus eſt; ſed omnibus, quæ obſidiones gignere ſolent, periculis impigrè defunctus, capta urbe ipſemet in hoſtium poteſtatem devenit. Dimiſſus ex hac captivitate, cujus diuturnitatem ac tædium ſtudiis literarum & lectione bonorum librorum fefellerat, atque in aulam reverſus, à Rege torque Ordinis ſui decoratus & in poſſeſſionem præfecturæ *Pariſiorum*, antehac ſibi, ceu dictum fuit, deſtinatæ, immiſſus, præterea que gener in filia naturali *Dianæ*, paulò ante vidua facta, delectus eſt. Ob harum verò nuptiarum conſummationem, quam ſponſalia à *Montmorancio* clanculum cum *Johanna Hallvinia* Antonii Dom. *de Piennes* gnata, *verbis de præſenti*, ceu loquuntur, inita, & Papæ Pauli IV, quod is cuidam agnatorum ſuorum Dianæ conjugium conciliare cogitaverat, illa diſſolvendi tergiverſatio, difficilem reddebant, Regis, parentisque juſſu Romam profectus, ad recuperationem Oſtiæ, ab Hiſpanis occupatæ, operam copiis Pontificiis navavit. Quamvis verò infecto potiore negotio in Galliam rediiſſet, attamen, quia edictum intereà a Rege adverſus matrimonia clandeſtina filiorum familias Cal. Mart. a. 1557, inſtigante Comeſtabili promulgatum fuerat, ejus vigore *Hallvinia* repudiata, nuptias cum *Diana* in caſtro *Villiers-Contrez* peregit. Inde prælii apud *Quintini Fanum*, & expugnationis *Caleti* haud exigna

pars,

pars, munus *Præfecti Palatii*, à parente abdicatum susceptit; id verò Henrico II vivis exempto, & prævalentibus sub novo Rege Guisiis Montmoranciorum æmulis, istis cedere, & cum scipione *Marescalli Francie* commutare coactus est. Plerisque posteà belli civilis eventibus ac periculis immixtus, solertiam suam & in agendo prudentiam cordatioribus utriusque partis probavit, reginæ autem matri, ambitiosissimæ fœminarum, nec non Guisiis, eodem morbo laborantibus, minimè; atque horum conatibus, qua erat animi magnitudine, summa constantia se opposuit, spretisque rumoribus & plebis gratia, quam factiosi ferè sectantur, ut contra præpotentum inimicorum potentiam se muniret, *Ludovici Borbonii Condæi* & *Colinorum*, sobrinorum suorum, amicitiam servare studuit, neque à partibus eorundem planè temperavit, summus alioqui regiæ auctoritatis vindex, quod, cùm *Carolum Lotharingum Cardinalem* & *Henricum Guisium*, fratris filium, cum pompa & magno armatorum syrmate, urbem ingressuros, & frustrà, ut arma, regiis edictis prohibitæ, relinquerent, monitos, tanquam urbis, & provinciæ præfectus, turpiter fugere & facessere urbe coëgit, insigni exemplo patuit. Id verò ad animum usque adeo revocarunt Lotharingi, ut decreta Sanbartholomæana laniena *Montmorancium* in album proscriptorum & mactandorum referrent, è quo tamen periculo, facto Cantiliam in tempore recessu, se eripuit & aliis etiam, quibus evadere contigit, perfugium auxiliumque præbuit. Tandem verò cùm ob perpetuum Regis Caroli IX utpote Reginæ matris & Guisiorum affectibus obsecundantis, ergasse suosq; odium, ad Alenzonium se applicuisset, & factioni *Politicorum* ac *Malecontentorum* accessisset, in casses diu sibi structos se induit: re enim evulgata, cum in aulam accersitus, nihil *Mole* ac *Coconassii*, intimorum Alenzonii, supplicio territus, sed conscientia sua fretus, venisset, in Bastiliam arcem conjectus illicò fuit, nec dubium, quin atrocius aliquid statutum in ipsum esset, nisi metus vindictæ fratrum ejus sævioribus consiliis obstitisset. Hinc sparso aliquando ab inimicis rumore, quasi *Damvilla* frater ærate proximus, Septimaniæ præses, Mompelii è febri violenta subitò decessisset, proinde consilium occultum in aula initum est de *Montmorancio* noctu fascia injecta præfocando, nec nisi *Ægydii Souvrei*, Regii Cubicularii, cui rei exequendæ negocium datum fuerat, probitate ac beneficio vita ei servata fuit, quemadmodum *Thuanus Lib.* LXI refert. Restitutus denique in integrum, necessitate ea per Alenzonii & Navarri fugam, & cum Damvilla conjunctionem aulæ, incecta, qua erat generositate, privatas injurias statim reipublicæ condonavit, neque tam fratrum, quorum aliqui tumultuantium partibus se junxerant, rationem habuit, quàm omni opere nisus est, ut Regis obsequio & patriæ charitate, quæ per bella civilia laceratur, nihil sibi propius esse & verbis & facto ipso comprobaret. Cum Lotharingis etiam in gratiam rediit, adeo ut cum paucis ante mortem mensibus in ipsa regia, ubi diversorium habebat, Lutetiæ ictu sanguinis oppressus esset, Guisius tota nocte lecto decumbentis assideret, & omni officiorum genere benevolentiam erga eum testaretur, Montmorancio dein ex eo morbo aliquantum convalescente, eum Cantiliam deportatum Guisius, & sedulò invisit, & omni minimè ficati amoris significatione, quanquam conclamata jam salute, prosecutus est. Indecum paulò ante è Neustria, quo Regis jussu ad provinciæ comitia, rebus ad motus internos spectantibus profectus fuerat, redisset, Escovani in arce sua recurrente morbo oppressus, cum vix L. ætatis annum attigisset, optimè meritam de regno animam Deo reddidit, *ultimi Gallorum* elogio decoratus, versúsque lachrymis etiam eorum qui vivo minus benè volebant deploratus, acmulto tempore post à Rege, cum in ultima sua verè calamitosa tempora incidisset, serò desideratus. [*Thuan. Lib.* LXVIII] Corpus defuncti *Montmorancium* delatum, & solemni pompa, quam *Laburerius Addit. ad Castelu T. II. p. 415* descripsit, in æde *S. Martini* majorum tumulis illatum est, monumento, quod in memoriam virtutum ejus conditum Ligæ rabies posteritati invidit, Jac. Augustus Thuanus hos adscripsit versus:

Ultimus Hectoridûm pietate insignis & armis
FRANCISCVS jacet hôc, quo Gallia tota, sepulcro.

HENRICUS Montmorancius, *Damvilla* genitore & fratre natu majore viventibus dictus, hæres virtutum non minus ac facultatum & dignitatum paternarum evasit. Vix pubescens militiam auspicatus, in defensione *Metæ* & in Picardia prima fortitudinis rudimenta dedit, inde in Pedemontio equitum leviorum armaturæ moderator, Hispanos ad pontem *Asturæ* atroci certamine superavit, & maximè strenui, imperterriti, solertis ac dexteri famam retulit. Orto postea intestino bello præcipua ejusin *Drocensi* prælio gloria fuit, eò quod patris captivitatem, de qua paulò ante dictum est, capto vicissim Condæo, Protestantium duce, sarsit. Eodem temporis tractu Septimaniæ præfecturam indeptus, biennio post, nempe a. 1565. *Tribunatu Equitum* auctus est, hancque dignitatem præclarissimè sustinuit in pugna *SanDionysiana*, qua nutantem cæso *Comestabili* parente suo aciem confirmavit, victoriâmque hostibus dubiam fecit. Exinde ob crescentem quotidiè veterum æmulorum in aula potentiam, auctúmque eorundem stimulis Regis Caroli IX erga Montmorancios odium, in Septimaniam se contulit; illo verò mortuo prævetendas ratus apud novum Regem malevolorum criminationes, è Polonia adventanti Taurinum usque

FAMILIÆ MONTM

DOMINI DE NIVELLE ET DE

JOHANNES de Montmorency, DN. DE NIVELL
Villain, Johannis Dn. de Huyſſe f.

Johannes de Montmor. II. Dn. de Nivelle † ante 1510. *Margarita de Hornes, Jacobi I. C. de Hornes f.*

Jacobus de M. † cœlebs.

Carolus de M. † 1467, æt. 3.

Philippus de M. Dn. d *Maria de Hornes, Vid*

Fridericus de M. † inf.

Joſephus de M. Dn. de Nivelle † 1530. *Annad'Egmond, Flori C. de Bure f.*

Iſabella, ux. Joachimi de Hangeſt Dn. de Moyencourt.

Margarita, nup. Roberto de Longneval, Dn. de la Tour.

Maria 153

Philippus de Montm. II. C. de HORNES occ. 5. Jun. 1568, æt. 60. *Walburgis, Wilhelmi C. de Nieunar f.*

Florus de M. B. de Montigny † m. Oct. 1570. *Helena de Melun, Hugonis Pr. d' Eſpinoy f. 1563.*

Maria, nup. 1. Carolo II. C. Lalano, 2. Petro Erneſto C. Mansfeld. † 5. Februar. 1570.

2. *Eleonora, nup.* 1. Pet 2. Antonio Lalaing

Philippus de Montmorency, † ante patrem.

Philippus de Montmor. † 1566, æt. 2.

Florus de Montmor. n. 1568, † 1570.

LUDOVICUS de Montmorency, B
Johannis II. Dn. de Montm
de Waſtines fil. & hæres.

Rolandus de Montm. B. de Foſſeux † 1506. *Aloiſia d'Orgemont, Caroli Dn. de Mery f.*

OGERIUS de Montm. DN. DE WASTINES. Vid. Tab. V.

CLAUDIUS de Montmor. B. DE FOSSEUX. Vid. Tab. ſeq. IV.

Anna, nup. 1. Antonio de Crequy Dn. de Rimboval, 2. Wilhelmo de la Motte Dn. de Beaufart.

Aloiſia, uxor Johannis de Rouvroy Dn. de Sandricourt.

MORANCIÆ TAB. III.

A.

E MONTIGNY, COM. DE HORNES.

E, Johannis II. Dn. de Montmorency F. † 1477. *Goudela*

e Nivelle post fratrem † 1526. *ierici Dn. de Montigny f. primog.*

Marcus de M. †inf.

Margarita, nup. Arnoldo de Hornes, C. de Hautkerke.

Honorina, ux. 1. Nicolai de S. Adelgonde, Dn. de Noircarmes, 2. Caroli de Rubempré Vicec. de Montenac † 1510.

† *Franciſca* † 1570.

Helena Prioriſſa S. Agn. Gand. † 1578.

Robertus de M. Dn. de Wimes †1554. ſine lib. legit. *Johanna de Bailleul Dom. de Douxlieu.*

Philippus de M. Dn. de Hachicourt Eq. Aur. Vell. 1556. † 1566.

Claudia moniali †1564

nio de Lalain, Dn. de Bignicourt, o C. de Hochſtrate.

Rogerus de M. *nothus, Abbas de S. Waſt à Arras* †1572.

Nicolaus de M. nothus, Dn. d'Auberlieu, †1582. *Maria de Viſchery.*

Fridericus de M. nothus. ſine lib. *Philippina de Gevignies.*

Jacobina, nup. Antonio de Warluzier Dn. de Sombrin.

B.

ARO DE FOSSEUX, Dn. de Barly, d'Auteville &c.
rency F. † 1490. *Margarita, Johannis cogn. Peri Dn.*

Johannes de Montm. DN. DE ROUPY & de Nomaing † 1530. *Johanna, Hennetta, Quintini Dn. de Bercu f.*

Cyprianus de Montm. Dn. de Barly † 1528. Ll. *Maria de Markais.*

Nicolaus de Montm. Dn. de Roupy. 1. *Catharina de Baſſerode,* 2. *Florentia de Wiſſecq, Philippi Dn. de Bauny fil.*

Quintinus de M. † ſine l.

Magdalena, nup. Baldrio de Roiſin.

Jacobina, Abbatiſſa de Sains le Douay.

obviam occurrit. Quantumvis autem ab eo benignè in speciem exceptus, & in signum singularis benevolentiæ de Marchionatu *Saluciarum* (in quo postremus Marchio improlis successorem nuncupaverat Comestabilem Montmorancium, utpote prognatum à *Thoma III March. Saluc.*) per gnatam ejus *Johannam*, quæ *Guidoni de Neelle Dom. d'Offemont* elocata filiam *cognominem* habuit, *Jacobo de Villers Dom. de l'Isleadam* nuptam, eandemque aviam maternam *Annæ Pot*, quæ Comestabilis genitrix erat) investitus fuerit, subdissisus tamen, ad amicorum monita, occulto & abstruso Henrici III ingenio, atque inimicorum machinationibus, occupavit in Septimaniam reverti, suæque securitati consulere. Vix eò delatum Rex insecutus, & Lugduno Avenionem profectus est, ut consilia sub excessum Caroli IX, autoritas regina matre & Cancellario *Birago* inita executioni mandaret, & præfectura sua Damvillam armata vi exueret. Hic vero re cognita nihil amplius cunctandum ratus, *unioni* inter Catholicos, qui *Politici* dicti sunt, & Protestantes *Milialdi* in *Rutenis* fanciæ palàm accessit, petitusque non ita multò post veneno ad bellum seriò ac sedulò gerendum se comparavit. Injecta post Alenzonii ex aula ad fœderatos illos discessum à regiis mentione pacis, eaque d. 27 April. a. 1576 concluſa, aula nihilominus *Damvilla* abstinuit, quod odium erga se suosque nondum detumuisse intelligeret, ideòque privatæ pariter ac publicæ salutis ergò cum Henrico Navarro consilia vires que sociavit, atque ita se gessit, ut deniqueRegi Henrico III, postquam is à Liga ad extrema omnia redactus fuisset, fidelitatem suam probaret, prætereáque Navarrum sibi devinciret, usque adeò ut à potito rerum in Gallia maximo in pretio haberetur, & ad supremum honorum apicem, *Comestabilis* scilicet munus a. 1593 proveheretur; atque hanc spartam ornavit, donec ætate confecta naturæ debitum persolveret. *Id* verò *omitti non debet* (Gramondi verba è Lib. I Hist. Gall. nunc refero) *non modo nescivisse illum literas, sed ne prima quidem elementa: ut portento haud absimile videri possit, virum literarum penitus rudem solo naturæ genio summum rerum apicem assequutum, quem ambiguis temporibus tenuit, tanta laude ut aulicorum ætatis suæ princeps „fuerit, seu natales, seu fortunam attendis, aut dotes animi.* Ubi extrema imminere sensit, reparandæ, „quam laxius traduxerat, vitæ, Patri Archangelo Capucino credit se totum, func præcingitur, subque Franciscano Capucinorum habitu in cinere & cilicio momentum explet, unde pendet æterni„tas. Ferunt navitam dum Pedenatio Agatham in Deiparæ sacras ædes secundo amne cadaver in„vehebat, suspensum habitus novitate, quo Franciscanus erat risisse in hunc salem. *Frustra mentiris te monachum decipiendis janitoribus cœli, qui posito ad fores cucullo dignoscere.* Vxores tres habuit, primam illustri genere ortam, & egregia forma famaque ornatam, qua tamen vivente aliquot *amicas* coluit, atque ex iis *filios tres naturales* videlicet *Splendianum Dom. du Hallier*, Franciscæ de Cha*teuneuf* maritum, *Hannibalem*, qui Monspelienſi obsidionia. 1622. interfuisse memoratur, nec non *Julium* Equitem Melitensem, & gnatam, *Mariam* a. 1581. *Jacobo de Faye Baroni de Beraut* nuptam genuit. Secundam ac tertiam soliusformæ illecebris impulsus duxisse fertur, & posteriorem, postquam usu deflagrasset amor, „scrupulum conscientiæ ex propinqua ejus cum secunda cognatione (erat enim *Laurentia Clarimontia* matertera *Aloisiæ de Budos*) sibi injectum obtentui fumens, è contubernio suo dimisit, & ad castrum *Villiers-le Bel* relegavit, ubi usque ad excessum mariti commorata, tandem in gynæceo Reginæ Annæ Austriacæ primum locum obtinuit.

CAROLUS *Montmorancius* Dynasta *de Meru* dictus, usque dum à Rege Ludovico XIII. *Dux Damvillæ* & *Par Franciæ* creatus, quod anno demum 1611 factum, naturam iniquam habuit: erat enim *gibbosus* & *balbus*, sed animo magnus, intrepidus ac ferox, manu promptus & fortis, qui in bellis civilibus, præcipue in famosis illis prælis, *Drocensi* nempè, *Sancti Dionysiano*, *Monconturio*, *Credonensi* & *Arcuensi*, quibus singulis interfuit, impigrè rem gessit, & primo *Colonelli Helvetiorum*, postea *Admiralis Franciæ* munera meruit. Prole destitutus *Henricum* nepotem suum è fratre hæredem scripsit. *Labur. Addit. ad Castaln. L. 7.*

GABRIEL *Montmorancius*, *Montberonius* cognominatus, à Baronatu hujus nominis in Comitatu Engolismensi sito, quem mater ejus dotis loco in Montmorancium domum intulerat, ab *Aloisia Sabauda* amita sua, cadémque R. Francisci I. matre, dono acceptum, patri præ cæteris filiis eximiè charus fuisse fertur. Hinc simulac illum animosum ac belli patientem animadvertit, ut inclaresceret, secum in castra ad prælium apud *Fanum Quintini* commissum duxit, ubi ille ad latus patris strenuè pugnans cum eo captus, nec nisi lytro XX mille scutatorum persoluto libertati redditus fuit. A. 1561. alam L. equitum hastatorum regens in obsidione *Rotomagensi* strenui juvenis famam adeptus est, meruitque ut *torque Ordinis regii* nondum exacto anno ætatis XVIII decoraretur. Exinde cum Condæus Lutetiæ appropinquaret, contracta cum illius armigero rixa, ab eodem, opportunitatem iram suam distringendi quærente, in prælio *Drocensi*, dum ab hostibus cinctus fortiter dimicat, sclopperto in cervicem adacto occisus est. *Labur. Addit. ad Castaln. Lib. 4.*

WILHELMUS *Montmorancius Thoreu* famam boni bellatoris, in prœliis *San-Dionysiano* & *Monconturio* partam, pœnè amisit ob stragem qua bis mille equites Germanos Alenzonio auxilio adducens à Guisio juxta *Theodorici castrum* ad *Matronam* affectus est: illius quippe, *Alenzonii* scilicet, à Rege dissidentis, partibus accesserat, & factionis *Politicorum* præcipuus incentor extiterat. Posteà verò

verò Regi reconciliatus *Silvanectensi* victoria, cujus præcipua pars fuit ac momentum, strenui ducis nomen ac existimationem recuperavit. Primaejus uxor, quæ *Humeriæ* familiæ opulentissimæ hæres erat, ex horrore, quem *Poltrotii*, qui Guisiæ Ducem interfecerat, supplicium aspiciens concepit, mortua est, superstite filia, quæ mox vivis exempta pater *Thoreus* successionem ad se pertinere contendens, cum *Jacobo Humerio* diu coram Senatu altercatus est, vixque tandem inter partes transactum fuit, iniquis, quoad Humerium, conditionibus. *Thuan. Lib. 63. Labur. loc. cit.*

HENRICUS II *Dux Montmorancium* vixephebus factus munere *Admiratus Francie*, pauloq; post *torque S. Spiritus*, à Rege *Ludovico* XIII. ornatus est. Erat in eo naturalis bonitas & liberalitas, morum suavitas ac dulcedo, ut demerendis hominibus genitus videretur; animus præterea pulcherrimo ac magnus, forma imperatoria. Refert *Laburerius in Addit. ad Mem. Casteln.* Petrum *Giron Ducem Ossunæ*, genere Hispanum, eundemque ob animi ingenii que præstantiam clarissimum, facto aliquando per Septimaniam itinere, à Montmorancio solita humanitate ac magnificentia exceptum in vultu ejus defixisse oculos, & interrogatum, numquid esset, quod in se reprehenderet, respondisse, *utique errorem* nempe *naturæ*, & subjecisse, cùm de sensu horum verborum solicitum eum esse animadvertisset, *quod illa dum Regem à fegigni putaret, Ducem tantum effinxerit.* Et verò, erant in eo (ut citati autoris *verbum* huc transferam) omnes animi corporisque eximiæ dotes, quæ in Viro Principe desiderari possunt; illustris ortus, summa opulentia, eique par liberalitas, fortitudo benignitate mixta, animi magnitudo singularis, sed expers ambitionis ac vanitatis. Equidem laudari ac honorari non metuebat, sed malebat simplici virtute mereri quàm captare gloriam. Sufficiet è præclarè ab ipso gestis commemorasse atrox prælium classe cum Rupellanis a. 1625 commissum, victoriam de Hispanis & Sabaudis a. 1630 prope Avilianum partam, & brevi apud Carinianum repetitam, servati Casalii decus, ut dignus prorsus fuisse appareat, cui unicum condonaretur crimen, ex mera naturæ suæ facilitate profectum, quod nimirum non posset non præstare Duci Aurelianensi officium, de quo rogatus ab eo fuerat eidemque asylum in regione, cui præerat, præbere, quodque persuaderi se passus est, fore ut in summi de Rege & republica meriti loco aliquando reponeretur, si Regis matri, fratrique tunc pro hærede Coronæ habito manus porrexerit, utpote sperantibus protectionem suam ad redigendum in concordiam domum regiam plurimùm momenti allaturam. Constat è superius dictis, patrem ipsius simile officii genus Duci Alenzonio & Navarræ Regi felici successu exhibuisse, neque laudem tantùm sed & præmia inde reportasse. Hic vero ea propter & dignitates ac vitam amisit, sed animo adeo heroico, ut supplicium ejus victoriis accenseri queat. Nimirum cum in gratiam Reginæ matris & odio communi in Richelium ad Ducis Aurelianensis partes se applicuisset, Septimaniam inferiorem, cui præerat, pro eo armasset, atque occurrentem sibi Cal. Sept. 1632. ad *Castronovarium Lauracorum* urbem cum regiis copiis *Schombergium*, & certamen declinantem, abreptus cupidine pugnandi adortus esset, in prima dimicatione equo jam saucio, eoque post modum procumbente, decem acceptis vulneribus, cùm in spissos ordines penetrasset, humi fusus capetus, & à victoribus *Castronovarium* delatus fuit, inde porrò Regis jussu *Tolosam* abductus, ibidemque à Parlamento tanquam læsæ majestatis reus capitis damnatus, frustra intercedentibus & Regis clementiam enixissime imprecantibus Principibus Proceribusque Galliæ, prævalente scilicet sanguinarii Ministri tyrannide, in ipsa curia morte affectus est, quam quidem ille fortitudine Christiana & Heroica subiit, adeò ut, ceu *Buserius* loqui amat, *nullus unquam in illustri Montmorancio rum stirpe generosius animam posuerit.* Dolori verò summo omnibus cordatis Gallis fuit tanti viri tristis & indignus casus; vixque unquam ulli magnatum tot lacrymis & elogiis parentatum fuit, & refert *Laburerius (Addit. ad Memor. Casteln. T. 2. p. 152.)* accepisse se ex ore Henrici Principis Condæi, ipsum Regem *Ludovicum*, cum animam ageret, non lacrymis, sed singultibus, pœnitentiam cædis hujus exeruisse, eumque obnixè orasse, ut vim sibi tunc factam, consensumque suum in supplicium Montmorancii invito extortum fuisse, vellet esse persuasissimus. Destinata erat *Henrico II. D. Montmorancio* uxor *Johanna de Scepeaux Duciſſa de Beauprè & Comitiſſa de Chamillé*, eademque verbis ipsi a. 1609, condicta ac desponsata; rupto autem ex voluntate Regis *Henrici IV.* hoc matrimonio ad *Catharinam Henricam* filiam ejus naturalem animum adjungere jussus est interveniente verò nece Regis hæc etiam nuptiæ successu caruere, duxitque ille tandem cognatam Reginæ *Ursinam*: hæc mariti fato superstes afflicta & confecta luctu, solitariam vitam amplexa est, ac *Meloduni* in monasterio, quod ipsa met fundavit, reliquum ætatis peregit, exstructo etiam in æde cœnobii S. *Josepho* dicata elegantissimo Mausoleo, in quo simulacra utriusque conjugum è candido marmore affabre facta & sibi mutuo assidentia, conspiciuntur, cum hac subscriptione:

FAMILIÆ MONTM

MARCHIONES DE THURY, BARONES DE FOSSEUX ET D
D. DE LUXEMB

CLAUDIUS de Montmorency B. DE FOSSEUX, *derici Dn. d' Aumont, & Franciſca de Ferrieres Dom*

Petrus de Montm. I. M. de THURY. *Jacobina d' Avaugour, Jacobi Dn. de Courtalain f.*

Carola, nup. Carolo de Groc, Dn. de Mortefontaine.

Genevieva, nup. 1. Ægydio de Pellevé Dn. de Rebes, 2. Johanni de Rouvroy Dn. de Hedouville.

Franciſca, monialis.

Claudia, monial †1614.

Annas de Montmorency M. de Thury † 1592. *Maria de Beaune, Johannis Dn. de la Tour f. 1577.*

Guido de Montmor. † juv.

Aloiſia, nup. Petro de Valée. B. de Pecheré.

Johanna, ux. Antonii de Beauxoncles, Dn. de Bourguerin.

Aloiſia, nup. Petro de Valée. B. de Pecheré.

Johanna, ux. Antonii de Beauxoncles, Dn. de Bourguerin.

Petrus de Montmorency Dn. de LAURESSE & de Vair. *1. Aloiſia de Laval, Dom. de la Faigne, 1584. 2. Suſanna de Rieux, Renati M. d' Aſſerac f. 1601.*

Claudius de M. † infans.

Franciſcus de M. † cœlebs.

Franciſcus de M. B. de Foſſeux. *Carola de Garges Dn. d' Tourelle Chaſtel.*

Diana, nup. 1 Ludovico de Franquetot Dn. d' Auſſay. 2. Iſaaco de Piennes Dn. de Briqueville.

Follain.

2. *Philippus de M. Dn. d' Avaugour.*

2. *Franciſcus de M. B. de Vair.*

2. *Margarita, ux.* Jacobi Freſeau Dn. de Rochette.

Franciſcus de Montmor. M. de Thury, B. de Foſſeux, primus Baro Chriſtianus Franciæ, † 25. Febr. 1684. æt. 69. *Antonii M. de Palaiſeau f.*

Maria. Eliſabetha de Harville.

Petrus de Montmorency II. M. de Thury, † 1615. *Carola du Val Germani Vicecomitis de Corbeil f.*

Franciſcus de Montm. Abbas de Mo'eſme Dn. de Charſonville.

Jacobina, nup. Florimonto de Moulins Dn. de Rochefort.

Henricus de Montm. B. de Laureſſes. † ſine lib.

2. Petrus de Montmorency II. B. de Laureſſe. *Aloiſia de Lonbelon, Alexandri M. des Eſſarts f. & h.*

N. fratris hæres nupta N. de Stainville Dn. de Cauvonges.

Henricus Matthæus de Montm. n. 1648. M. de Foſſeux & de Thury.

Jacobus Buchardus de Montm. † 19. Oct. 1678.

Leo de Montm. n. 1664.

Anna Franciſca, monialis †

Carolus Franciſcus Frideri... Pr. de Tingry.

. . . . . d' A...

bert, Caroli Honorati D. d... Chevreuſe f. 28. Aug. 1686.

IORANCIÆ TAB. IV.

DE LAURESSES, COMITES DE LUSSE ET DE BOUTEVILLE, BOURG-PINAY.

d'Auteville & de Baillet, Rolandi F. †1546. *Anna, Fri-*
de Thury f.

Franciscus de M. Dn. d'AUTEVILLE. 1. *Johanna, Troili de Mondragon fil. un.* 2. *Aloisia de Gebert.*

Carolus de M. *Abbas de N. Dame de Lannoy.*

Claudius de M. *Abbas de N. Dame de Ressons.*

Georgius de Montm. *Francisca Patart, Dom. de Germigny.*

Margarita Dom. d'Aumont, nup. Richardo le Pellenier Dn. de Martainville.

2. *Margarita, ux.* Renati de Rouxelle, B. de Saiche.

1. Ludovicus de Montmor. Dn. de BOUTEVILLE C. de LUSSE, † 1615. *Carola Catharina, Caroli C. de Luss. f. & h. 1593.*

1. Jacobus de Montm. † sine lib. *Josina d'Offgnies.*

1. Franciscus de Montmorency Dn. de Hallot, occ. 1592. *Claudia Herbert dicta d'Offonvilliers.*

Aloisia, nup. Henrico Dn. de Tournon.

Claudia, ux. Antonii de Grammont, C. de Guiche.

Ludovicus de M. *Abbas de S. La.*

Franciscus de M. C. de Lusse, Dn. de Bouteville, decoll. m. Jul. 1627. *Elisabetha de Vienne.*

Henricus de M. C. de Lusse, † 1616. æt. 19.

Jordana Magdalena, nup. Caspari de Peiel, Vicecom. de Cabanes.

Francisca, uxor Sebastiani de Rosmadec, B. Molac.

Antonia, ux. Michaelis [illegible] de Bourgoin Dn. de

2. *Susanna, nup.* Johanni [illegible]

Francisca, nup. Francisco de Broc, Dn. & B. de S. Mars de la Pile.

Franciscus Henricus de Montmor. posthumus, n. 1628. m. Jan. C. de Lusse & de Boutev. post DUX de LUXEMBOURG-PINAY, Maresc. Fr. *Magdalena Bona Theresia de Clermont-Tallard, hæres Duc. Luxembourg-Pinay 17. Mart. 1661.*

Margarita, ux. Dominici d'Estampes M. de Valencay, † *m. Sept.* 1684.

Elisabetha Angelica, nup. 1. Caspari de Coligny, Dn. de Chatillon, 1645. 2. Christiano Ludovico D. Meklenburg, 1663.

Henricus, *Abbas.*

Paulus Sigismundus Com. de Lusse.

Christianus Ludovicus, *Eques de* Luxembourg dictus.

Angelica Cunigunda.

HENRICO II. MOMMORANCIACI DUCI ULTIMO ET MAXIMO

Franciæ Pari, Thalassiarcho, Polemarcho, Terrori hostium, amori suorum
Maria Felix Vrsina ex Romana stirpe conjux unica
Cui ex immensis Viri divitiis unæ, amor vivventis, & functi cineres
post exactos in conjugio felicissimo annos XVIII
marito incomparabili de quo dolere nihil unquam potuit, nisi mortem
bene merenti F. An. Sal. clɔ Ic LII, sui luctus XX.

AD TAB. III.

IOHANNES *Montmorancius Nivellensis* postquam à parente, qui à secundæ conjugis suæ nutu pendebat, jure primogenituræ multatus, & unà cum fratre germano *Ludovico* exhæredatus fuit, prætextu inde sumto quod uterque Duci Burgundiæ addictior esset, Rex etiam *Ludovicus* XI exhæredationem illam approbatione sua confirmatiorem reddidit, orta est gravis controversia, quæ coram Senatu Parisiensi à clarissimis & disertissimis causarum patronis ventilata, hunc tandem eventum sortita est, ut *Johanni* ratione dotis maternæ *quarta pars Baronatus Montmoranciani & reliquæ ditionis paternæ* adjudicaretur. Ægrè autem ferens quod in integrum restitutus non esset, sedem fortunarum in *Flandriam* transtulit, ubi à Duce Burgundiæ liberaliter exceptus, & munere *Camerarii* auctus illicò fuit. *Labur. Addit. ad Memor. Casteln.*

JOHANNI II *Montmorancio Dn. de Nivelle* proles legitimo è toro susceptа nulla fuit, è concubina autem natus filius *Petrus* a. 1510 natalium jure donatus, is uxorem duxit *Elisabetham van der Moere, Jacobi & Liviniæ de Sickers* filiam, atque cum ea genuit *Annam* nuptam N. *van Esche*, & *Brugis* à 1611 defunctam, nec non *Johannem Montmorancium*, cui ex uxore *Maria Eeckhoute Johannis Dn. de Goude & d' Amelbergue* gnatа, filii duo fuere, in cœlibatu mortui, & alter quidem ex eis *Caspar* in prælio ad *Neoportum* centurio occubuit.

PHILIPPUS *Montmorancius C. Hornanus* & FLORUS B. *Montinius* uti natura & moribus ita fortuna congruerunt, hancque æque malam senserunt, atque illos bonos habuere: *prioris* virtus enituit in pugna ad S. *Quintinum*, qua *Gabrielem Montmorancium Montberonium* Annæi Comestabilis filium, cepit; aliis porrò de *Carolo* V & *Philippo* II Hisp. Regibus meritis magnam sibi existimationem summasque dignitates peperit: auctus enim fuit successive præfecturis militum Prætorianorum, Ducatus Geldriæ, Comitatus Zutphaniæ & denique maris Belgici, ornatus præterea *torque Aurei Velleris*; ad hos honores magnus cumulus privatarum facultatum, videlicet Comitatus *Hornanus*, dominium supremum *Werdt* & dynastia *Altena* ex donatione virtici ipsius *Johannis C. Hornani*, cui *Anna Egmondana Burana* fecundis nuptiis in manum convenit; porrò Comitatus *Nuenarius, Mœrsensis* ac *Sarrverdanus* uxorio jure, postquam *Hermannus Nuenarius, Walburgis* frater, improlis decessisset. Atque hactenus contendisse videbatur fortuna cum virtute ad constituendam ejus magnitudinem; verum apparuit mox ideò evectum ab illa fuisse, ut lapsu illustriore rueret; nimirum cum generosiore esset animo, quam ut decus ac libertatem suam Hispanorum lubidini & Cardinalis *Granvellani* fastui gratificaretur, huic, nova subinde ac insolentia, religionem Regisque auctoritatem obtentui sumendo, invehere conanti, omni, quod ajunt, pede contra stetit, crebrisque ea propter literis Regem interpellavit, qui quidem haud iniquo animo querelas ejus accepisse visus est, evocando è Belgio in Hispaniam Granvellanum. Verùm *Albanus* qui ei successor datus fuit, simulae in Belgium venit, non dissimulavit, quantopere suspectam Hornani Comitis haberet virtutem, gestiensque documentum edere dicterii sui, quo *Pauca salmonum piscium capita multis ranunciolarum millibus præstare* jactans, novo modo veterem expressit sententiam, quæ sublatis è Rep. primoribus, munire tyrannidem docet, illum cum *Egmondano* Comite, dolo in curiam ad ordinandam Remp. d. 6 Sept. 1667 accivit, & ægrè, ceu præsagum, at ab Egmondano timoris insimulatum, venientem detineri jussit, posteà ambos Gandavum in custodiam misit, & nono demum abhinc mense Bruxellas rursum

evectos

evectos capitis damnavit, crimini eis in sententia ferali datum, quod contra fidem obsequii pe iculosè ac seditiosè se turbis miscuissent, quod fœderi Wilhelmi Nassovii Arausionensis ac sociorum pro libertate Belgii contra inquisitionem Hispanicam; hoc est, contra Regiam Majestatem, inito subscripsissent; quòd Nobilitatis patrocinium suscepissent & ad seditiones & Protestantium effrenatam rabiem in provinciarum sibi commissarum administratione, in religionis Catholicæ perniciem, præpostera dissimulatione usi essent. Maturasse utrique exitium putatur, quod eùm Albanus post cladem, quam in Frisia Johannes Arembergius à Nassoviis accepit, necesse haberet, quam primum cum omnibus copiis, ut damnum illud sarciret, profi.isci, metueret, ne à tergo relictis primariis nobilitatis ducibus, licet captivis, aliqui motus per suam absentiam exorirentur. Proinde ut se metu eo liberaret, & simul terrore per ipsorum supplicium cunctis injecto expeditior & terribilior in hostem vaderet, sententiam executioni demandari jussit. Itaque *Nonis Junii*, quæ in pervigilium *Pentecostes* illius anni incidebant, sub meridiem in forum, ubi pegma ad id paratum & pannis lugubribus instratum erat, deducti primò *Egmondanus*, posteà *Hornanus*, cervices carnifici præbuere: capita suffixa palis, duobus horis ad spectaculum Belgarum in oculis atrox prostiterunt. Corpora à ministris loculo plumbeo condita, in proximo Claræ fano deposita primùm, posteà majorum tumulis illata sunt, & *Hornanus* quidem *Campiniæ* in Brabantia sepultus est. Hoc erat *Philippi Montmorancii Com. Hornani* fatum, immane profectò & virtute ac meritis ranci viri indignum. Verum baud dispar fratrem ejus *Florum Baronem Montinium* manebat: is à Rege Philippo II *Tornacensi* ditioni præfectus, & *Equitibus auret Velleris* adscriptus, ob animi integritatem ac magnitudinem inter populares suos, ob prudentiam verò & multarum rerum usum etiam inter regios magna in celebritate versabatur, & dedit fidei suæ virtutumque illarum documenta in tumultu *Tornacia*, 1562. orto, quem suâ præsentia celeriter composuit, & in legatione, quam non ita multò post in aula Hispanica nomine *Margaritæ Austriæ Ducissæ Parmensis*, Belgii Gubernatricis, & Ordinum Flandriæ obiit benignè à Rege nec sine commendatione dimissus. Verùm eùm a. 1567. secunda vice in Hispaniam unà cum *Johanne Glimæo Comite Bergensi* missus esset, ut de Belgicarum rerum statu ad Regem ambo referrent, cunctationibus in genteilla usitatis, nec non apparatibus simulatis, quasi Rex in Belgium profecturus esset, diu delusi, & eadem in carcerem conjecti sunt, ubi *Bergensis* è mœrore animi non sine suspicione veneni decessit. *Montinius* verò *Segoviam* translatus, ibidemque indignis modis habitus, tertio demum post anno *veneno* potioni indito, nec ferro, ceu plerique scripsere, necatus est; bonaque ejus ab Albano in fiscum redacta sunt. *Labur. l.c.*

AD TAB. IV.

FRANCISCUS *Montmorancius Halotu, Franciſci Dn. d' Auteville* F. cùm in obsidione Rotomagensi, facta ab obsessis eruptione, ictu sclopeti majoris in femore ictus, equo pariter suffosso concidisset, ex eo vulnere vix convaluit, ita tamen debilitatus remansit, ut pedibus propriis insistere & nisi tibicinibus fultus incedere minimè valeret. Enm *Vernonii* in proximo desidem *Christophorus Alegrius Marchio* ob privatas simultates, quarum reconciliationem perfidè simulabat, ad salutandum admissus, insigni scelere inter complexus pugionum ictibus confodit. *Thuan. lib. 102.*

FRANCISCO *Montmorancio Butevilleo* animus gladiatorius atque imperterritus, quo pollebat, famam paravit. Percrebuerat apud Gallos pravissimus mos, ut ad duella non minus hilarè & libenter curreretur ac ad tripudia, & affectabat quicunque aliquid esse volebat laudem pugnacitatis; hoc morbo cum inprimis *Butevilleus* teneretur, commilitonibus suis gloriam armis meritam facilè invidebat, & ex socio transibat in æmulum, ferroque experiebatur promiscuè, si quis armorum fama valebat, quo comparatione vilesceret. Primus, cum quo congressus esse memoratur, *Rogerius Daillonius Pontgibaudus* fuit, quem sacratissimo Christianorum festo *Paschatis* nempe a. 1624, &, horresco referens, ad sacram Synaxin, post peractam peccatorum confessionem, accedentem per *Celsum Rabutinium Chantalium* levi in aurem susurro provocavit, atque adeò à re Divina ad infernale facinus avocavit; neque verò major *Pontgibaudo* fuit religio ac illi: is enim relicta communione sacra eademque nefandi honoris libidini posthabita ad indictam aream provolavit, & stricto ferro cum Butevilleo, coivit, à quo gravi vulnere affectus, nec nisi amicorum opportune advenientium opera exitio ereptus est, mox eadem via, sed alterius manu, ad orcum abigendus. Uterque verò inquisitioni procuratoris fisci se subducere necesse

FAMILIÆ MONTM

BARONES DE WASTINES, COM. D' ESTERRE, MARQ

OGERIUS de Montmorency, BA
de Berſée de Barly &c. Ludov
Anna, Renati Dn. de Vendegies

Johannes de Montm. B. de Waſtines † 1538. *Anna de Blon, Ludovici Dn. de Trelon f.*

Rolandus de M. † ætat. 1516.

Franciſcus de M. n. 1495. † ætat.

Franciſcus de Montmorency B. de Waſtines † 1594.
1. *Helena Villain, Adriani Dn. de Raſſenghien fil.*
2. *Jacobina de Recourt, Franciſci Dn. de Recourt fil.*

Johanna, nup. Antonio de Montigny, Dn. de Noyelles.

1. Maximilianus † juv.

1. Ludovicus de Montm. Dn. de BEUVRY † 1585. *Johanna de S. Omer, Johannis Dn. de Mourbecque f. & her.*

1. Nicolaus de M. Dn. de Vendegies C. d' I † 1617. ſ. l. *Anna de Croy, Jacobi Dn. de* fil.

Franciſcus de Montm. *Præpoſ. Caſletenſ.* † 1640, æt. 60.

Antonius de Montmorency Dn. de Beuvry, *Abbas S. Andr. Camerac.*

Fl

Ægydius de Montm. † inf.

Nicolaus de M. Vicec. d' Aire, † 1629.

Ægydius Honorius de M. † 1629.

Rodericus de M. † inf.

Franciſcus Philippus M. de Morbecque, † 3. Dec. 1636.

Eugenius de Montm. PRINCEPS de ROBECQUE, M. de Morbecque Eq. Aur. Vell. † m. Jan. 1683. *Margarita Alexandrina de Ligne, Philippi Pr. Aremberg. fil. 1649.*

Philippus Maria de Montmorency M. de Morbecque. *Maria Philippina de Croy, Philippi Emanuelis C. de Solre f.*

ORANCIÆ TAB. V.

CH. DE MORBECQUE, PRINCIPES DE ROBECQUE.

ARO DE WASTINES, Dn.
ovici B. de Fosseux F. †1523.
ſ. 1486.

Margarita, n. 1487. nup. Adriano de Wau-dricourt Dn. de Nampon.

Aloisia, n. 1491.

Johanna, n. 1494. monialis.

Johannes de M. *nothus* Dn. de Chastellet. *Margarita de Wassenaer.*

Anna, uxor Nicolai de la Houlle, Dn. de Gremouville.

Maria, Priorissa Abbatiæ à Isle, † 1605. æt. 80.

Michaelis, nup. Jacobo de Baudain Dn. de Mauville.

Esterre, *de Saimpy*

1. Johannes de M. Dn. de Hellem, *Carthusianus* †1596.

1. *Philippina, nup.* Adriano de Gomiecourt Dn. de Lagnicourt.

1. *Anna, monialis* †1604.

1. *Maria, † inf.*

1. *Carola, † infans.*

Florus de Montmor. *Jesuita.*

Johannes de Montmor, C. d'ESTERRE & de MORBECQUE Vicec. d'Aire, Equ. Aur. Vell. † 1631. *Magdalena de Lens, Ægydii B. de Deux Aubigniis f.*

Maria, Canonissa Mont. in Hannon.

Helena, nup. Richardo de Merode, Dn. d'Oignies, 1609. †1613.

Helena, nup. Ingelberto d'Immerseele C. de Bouchoven.

Franciscus Ignatius de M. C. d'Esterre.

Maria Francisca, ux. Johannis Tserclaes C. de Tilly.

Maria Isabella, Canonissa Nivell.

Maria Theresia, nata 1621.

Magdalena, nup. Carolo de Brandenberg Vicec. d'Esclais.

Isabella, nup. Philippo Carolo Spinolæ C. de Brouay † m. Sept. 1671.

habuit, & *Butevilleus* quidem fama obſidionis Bredanæ ab Hiſpanis cœptæ excitus, eò ſe cum globo nobilium Gallorum contulit, pro defenſione urbis pugnaturus; venit eodem *Ludovicus Genoliacus Comes de Vaillac*, cum quo *Butevilleo* privata intercedebat ſimultas; ſcindebantur ſtatim in ſtudia Galli, & utrinque amici conglobabantur; ut ex privata diſſenſione haud injuria timeretur prælia fore. *Juſtinus Naſſovius* præfectus urbis, vitando tumultui, duelli copiam fecit; inſtruitur in aciem ordinatam exercitus, ſpectat omnis nobilitas teralem ludum, medii inter armatorum ſe, ta digladiantur ambo, donec *Valiacus* ferro tranſigeretur. Poſt captam ab Hiſpanis Bredam, redux in Galliam *Butevilleus* ſub apluſtribus agnati ſui Ducis Montmorancii Admiralis Franciæ adverſus Rupellanos militavit, & victoria ad *Ream* inſulam de proprætoria Subiſianæ claſſis reportata præterita expiavit, eorundemque veniam à Rege impetravit; hanc vero mox iterum profudit, cùm a. 1626 contracta cum *Carolo C. Torignio* rixa, eundem in duello interemiſſet; quare iterum ex Gallia profugus in Belgium ſeceſſit, ubi ab Archiduciſſa benigne exceptus, mox à *Guidone Harcurtio Beuvrono* eodem profecto, ut *Torignii* matruelis ſui cædem vindicaret, ad certamen provocatur. Tentavit Archiduciſſa re cognita in concordiam illos redigere, vocatisq; in convivium bibit ſpitibus æmulis, illi gratiam referunt, conveniuntque haud ægrè in conſpectu. Verum cùm *Beuvronus* vindictæ cupidus paſſim vulgaret, nunquam deſiturum ſe à propoſito, & niſi experimentum armorum cum *Butevilleo* fecerit, vitam ſibi acerbam fore, iſte pugnæ viciſſim avidus, cum in Belgio ob fidem Archiduciſſæ datam inire eam prohiberetur, Lutetiam citatis equis properare haud dubitavit, ibidemque & quò Regem jactantius læderet, in regia platea (*à la place Royale*) tractis in conſortium Comite *Capellio* & *Bertheo*, cum *Beuvrono*, qui Comitem *Buſſium* & *Buquetum* armigerum ſuum adſciverat, litem ferro diremit. Nimirum d. 12 Maji a. 1627 circa horam ſecundam pomeridianam, poſtquam in domo quadam viæ SanDionyſianæ omnes convenissent, & veſtes induſiaque invicem prætentaſſent ac excuſſiſſent, uno eodemque curru ad dictam aream vecti, & poſtquam deſcendere, eductis enſibus congreſſi ſunt; *Buſſius* in prima ſtatim collione à *Chapellio*, & *Bertheus* à *Buqueto* lethaliter vulnerati, *Beuvronus* autem & *Butevilleus* cum diu æquo Marte pugnaſſent, & facta utrinque impreſſione alter alterum collari prehendiſſet, jámque gladiis abjectis pugiones ſtrictos ac ſurrectos tenerent, à *Chapellio* & *Bertheo* victoribus, rogata invicem ſalute, ſeparati fuere. Digreſſi *Beuvronus* cum *Buqueto* in Angliam, *Butevilleus* verò & *Chapellius* in Lotharingiam abiere, & hi quidem lenta fuga, ita ut ſatis ſpatii haberent Præſidis Senatus Pariſienſis *Meſmii*, qui Buſſii è vulnere mortui vitricus erat, emiſſarii, explorandi illos, & in pago qui à *Vitrio* nomen, ubi in utramque aurem dormiebat Butevilleus, deprehendendi. Reductis itaque ſub arcta cuſtodia Lutetiam iis juſſu Regis inſtructa fuit. Quò totus huic cauſæ ſenatus incumberet, velut indicto juſtitio intermittebantur munia fori; auditi rei in ſella poſtquam faſſi ſunt crimen, omnium calculis ad mortem damnabantur. Exacta fuit pœna in proparulo, ut qui palam & jactanter peccaverant, palàm luerent; trahebantur plauſtro in plateam cui *Greva* nomen, brachia & collum religabat funis; ubi eò ventum, ferreis catenis, militibusque claudebantur omnes in plateam aditus; truncatus primò *Butevilleus* conſtantia memorabili nihil oblocutus, poſteà *Chapellius*. *Gramond. Hiſt. Gall.*

FRANCISCUS HENRICUS *Montmorancius Butevillens* ducta in matrimonium filia unica *Caroli Henrici Claromontani* & *Margaritæ Carolæ Lucemburgicæ*, per abdicationem ſocrus ſoceriquę ſui axioma *Ducis de Lucembourg Pinay* ac *Paris Franciæ* aſſumſit, eoque nomine locum in Parlamento d. 22 Maj 1662 occupavit. Erat *Margarita Carola* poſtrema gentis Lucemburgicæ tota Europa illuſtriſſimæ, è qua Imperatores ac Reges prodiere, ſi in *Henrici Ducis de Pinay-Luxembourg, Principis de Tingry*, neptis *Franciſci Lucemburgii Com. de Rouſſy*, quem Rex Henricus III. a. 1576 *Ducem de Pinay* creavit, quemadmodum *è ſchemate prognologico*, quod pagina tabulam VII familiæ hujus excipiente, ne vacua relinquatur, exhibere opere pretium duxi, patet. Integræ verò familiæ Lucemburgiorum hiſtoriam peculiari opere *Nicolaus Vignierius* excoluit, è quo ramos natu minores, & in Galliam transfuſos *Rittershuſius* in opere ſuo Genealogico recenſuit.

AD

AD TAB. V.

GERIUS *Montmorancius* materna bona in partitione hæreditatis sortitus, sedem fortunarum in Flandria fixit, easque per matrimonium ditione *Vendegies* auxit; ejus filius JOHANNES inter *pocillatores* Regis Hisp. *Philippi* II primum habuit locum.

De LUDOVICO *Montmorancio Beuriæ Domino* hæc apud *Famianum Stradam Dec. II bell. Belg. l. 6.* leguntur: *Valentinus Motta Dominus Oſtendam tentaturus, acceptis ex Italica legione Camilli Capiſucchi aliquot colortibus, cum Wallonum legione, quam Ludovicus Montmorancius Beuriæ Dominus ducebat pro parente ſuo* FRANCISCO *Berſeæ Dynaſta, primum Oſtendæ vigiles ad ſeptum maris improviſus oppreſſit: tum vetus oppidum ingreſſus (bifariam Oſtenda dividitur) caſu qui armati occurrerant, locum quatuor fermè horas victor obtinuit. Sed illo digreſſo ad tormenta, queis aditum ſibi in novum oppidum aperiret, adducenda, pleroſque interea milites huc illúcque diſtraxit aviditas prædæ, conſuetum nempè malum, quod infauſtis ſucceſſibus ſemper in militia damnabitur, ſemper avaritia prævalente retinebitur. Acceſſit, quòd ex Centurionibus, quibus certa ſingulis hora imperata erat, ad aggrediendam urbem, aliqui ultra præſcriptum cunctati ſunt, quo facilius vagos ſparſimque prædabundos oppidani, ac præſidiarii conjunctis viribus invaſere. Et quamquam Montmorancius contracto utcumque conglobatisque ſuorum multis nihil omiſit, quo pugnam animosè reſtitueret; affluentes tamen hoſtes, ipſum prima in acie fortiter obſiſtentem, multis confodêre vulneribus, & projecto in undas corpore, ademêre quidem quælecumque ſolatium liberûm ejus, at paternæ virtutis memoriam, quæ aquis tumulari haud potuit, non ademêre.*

NICOLAI *Montmorancii Dn. de Vandegies* magna apud Archiduces Albertum & Iſabellam fuit exiſtimatio, à quibus inter Secretorum arbitros cooptatus & ærario præfectus, atque a. 1611 titulo *Comitis d'Eſterre* auctus eſt; hunc prole deſtitutus ad fratris filium JOHANNEM transmiſit, cui etiam à matrueli *Roberto de S. Omer* ampla hæreditas & axiomata *Comitis de Morbecque, Principis de Robeque* & *Vicecomitis d'Aire* obtigere.

Inter *Morbecæ Comites* eximiam pietatis atque eruditionis famam ſibi paravit FRANCISCUS Montmorancius, *Ludovici*, niſi me fallit conjectura, *Beuriæ Domini* filius natu maximus, qui Eccleſiaſticum vitæ genus amplexus, *Præpoſitus Caſletenſis*, & *magnus Decanus S. Lamberti Leodii fuit.* Extant ejus *Poëmata*, quibus aliquot *Davidis Pſalmos*, & *Salomonis Canticum Canticorum* expreſſit.

FAMILIÆ MONTMO

DOMINI DE CROISILLES, DE NEUVILLE, & D'

PHILIPPUS de Montmorency DN. de CROISILLES, e
rency F. 1. *Margarita de Bours, Wilhelmi f.* 2. *C*
tonia d Inchy Dn.de S. Leu, 1467.

1. Marcus de Montmorency Dn.de Croisilles, de Wancourt, Molimont, Amongies
ria de Hallvin, hæres de Nieucapelle, Gualtierii Dn. de Hallvin fil.

Antonius de Montmor. Dn. de Croisilles & de la Chapelle † 1529. 1. *Franciſca de Launoy, Dom. de Launaix.*
Balduini Dn. de Molembaix f. 1498. 2. *Johanna, Johannis Dn. de Beaufort f. 1525.*

1. Balduinus de Montm. Dn. de Croisilles, † 1567. 1. *Isabella de Stavele, Jodoci B. de Chaumont f. 1530.* 2. *Catharina de Rubempré, Caroli Dn. de Bieure fil. 1543.*

Artus de Montmorency *Baſtardus* de Croisilles.

1. Georgius de M B. de Croisilles, † 1615. 1. *Franciſca de Jauſſe, Gabrielis Dn. de Maſtaing f. 1567.* 2. *Iſabella de Reneſſe, Johannis Dn. de Mal f.* 3. *Aloiſia de Cruvinghe Dom. de Steenkerke, Johannis Vicec. de Zelande f.*

1. *Franciſca, ux.* Jacobi de Joigny Dn. de Pamele.

1. *Johanna, nup.* Gabrieli de Jauſſe Dn. de Maſtaing.

1. *Anna, Canoniſſa Nivell.*

1. *Aloiſia, monialis.*

1. *Margarita monialis.*

1. Philippus de Montm. Dn. de Wancourt & de Croisilles † an. 1599.

1. *Johanna hæres de Croiſilles, nup.* Philippo de Merode, C. de Middelbourg, Vicec. d' Ypre.

Wilhelmo de M. Dn. de Neuville. *Maria de Montoye Vicec. de Roullers, 1602.*

Georgius de M. Vicec. de Roullers, n. 1607. occ. in obſid. Atreb. 1640. cœlebs.

Adrianus de M. Vicec. de Roullers, n. 1610. † 1667 ſine lib. *Maria Anna Catharina Tats d' Amerongbe.*

Claudius Ludovicus de M. n. 1614 Colonellus. † an. 1645.

Joh. Baptiſta de M. Dn. de Launay, n. 1619, occ. in duello 1640.

Margarita, ux. Antonii de Maulde Dn. de Mauroy.

Urſula Amelbergis, nup. Carolo de Divion B. de Bayghem.

MORANCIÆ TAB. VI.

D HUBERMONT, VICECOMITES DE ROULLERS.

ES, de Courrieres & de Wancourt, Jacobi Dn. de Montmo-
Gertrudis de Reimersvvale, Nicolai Dn. de Lodyck fil. 3. An-

gio & Ruſſignies, † 1499. *Ma-* 1. HUGO de Montmorency DN. de BOURS & COURRIERES. Vid. Tab. ſeq. VII.

Maria † innupta 1500. *Margarita, ux* Johannis de Sars, Dn. de Folle-reau.

Hubertus de Montmorency *Baſtardus.* Gideon de M. *Clericus.* *Franciſca, monialis.*

2. Carolus de M. Dn. de NEUVILLE, Wiſtache, Mercatel, Amongies & Ruſſignies, † 1605. *Johanna le Blanc, Wilhelmi Dn. de Houchin f. 1574.*

2. Iacobus de M. Dn. de Lainax *Canon. Turnac,* † 1596.

2. Balduinus de M. Dn. de HUBERMONT, Launaix & Lannon. † 1593. *Margarita d' Ognies, de Middelbourg.*

2. *Jacobina, ux:* Ferdinandi de la Barre Dn. de Mouſcron.

3. *Anna, nupta* Franciſco Schoutetto Dn. de Laerne.

Catharina, nup. Roberto de Maldeghem Dn. de Grimares, 1611.

Jacobina, ux. Ponti de Divion, B. de Baënghien.

Marcus de M. Dn. de Hubermont, † Patavii in Ital. 1610.

Margarita, † injuv.

Maria, n. 1617. Abbat. d' Avenay, † 1673.

Jacobina Clara, n. 1621, nup. 1. Franciſco de Tournay, Dn. de Mericourt, 2. Johanni C. de Grœsbeck.

Anna Maria, ux. Antonii Maximiliani Baudouin B. de Bagnonville.

Wilhelmus Franciſcus de M. Vicec. de Roullers, dictus PRINCEPS DE MONTMORENCY. *Clara Eugenia, Philippi C. de Hornes-Hautequerque f.*

Wilhelmus Franciſcus de Montm. † 1674, æt. 12.

AD TAB. VI.

ARTUS & HUBERTUS Montmorancii, *Antonii Dn. de Croiſilles* nothi, ductis uxoribus progeniem ediderunt, prior *Antoniam Villain*, *Adriani Dynaſtæ de Raſſenghien* filiam naturalem in conjugio habuit, & patet ex ea factus eſt quinque marium & duarum filiarum: illorum nomina in proclivi ſunt: videlicet 1. *Adrianus*, 2. *Georgius* Eccleſiaſticus, 3. *Johannes Dn. de Delft*, maritus N. *de Bampœle*, qua nati *Petrus* & *Johannes* Montmorancii, 4. *Antonius* genitor *Johannæ* 5. *Maximilianus* qui ex *Adriana de Huele* conjuge ſua procreavit inter alios *Philippum* maritum N. *Coromeæ*. *Hubertus* tori ſociam adſcivit *Margaritam du Bacq*, & ex ea ſuſcepit gnatos tres, ſcilicet *Carolum* cui ducta *Iſabella des Roſieres*, & genita *Johanna*, *Philippo Preudhomme Dn. de Baſinghem* elocata, *Antonium Dn. de Fauquiſſart* maritum primò *Johannæ de Boſquet*, poſt *Margaritæ de Beauſremez* [illegible] & *Johannem*.

AD TAB. VII.

INter Vasconiæ regulos multis jam cum retrò seculis claruere Nogareti, *arbore viridi*, quæ ex ipso nomine *nuar* esse intelligitur, in scuto *aureo* insignium loco usi, & in *lineas duas* distincti; earum una cognomen *de Valletta*, altera *de Fano Felicis* assumpsit. In hac eminuit *Wilhelmus de Nogaret de Saint Felix, Dominus de Cauvisson & de Tamerlet*, Custos Sigilli & Cancellarius Franciæ, qui Philippi Pulchri temporibus pro libertate regni Galliæ insigni facinore Bonifacium VIII. P. R. Franciæ regum Pontificiæ Majestatis beneficiarium asserentem, Anagniæ ope Sarræ Columnæ circa a. 1303. oppressit; atque a. 1313. fato functus est, relictis post se filiis duobus *Raimundo* & *Wilhelmo*; horum *prior* cum *Mariam Bellofortiam, Guerini ab Apcher* viduam uxorem duxisset, nullosque ex ea liberos suscepisset, privigno suo *Raimundo ab Apcher* castrum *Calvissonium* cum ditione *Vannage* & Villa de *Massalencu* donavit, quemadmodum *Franciscus Ducheſnius in Hist. des Chancell. de Fr.* refert. *Larroquius* verò in *Hist. domus Harcourt.* Lib. IX. *Wilhelmo* Cancellario *nepotem è sorore* fuisse ait, *Louvet* cognominatum, ab illo hæredem cum conditione nominis & insignium institutum, & hodiernorum Baronum Calvissonii in Septimania satorem. *Vallettana* linea ad *Pontium Vallettæ Dominum* refertur, patrem *Rogerii*, cui circa a. 1200. *Serena Tholosana*, Bertrandi, qui Raimondi Comitis Tholosani frater erat, gnata, Wilhelmi Regis Siciliæ vidua nupta, & *crux aurea Tholosana* cum avitis insignibus nec non *cruce brachiata argentea Vallettana rubeo solo inscripta* adscita fuit. A illo ingens in chartis meis patet hiatus ad PETRUM Nogaretum usque Vallettæ Dominum, à quo demum schema inchoare necesse habui.

JOHANNES *Nogaretus Valletta* egregia opera, quam Regi Carolo IX. plerisque magnis eventis regiminis ipsius bellique civilis immixtus navavit, præfecturam equitum levis armaturæ & legationem Aquitaniæ promeruit.

BERNARDUS *Nogaretus Valletta* equitatum levis armaturæ post patrem rexit, Saluciarum Marchionatui, Delphinatui & Provinciæ præfuit, munusque *Admiralis Franciæ* per abdicationem fratris sui obtinuit. *Erat, (Thuano* præcone Lib. 103. Hist.) *vir summa fortitudine præditus, in periculis imperterritus, in adversis constans, in prosperis moderatus, liberalis, comis, magnæ in explicandis negociis solertiæ, sed versutior creditus, ob id, initio minus plerisque gratus, sed eam de se opinionem sive mutasset, sive adfecto candore ex omnium animis paulatim induxerat, in imperio ac magistratu, quàm privatus, melior.* Post multa præclara facta cum *Rupem-brunam*, haud longè à Julii foro arcem, quæ à Sabaudo tenebatur, oppugnaret, & in transferendis ac collocandis tormentis incautius laboraret, ictu majoris sclopeti in capite sauciatus est, ex eoque vulnere post duas horas decessit, incredibili sui Regi desiderio relicto, cui strenuam admodum ac fidam operam semper navaverat.

FAMILIÆ NOGARETIO-V

DUCES D' ESPERNON, DE CAN

PETRUS DE NOGARET
Cecilia de Saint Amant.

Petrus de Nogaret, Dn. de l
Johannis Dom. de Sain

Johannes de Nogaret Dn. d
de Saint Lary Petri Dom. d

Bernardus de Nogaret, Dom. de la Vallette, n. 1553. occ. 11. Jan. 1592. *Johanna de Batarnay, Renati Com. de Bouchage f.* 13. Febr. 1582. improlis.

Johannes Ludovicus de Nogaret de la Vallette, Dom n. m. Majo 1554. DUX D' ESPERNON, PAR & C 1581. Præf. Mer. Tul. & Verdun. Admiralis Fr. Præ Engolism. 1587. Provinciæ 1592. & Aquitaniæ 1622 *Foix, Henrici Com. de Candale fil. ac her. 7. Aug. 1587.*

Henricus de Foix & de la Vallette DUX DE CANDALE, PAR Fr. 1611. † 11. Mart. 1639. *Anna d' Halluin, Florimondi M. de Maigneley f. 1609.*

Bernardus Dux de la Vallette & d' Espernon, n. 1592. † 25. Jul. 1661. *1. Gabrielis Angelicæ legitimatæ de Francia, Henrici IV. Regis fil. 1622. 2. Margarita du Cambout, Caroli M. de Coislin f.* 28. Nov. 1634.

Ludovicus de Nogaret & de la Vallette n. 8. Febr. 1593. *Archiepisc. Tolos. Cardinalis Rom Eccl.* † 28. Sept. 1639.

1. Carolus Gasto de Foix & de la Vallette, Dux de Candale n. 14. Apr. 1627. † 28. Jan. 1658. *e7.*

1. Anna Christina de la Vallette, monialis dicta sor or Anna Maria de Jesus.

-VALLETTANÆ SCHEMA.

CANDALE & DE LA VALLETTE.

ARET Dominus de la Vallette.
ant.

. de la Vallette. *Margarita de l'Isle*
Saint Aignan f.

Dn. de la Vallette. †1574. *Johanna*
om. de Bellegarde f. 1610.

, Dom. de Caumont in duo dictus, & Colonellus Generalis Franciæ r. Præf. Normanniæ, Santon. & æ 1622. † 13. Jan. 1642. *Margarita de* 1587.

Johannes † jun.

Helena, nup. Jacobo Goth M. de Rouillac.

Catharina, ux. Henrici de Joyeuse, C. de Bouchage † 1587.

Maria, nup. Carolo Lucemburgo C. de Brienne. 1583. † 25. *Nov.* 1605.

& de la 3. *Ar* *Rom.*

Joh. Ludovicus dictus Eques de la Vallette, *nothus.* † 1650. *Gabrielis*

Ludovicus, *nothus, Episc.* Mirapic. & Carcassion. 1556.

Aloisia, notha, Abbat. S. Glossinæ Metens. † 23. Dec. 1647.

Ludovicus de Goth, M. de Rouillac, † 19. Maji 1661. æt. 78. *de Contrellas f.*

Anna de Refuge, Johannis Dom.

or An.

Gabrielis Domicella de la Vallette.

Ludovicus dictus Marchio de la Vallette.

Johannes Baptista Gasto de Goth, M. de Rouillac, Dux d'Espernon. *Mariæ d'Estampes de Valancay Philippi de Bethunes, Com. de Selle vid.*

Julius de Goth, *Abbas* de Longlay.

Maria Aloisia de Goth. † 2. Apr. 1685, æt. 16.

In JOHANNEM LUDOVICUM *Nogaretum* quadrat, quod de Pompeio Livius: *Hunc quid nisi longa ætas vertenti præbuit fortunæ?* vix enim reperias, quem pronior & diuturniore indulgentia comitata sit hæc Dea, quemque tandem senectam in ætate, velut longiore ejus ævo fatigara, gravius destituerit. A prima juventa gratiam Regis Henrici III, eamque flagrantissimam consecutus, atque ab ea maximis & invidiosis auctibus elatus, primoribus regni insertus, *Ducis Espernonii* in Carnutibus & *Par Franciæ* creatus, dignitatibus ac præfecturis cumulatus, quin etiam novo munere, ipsius gratia à Rege instituto, videlicet *Colonelli generalis Francia* amplificatus, prætereà splendido ac opulento matrimonio auctus, filiis tribus viris fortissimis & de republica præclarissimè meritis munitus, porro successoribus etiam Henrici III. in pretio habitus & pænè formidolosus, rebus benè gestis & prosperis plerarumque actionum suarum eventis mactus, ex insidiis inimicorum & præsentissimis vitæ periculis ad miraculum usque ereptus; (dignum hic est memoratu, quod a. 1585 prope *Lugdunum* ab equo indomito in præcipitem & profundam cavernam dejectus, eo prostrato exanimo, ipse salvus evaserit, unde loco nomen natum, *le fault d' Espernon*; quod a. 1588 atrocem conspirationem *Engolismæ* adversus se initam, & pulchrè instructam imparatus consilii animique præsentia repressérit, cùmque ad repellendos sicarios accurreret, gradibus, per quos scandebat, vetustate repente corruentibus, unus duntaxat, quem ipse calcabat, steterit, [vid. *Thuan. init. Lib.* 92] quod *Aquas Sextias* a. 1593 oppugnans, tormenti majoris, à peritissimo & omnia prius pulchè speculato sagittario in se directi, ictum fortuita capitis corporisque inflexione ad capiendum argentum, quod cum amicis tum ludens vicerat, declinaverit, sanguine istorum à globo discerptorum totus perfusus; quod denique a. 1595 *Brignolii* in Provincia, cùm a rustico quodam sacci, pulvere uictrato repleti, ædibus, in quibus tuncagebat, subditi & inceusi essent, diruto ædificio trabs, cui fortè insistebat, integra permanserit, ipseque levi in brachio vulnere abscesserit, de qua re iidem *Thuanus Lib.* 113 legi potest) tandem octogenario major, mala veluti manu facta iugruere adversum se sensit, criminationibus malevolorum laceratus & in indignationem Regis implacabilem inductus, Cardinalis Richelii odiis exagitatus, Burdegalensis castri præfectura, aliisque muneribus deturbatus, filiis omnibus, fato partim, partim inimicorum persecutionibus orbatus, & denique fontico jam tum morbo correptus *Lochias* relegatus, ubi vita gravi jam sibi & ærumnosa concessit, *felix* (liceat mihi *Gramondi* verba è Lib. III. *Hist. Gall.* initialibus nostris parallela subjungere) *si quem dederat natura cursum, statim post octoginta annos explevisset: iret ad posteros ejus nomen cum admiratione, fortunæ portentum, interque exempla numeraretur exemplo carens felicitas aulici pene trecensa seculum nullo detrimento.*

HENRICUS *Foxius Candala*, cùm *Annam Hallwinam* in matrimonium duceret, titulum *Ducalem* ab ejus avo *Carolo Hallwino* gestum accepit; facto postea cum ea divortio in Italiam abiit, expeditionisque à Magno Duce Etruriæ in Caramaniam susceptæ pars, atque expugnationis *Anglimantii* præcipuum momentum fuit. Inde Batavis etiam Venetisque magna fama militavit, & denique unà cum fratre Cardinali Regis exercitum in Picardia Insubriaque rexit, donec *Casalii* febri oppressus supremum diem obiit.

BERNARDO, *Henrici* fratri, multis fortibus factis & gloria militari illustri, Rex Ludovicus XIII. axioma *Ducis de la Vallette* & *Paris Francia* a. 1631 contulit, & munus *Colonelli generalis Francia* à patre in ipsum cum præfectura Metensi translatum indulsit; postea verò alienatus, & à Cardinale Richelio inflammatus malum paravit, huicque fuga in Angliam tese subducentem perduellionis postulari & damnari curavit, quod eodem anno, quo frater ipsius decesserat, factum. Reversus post fata Richelii in Galliam pristinas dignitates recepit Aquitaniæ præfectura sibi auctas, filioque unico CAROLO GASTONE generosæ indolis viro, & secundis adversisque, dum copias regias in Catalonia regeret, juxta famoso, turbato mortalitatis ordine elato, tandem Lutetiæ è vita discessit.

LUDOVICUS *Nogaretus Valletta* à parente ad Ecclesiasticum vitæ genus destinatus opulentissimas Abbatias & Tolosanum Archiepiscopatum adeptus, atque à Papa Paulo V. *Cardinalis Presbyter* a. 1621 creatus est; prævalente verò insita ei militaris gloriæ cupidine, abdicato a. 1623 Archiepiscopatu exercitum regium in Germania, Belgio & Italia præclara fama moderatus est, expugnatione *Landrecii* præcipuè nobilitatus. Præfuit etiam Metensi civitati castroque: usque dum *Rivolæ*, secundo ab urbe Turinensi lapide, ex morbo decessit.

De *Equitis Vallettani*, filii naturalis Ducis Espernonii, fato legi potest *Bapt. Nani L. 3. Historiæ Venetæ, Tom. II ad a. 1646.*

Postquam *Bernardus Dux Espernonii & Vallettæ* nulla relicta prole masculà decessisset, affectare cœpit titulum Ducis Espernonii *Ludovicus Goth Marchio de Rouillac*, amitinus ejus. Is ad Oldetum Albretanum, è Vicecomitibus *de Tartas* ortum & cum *Johanna Goth, Hugonis Vicecomitis de Lomaigne & d' Avilas* filia ac hærede, matrimonio junctum, ea lege ut posteri eorum nomen ac insignia *Gothana* (ea *fasciis duabus rubeis in scuto aureo* constant) gererent, genus suum referebat, patrem illum excitisse tradens *Emonis Vicecomitis de Lomaigne* gnatæ unicæ *Reginæ*, Johanni Comiti Armaniacensi nuptæ, genitoris, *Bertrandi* in *Pontificem Romanum* a. 1305 evecti ascito *Clementis* V. nomine & *Daxsii* Marchionum *de Rouillac* indubii fatoris. Hunc alii *Galiardum* vocant & Clementis V. Papæ fratrem fuisse concedunt quidem, parentem autem utrique tribuunt *Beraldum de Goth Dominum Villandri* in diœcesi Burdegalensi, originem Albretanam somnium appellantes.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ GONDIÆ.

Ondiæ familiæ ante quatuor jam cum secula multam apud *Florentinos* fuisse claritudinem, amplitudinemque, aliquemque ex ea, *Bernardum* vocant, *Gonfalonierii* dignitatem, quæ suprema in illa Republica fuit, gessisse *Hozierius* Genealogus Regius in commentario de hac gente, nec non *Eugen. Gammurinus* in opere Italicode Tusciæ & Umbriæ familiis, literis prodidere. In Galliis verò superiore demum seculo gens ista inclaruit, postquam *Johannes Baptista*, *Hieronymus* & *Antonius Gondii* cum *Catharina Medicæa* eo transmigrarunt. *Primus* ex illis munere *primi Præfecti domus* apud modò dictam reginam functus est, quemadmodum ejus uxor, *Magdalena Bonajutto* ea appellatur, munia *Ornatricis* (Galli *Dame d'Atour* vocant) obibat. Idem *palatium Gondium*, quod nunc *Condeum* audit, exstruxisse memoratur. *Hieronymus* ipsius ex fratre nepos *Eques honorarius* ejusdem Reginæ fuit, & filiam habuit *Annam*, *Carolo Cauchon*, *Baroni du Tour*, juventæ Ducis Lotharingiæ Caroli III. moderatori, nuptam.

ANTONIUS, *Dominus du Perron* dictus, præfecturam domus Delphini gessit, & cum uxore sua *Maria de Pierrevive*, quæ infantiæ liberorum regiorum apposita erat, progeniem in tabula enumeratam, edidit. *Insignia* Gondiorum *clavas militares duas nigras in decussim trajectas & coccineo ligamento connexas*, in *solo aureo* repræsentant.

CAROLI, ALBERTI & PETRI *Gondiorum*, ingens regnante *Carolo* IX. fuit auctoritas ac potentia, variis artibus parta & servata, ita ut laudentur ab his, culpentur ab illis: sunt etenim, qui PETRI sanctimoniam, ALBERTI operam tribus Regibus, videlicet *Carolo* IX. *Henricis* III. & IV. domi forisque fortiter ac dextrè navatam, CAROLI denique fidem atque amorem erga Regem cognominem & modo memoratum extollunt, hunc que usque adeò, ut illum ex dolore amissi heri benignissimi concepto morbo expirasse memorent. Sunt ex adverso, qui gravia iisdem probra, vitiaque virtutibus illis è diametro opposita, objectant. Non tempero mihi, quin quæ hanc in partem in *Thuano Restituto* leguntur, inseram, fidem in autorem rejiciens; is vero *Lib. LVII. Historiæ Thuani*, ubi de morbo fatali Regis *Caroli* IX. sermo est, hæc expuncta fuisse tradit: *Suspicio fuit á* Carolo Gondio Turrio *cubiculi Regii Magistro, conciis* Alberto Radesiarum comite E. T. & Petro Episopo Parisiensi, *fratribus, & non ignara Regina parente, venenum propinatum Regi, qui homines suasu matris ad honores primartos fremente nobilitate in puritia sua evectos, cum accedentibus cum ætate annis eum erroris puderet, evertere meditabatur: Sed atrociora memorant in arcano aulici, Regem juvenem, cum* Turrii *uxorem, Pirroboni Massiliensium triremium Præfecti filiam, præstantissima forma fœminam deperiret, Turrium ad aliquot dies aulâ ablegasse: illum verò suspicatum quod erat, statim reversum, cum Rege uxorem deprehendisse, qui facto irritatus eum non solum silere jussit, sed interminatus est, si quidem ille propterea uxori succenseret, se qui ex humili loco illum per gratiam opibus & dignitate auxisset, mutata voluntate perditurum.* Turrium *verò ad præsens dolorem præ metu suppressisse: sed re per aulam emanante, Guisium ad omnes occasionet intentum, qui Regis infestum semper ingenium expertus esset, & contra in Henrici benevolentia multum præsidii poneret, Turrio facinoris autorem fuisse, quo & privatam injuriam ulciscereturi, & sublato furioso Rege, sic Carolum vocabat, ac meliori in ejus locum suffecto, gratiam à bonis & universo regno iniret. Cæterum Turrium re confecta, sive veneno, & ipsum ab uxore, sive Guisio petitum, sive pœnitentia sceleris ductum ex mœrore paulo post extremum vitæ diem claussisse.* Et paulo post: *Catharina Medicæa gentili ambitione ardens, dum imperium à filio proprio in se transferre parat, improbos fere moderatores ipsius institutioni admovit, & post Philibertum Marsillium Sipetiam commendatione ejus* Albertus Gondius Radesiarum Comes *præcipuum gratiæ locum apud Regem tenuit, à quo ille, & numen dejerare, atque aliud in ore, aliud in pectore habere didicit* (eadem *Papyrius Massonius J.C. in Historia vitæ Regis Caroli* IX. à *Laburterio in Addit. ad Memor. Castaln.* recensita tradit) *ac posteremo ab homine novo, & nullis meritis ad summos honores evecto, consilia à cœlo Gallico aliena, Proceres & nobilitatem in ordinem cogendi, & primarias regni familias evertendi, imprudenter hausit, quæ dum executioni demandare parat, de ipso etiam consultore, cujus tot dignitatibus aucta ipsum tacite suppudebat, ab aula & conspectu suo removendo, cogitare cæpit.* Sub initium libri CII. hæc in *autographo Thuanico* lecta fuisse, idem *Restitu-*

FAMILIÆ GON

DUCES DE RETS, MARCHIONES

ANTONIUS DE GON
Maria de Pierrevi
fil.

Carolus de Gondy Dn. de Tour Galliæ † *ann.* 14. Jun. 1574. *Dn. de Meouillon ſ.*

Præfectus triremium. *Helena de Bonne, Petri*

Albertus de Gondy Comes, poſteà DUX de R
M. de Bell'isle, Par, Mareſcallus & Præfec
triremium Fr. † 1602. *Claudia Catharina*
Clermont-Dampierre, Johannis d' Annebaut, B
de Rets vidua d. 1566, † 1603.

Carolus M. de Bell'Isle occ. 1596. *Antonia d' Orleans, Helionori D. de Longueville fil.*

Henricus, *Epiſc. Pariſ.* 1598, R. E. *Cardin.* 1618, †2. Auguſt. 1622.

Margarita Claudia, nup. Florimondo d'Halvvin, M. de Maignelay † 26. Aug. 1650, æt. 80.

Philippus Emanuel C. de J
gny, † 29. Jun. 1662, æt.
Franciſca Margarita de S
Antonii Dn. de Roch
fil.

Henricus de Gondy Dux de Rets, Eq. Ord. Reg. cr. 1619. † . . . . *Johanna de Scepeaux Guidonis Com. de Chemillé Ducis de Beaupreau Dom. de Scepeaux fil. ac hæres unica.*

Petrus de Gondy
Fr. M. de Bell
1661. † menſ.
Gondy, Henrici
1633.

Catharina de Gondy Duciſſa de Rets, nupta Petro de Gondy C. de Joigny 1633.

Franciſca de Gondy Duciſſa de Beaupreau, ux. Ludovici de Coſſé D. de Briſſac, † 10. Jun. 1670, æt. 50.

Maria Catharina de Gondy, monialis.

NDIÆ SCHEMA.

DE BELL'ISLE, COMITES DE JOIGNY.

ONDY, DN. DU PERRON.

ie, Caroli Dn. du Vau & Lezigny

ITS, ictus de. ar.

Petrus de Gondy, *Episc. Lingon.* 1562, *Parisiensis* 1570, Eq. Ord. S. Spir. 1579, *Cardinalis tit. S. Sylvestri* 1587, † 15. Febr. 1616, æt. 84.

Maria, nupta 1. Nicolao de Grillet, Dn. de Bessay, C. de S. Trivier 1551, 2. Claudio de Sabaudia, C. de Poncallier.

e Joi- t. 81. Silly, depot

Johannes Franciscus, *Archiepisc. Paris.* 1622. † 21. Mart. 1654. æt. 70.

Franciscæ, nupta Lanceloto Grognet de Vassé, B. de la Rochemabile.

Gabrielli, uxor Antonii de Bossu, Bar. d' Esery-Longueval.

Hippolyta, nupta Helionoro de la Magdelaine M. de Ragny.

Johanna, Priorissa Piscinii.

Aloisia, moniales.

y Dux de Rets & Beaupreau Par el'Isle, C. de Joigny, Eq. O. R. cr. f Aprili 1676. *Catharina de D. de Rets f. & hæres primaria,*

Johannes Franciscus Paulus de Gondy, *Archiepisc. Corinth. & Coadjutor* Paris. 1643, *Cardinalis* cr. 19. Februar. 1652, *Archiepisc. Paris.* 1654. *Abbas Fani Dionys.* 1661, † 24. Aug. 1679. æt. 66.

Paula Margarita Francisca Domicella de Rets patriæ hæres, nupta Francisco Emanueli de Bonne-Crequy D. de Lesdiguieres 1675.

tor asserit: *Nuper ad Mercurii Ducem defecerat* CAROLUS Gondius Bellæ insulæ Marchio, *adolescens avaritia, rapacitate, & crudelitate infamis*, Alberti Radesiarum Ducis filius, *qui amplissimas possessiones partim ex maternis bonis, partim ex Regum liberalitate in Armorica trans Ligerim habebat, quas & alia bona in Pictonibus Neustria & circa Lutetiam posita, ut hujus belli dubii tempore conservaret, sic cum patre & matre ordinem composuerat, ut ipse in Armoricâ ad Mercuriani partibus staret, mater, aulicis blanditiis ac dissimulationibus innutrita, in urbibus Regi addictis, aut in Regis comitatu esset, Pater sponte in Etruria exul, morbis impudenter simulans, & sumptibus turpiter parcens in cœnobio juxta Florentiam lateret. eò iste, cum crescente Henotica factione rebus suis metueret, aula a. 1588 relicta se receperat, postquam tamen in itinere à Meduanii Ducis sociis captus, nec nisi din post Lcb aureorum depensis libertati restitutus fuisset, ibidemque perseveravit, donec rebus in Gallia Regi Henrico IV. arridentibus, momento valetudinem recuperavit, & in Galliam cum auxiliari Helvetiorum exercitu a. 1594 sanus & incolumis pervenit.* Dignitates de cætero & possessiones consecutus idem ille est oppidò amplas: namque a Rege Carolo IX. *Marchio Bellæ insulæ*, è sacro opulenti in Armorica cœnobii patrimonio, ceu *Thuanus* L. 57 refert, abstractæ, & *Tribunus Equitum* sive *Mareschallus*, nec non *Præfectus triremium*, ab Henrico III. autem *Dux* ac *Patricius regni* creatus est, *Radesiæ*, quam ditionem in finibus Pictonum *Ligeri* amne à Britannia, cui tamen attribuitur, divisam, uxor è prioris mariti sui hæreditate acceptam ipsi attulerat, in *Ducatum* ac *Pariatum* a. 1582 erecta.

De CAROLI *Gondii Bellæ insulæ Marchionis Alberti* F. morte, ita *idem autor Lib. 117. Mercuriano*, ad quem ille, suasore ac impulsore patre, (ceu paulò ante dictum fuit,) à Rege benè de se merito defecerat, *Fulgerii præfecturam in Carolum Gondium, quem demereri cupiebat, transtulit, eique S. Michaelis in periculo maris, munitionem olim ad stuporem constructam attribuit, si eam posset recipere: is statim Fulgerium venit, & cognito rusticos quosdam, ut se ab injuria grassantium ubique militum tuerentur, locis idoneis in proximo munivisse, eò tanquam contra hostes ducit, & oppugnatione repentina captos omni crudelitate ac licentiæ genere afflixit, stupratæ mulieres, & ferro ignique nullo ætatis ac sexus discrimine passim sævitum: Verum Deus haud diu inultum id tulit. Nam cum ille fanum Michaelis quasi Mercuriani mandato occupaturus venisset, & cum quinq; circiter è suis intra primam portam admissus esset, cæteros qui sequebantur intercludentem centurionem imperiosè increpuit, & superbè, ut sibi videbatur, respondentem, ense stricto transverberavit: quo facto cùm socios introducere vellet, à milite superveniente interfectus est.*

HENRICUS *Gondius Episcopus Parisiensis* & ad *Cardinalitiam* dignitatem à *Paulo* V. operante *Luyneo*, promotus, Regee ei galerum suapte manu imponente, cum alieno & muneri suo haud convenienti choro, castris scilicet, pedem inculisset πελωπογμονίνς pœnam luit; in *Montpelliensi* enim obsidione morbo militari correptus, vitam amisit, cum, ceu *Gramondus Hist. L. 12.* fatur, *summa rei Gallicæ penes ipsum esset.* Viventi adhuc & valenti additus fuit *Coadjutor* in Episcopatu Parisiensi IOH. FRANCISCUS frater, qui *primus* omnium hujus Ecclesiæ *Archipræsul* est renunciatus, procurante fratre Cardinali, instante R. *Ludovico* XIII. & confirmante Papa *Gregorio* XV. a. 1622 *Suffraganeis tribus* ipsi attributis, nimirum *Carnutensi, Aurelianensi* & *Meldensi* ex antiqua metropoli Senonensi decerptis.

PHILPPUS EMANUEL *Gondius*, à patruo *Petro* Cardinali hæres ex asse scriptus Comitis *Juniacensis*, quam ditionem iste acquisiverat, nomen adscivit, auctus postea *præfectura triremium Galliæ* Duci Guisio in pugna navali cum Rupellanis, a. 1622 commissa strenuam operam navasse prædicatur. Idem post obitum uxoris suæ, quæ ditionem *Commercy*, Supremam gaudentem, ei attulit, traditis filio natu majori possessionibus, seculo valedixit, & *Patribus Oratorii* sese adjunxit, apud quos exacta ætate decessit.

PETRUS *Gondius Radesiarum Dux* cùm patruelis sui filiam in matrimonium duceret, obtinuit, ut Rex *Ludovicus* XIII, dignitatem *Pariatus* ac *Ducatus*, ne ea cum socero suo, masculâ prole destituto, deficeret, sibi renovaret. Idem *præfecturam triremium* à parente in se translatam a. 1635 abdicavit in favorem *Francisci Vignerodii Richelii*.

JOHANNES FRANCISCUS PAULUS *Gondius*, studio ad Ecclesiam latus, felix vividumque, quod à natura sortitus erat, ingenium literis, sublimioremque scientiarum disciplinis excoluit, & *Doctoris* titulum in *Sorbona* opimaque sacerdotia promeruit. Adscitus postea à patruo suo in consortium curarum *Archiepiscopatus Parisiensis*, Pontifice *Urbano* VIII. *Archiepiscopus Corinthiorum* nuncupatus fuit. Inerat ei vis oris animique ingens, ingenium autem vehemens ac impotens, ita ut postquam in aula, non quantum æquum censebat, excellere sese animadvertit, ad infensas cum Cardinali *Mazarino* æmulationes prolaberetur, turbis ac factionibus ducem autoremque se præberet, atque auræ populari captandæ plebis nutui magis quam Regis mandatis obsecundaret. Ea propter cùm provectus ad dignitatem *Presbyteri* ab *Innocentio* X *non tam Regi gratificando*, (ut verba *Prioli è Lib. VII. rer. Gall. f. 6. huc transferam*) *quam deprimendo Mazarino per dignitatis societatem*, gratias Regi pro galero acturus, & præteritorum oblivionem sanciturus, *Compendium* venisset, paulo post, nihil amplius rebus suis veritus, in arce Luparæa captus, & in *Vincennensem* custodiam conjectus est. Inde *Nannetum* deductus evasit strenuè, *Romámque* properavit, ubi electioni Papæ *Alexandri* VII. magna fama interfuit. Redux denique a. 1661 in Galliam *Archiepiscopatu Parisiensi*, in quem patruo successerat, sponte *se abdicavit*, in gratiam Regis, à quo vicissim veniam & *Abbatiam Sandionysianam* obtinuit. Ex eo tempore in quietis portum se recipiens, ita reliquam ætatem peregit, ut humilitate ambitionem corrigeret, & aboleret πελωπογμονίνς memoriam dignis viro religioso virtutibus, seculo prorsus valedicendo, & galerum Cardinalitium Papæ *Clementi* X a 1675 remittendo, quem tamen ab eodem jussus est retinere, dum viveret. Explevit supremum diem *Lutetiæ*, sexagenario major, postremus in Gallia suæ gentis.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ LEVIÆ.

Leviæ gentis, (quam à tribu *Levitica* Judæorum descendisse ridiculam conjecturam, è nominum congruentia haustam, quidem cepit,) origo è Comitatu *Montis Fortis Amalarici* in *Carnutibus* manavit, referturque ad GUIDONEM *de Levis* cognominatum, quem expeditioni, *Cruciatam* vocabant, adversus miseros *Albigenses* ob fidei simplicitatem anno circiter 1208, institutæ, cujus dux *Simon Comes Montisfortis* electus fuit, nomen dedisse functumque officio *Marescalli exercitus* (Gallis veteri ac obsoleto vocabulo *Mareschal de l' Ost* appellabatur) rei benè gestæ mercedem non tantùm encomium hæreditarium *Mareschalli Fidei*, sed etiam ex locis subactis & fautoribus Albigensium ereptis, oppida *Mirepoix*, *Montsegur* & *Florensac* accepisse tradunt. Pater illi tribuitur *cognominis*, mater *Guidoburgis Montfortia*, cujus tamen mentionem in Genealogia *Montfortiæ* stirpis à *Bucheto* in *Historia Curtenacensi* recensita, nullam reperio; fratrem etiam ipsi fuisse ferunt *Isoarum*, qui *Mirapicum* a. 1221 adversus Comitem Fuxium defenderit. Ea via *Guido Levius* è *Carnutibus* in *Aquitaniam* sede translata novam ibi prosevit stirpem, in multos ramos processu temporum diffusam: eorum verò omnium ac singulorum integras deductiones dudum nobis desideratas & quæsitas nondum nacti damus quæ possumus, quæque è diversis Scriptoribus videlicet *Laroquio*, *Laburerio* & *Anselmo*, inprimis verò è chartis ab humanissimo *Sanctharthano* communicatis, hausimus & collegimus. *Insignia* Leviæ gentis *canthertos tres nigros*, *in solo rubeo* referunt.

GASTONEM *Levium*, Vicecomitum *de Leran* fatorem, nonnulli fratrem consanguineum ROGERI BERNARDI (qui *Brageriacum* in Petrocoriis fortiter adversus Anglos propugnando occubuit) plures tamen filium ejusdem fuisse memorant. Uxorem ipsius prolemque haud satis exploratam habemus, neque affirmare sustinemus, eundem fuisse, qui *Matiam Fuxiam Carmanum* uxorem, *Germanum Vicecomitem Limani* filium, *Johannem Claudium Odosii* & *Bellestæ Baronem* nepotem habuit. Hujus in Historia *Thuani* non simplici vice fit mentio, inprimis Lib. XXIII ubi ab *Antonio Borbonio* Rege Navarræ ad *Philippum* Hispaniæ Regem cum literis missus fuisse memoratur, quibus ille petebat, ut sibi uxorique suæ cum bona ejus gratia in Hispaniam venire & coràm de regno Navarræ cum ipso transigere liceret. Fuit idem gener *Philippi Levii Mirapicensis*, quemadmodum in *tabula* videre est, reliquitque post se gnatam *Franciscam*, *Francisco Amboso Comiti d' Aubijoux* nuptam; *Gabriel* verò *Levius Leranus*, *Catharinæ*, *Johannis VI. Baronis Mirapicensis* filiæ, maritus, utrum ab eodem *Johanne Claudio*, an ex aliquo ipsius fratre descenderit, incom-

 pertum

FAMILIÆ L

DOMINI ET MARCHIONES DE MIREPOIX, BARO

GUIDO DE LEVIS DOMINUS DE MIREPOIX, FIDEI. *Isabella de Marly, Buchardi II. Montm vid.*

Johannes de Levis, Mareſcall. Fidei, Dom. de Mirepoix. *Conſtantia, Rogeri Bernardi Com. de Foix fil.*

Johanna, nup. Matthæo IV. Dom Montmorancii.

Iſabella, uxor Reginaldi de Pons.

Johannes II. Mareſcallus Fidei, Dom. de Mirepoix. *Philippi f. 1309.* *1. Mathildis de Suilly.* *2. Leonora de Montaud.*

Iſabella, nup. Bertrando I. Dom. de Tour.

1. Rogerus Bernardus, Mareſcall. Fidei, Dn. de Mirepoix *Alpaïs de Levis, Franciſci Dom. de la Garde & de Monteſegur f.*

2. *Leonora, nup.* Bertrando de Terride, Vicecom. de Grimoës.

Johannes III. Dn. de Mirepoix *Johanna d' Armagnac, Johannis Vicec. de Fezenſaguet f.*

Gaſto ſator Vicecomitum de LERAN.

Alpaïs, nup. Joh. Raimun Dom. de Caſtelna

Rogerus Bernardus II. Dn. de Mirepoix. *Johanna de Voiſins.*

Maria, nup. Wilhelmo Rollin Dn. de Beauchamp.

Carola, ux. Johannis Levii, B. de Mirepoix.

Johannes B. de COSAN *Aloiſia de Breſſolles.*

Catharina, nup. J. de Beruſſe Do de S. Pouet.

Johannes IV. Dn. de Mirepoix. *1. Anna d' Archiac. 2. Carola de Levis-Coſan, Euſtachii f.*

Maria, nup. N. Dom. de la Queville

Johannes B. de Coſan. *Johanna de Chalençon, Wilhelmi Dom. de Rochebaritoni fil.*

Gabriel. *Anna de Joyeuſe, Ludovici Dom. de Botheon fil. 1524.*

Chriſtopho *Canon. & C Lugdun.*

Johannes V. Dn. de Mirepoix. *Carola, Jacobi Dom. d' Eſtouteville f.*

Philippus *Epiſc. Mirapicenſ.*

N. nupt. Petro Dn. de Bazillac.

N. nupt. N. de la Mor te Dom. de la Broſſe Morlet.

Claudius B. de Coſan. *des Prez, Antonii Dom. de M pezat f.*

Philippus Dn. de Mirepoix. *Aloiſia Franciſci Dom. de la Tremoille f. 1538.*

Petrus, al. Antonius B. de Coſan. *Margarita de Roſtaing, Triſtani f.*

Jacobus B. de Coſan. *Dom de Lupé f.* *1. Pauſa de Gaſte, Antonii Dom. du Palais de la Baſtie f.* *2. Aloiſia de Rivoire, Balthaſaris Dom. du Palais de la Baſtie f.*

Joh la Is

Johannes VI. Baro de Mirepoix. *Catharina Urſula de Lomagne, Vicecom. de Grimoes.*

Stephanus Dn. de S. Foix.

Philippus.

Henricus Dn. de Rochefort.

Franciſca, ux. Stephani Dn. de Baſillac.

Aloiſia, nupt. N. Dn. de Chelabre, 2. Joh. Claudio Levio Dn. d' Odou.

1. Caſpar B. de Co

Antonius Wilhelmus Marchio de Mirepoix. *Margarita de Lomagne.*

Catharina, nup. Gabrieli Levio Vicecom. de Leran.

Johannes † impro lis. *Catharina de Chaulet.*

Alexander M. de Mirepoix, occ. ad Leucatam 1637. *1. Aloiſia de Bethune, Maximiliani D. de Sully f. 29 Maji 1620.* *Aloiſia, Antonii Dom. de Roquelaure f.*

Johannes Dn. de Rochefort.

Antonius B. Terride.

2. Gaſto Johannes Baptiſta de Levis & Lomagne, M. Mirepoix, Vicec. de Monteſegur, Mareſcallus Fidei. *Maria de Puidiſou-Comberouge 1657.*

dictus M. de Lomagne.

dictus Com. de Terride.

Magdalena Henrica, monialis 1681.

Catharina, monialis 1681.

LEVIÆ TAB. I.

ARONES DE FLORENSAC, DE COSAN ET DE QUELUS.

POIX, de Florensac & de Montsegur, dictus MARESCALLUS
Montmorancii, Dom. de Marly fil. Roberti de Poissy, Dom. de Malvoisine

naldi Dn. — Eustachius de Levis, Dom. de Florensac. *Beatrix de Turey, Dom. de Ceissac.* — Petrus de Levis, *Episc. Camerac.* 1310, post *Bajac.* 1324. — Franciscus de Levis, Dom. de la Garde & de Montsegur.

om. de la — Philippus Baro de Roche en Regnier per uxorem *Jamacam*, 1336. — Bertrandus Dn. de Florensac *Jordana de la Roche.* — *Alpais, nup.* Rogero Bernardo Levio Dom. de Mirepoix.

com. de — Guido Baro de Roche en Regnier, Vid. Tab. seq. II. — Philippus de Florensac, 1406. *Alisa, Wilhelmi Bar. de Quelus f. ac her.* — Hugo † *Anglisa.* s. l.

imundo — Eustachius B. de Cosan & de Quelus. *Alisa, Guidonis de Cosan f.* — Philippus, *Episc. Agdensis.* — Bertrandus B. de Florensac. *Galiarda de Peyre 1380.*

, *nup.* Joh. sse Dom. ouet. — Guido B. de QUELUS *Margarita, Wilhelmi IV. Dom. de Cardaillac f.* — Philippus *Archiepisc. Arelat. Cardinal.* † 4. Novem. 1475. æt. 40. — Eustachius *Archiep. Arelat.* † 22. Apr. 1489. — *Margarita, nup.* Wilhelmo d' Albon Dom. de Forqueul. — *Isabella, ux.* Bertrandi d' Alegre Dom. de Puysegur. — Philippus B. de Florensac, occ. in pr. ad Tarras 1442. *Isabella de Poitiers, Ludovici Dom. de S. Valier fil.*

ophorus n. & Com. dun. — *Catharina, nup.* Hectori Dom. de Cardillac. — Wilhelmus B. de Quelus † 1524. *Magdalena d' Amboise, Hugonis B. d' Aubijoux fil.* — *Margarita, nup.* N. Dn. de Laumagne. — *Magdalena.* — *Johanna, nup.* Antonio Ebrard Dn. de S. Sulpice. — *Johanna de Levis Dom. de Florensac, nup.* Ludovico Bar. de Crussol.

Hilaria n. debitu- — Johannes B. de Quelus † s. l. 1536. *Balthasara des Prez, Antonii Dn. de Montpensat f.* — *Margarita, nup.* Antonio d' Arpajon Dn. de Lers. — Antonius B. de Quelus † 6. Apr. 1586. *Susanna d' Estissac, Jacobi Balaguier Dom. de Monsale, vid.* — Jacobus † juv.

Johanna, nup. Francisco de la Beraudiere, Dom. d' Islerouet. — *Aloisia.* — Jacobus B. de Quelus occ. 1578. — *Margarita, nup.* Hectori de Cardaillac, Dn. de Bieule. — *Johanna Dom. de Quelus nup.* Claudio B. de Pestel. — *Anna, nup.* Johanni de Castelpers Vicec. de Panat.

de Cosan. — 1. *Margarita, nup.* Ludovico M. de S. Priest. — 2. Balthasar † cœlebs. — 2. Claudius B. de Ligny. *Anna de Chanley, Pontii B. de Pluvaut f.* — Antonius. *Claudia*

Jacobus Pontus B. de Cosan.

nius B. de ride. — Philippus Dn. d' Avellenet. — *Aloisia, nup.* Scipioni de Barsabat, C. de Panis.

Elisabetha, Abbat. B. Virg. de Rionette, occ. à latronibus m. Jul. 1671.

pertum nobis est. Cæterùm de *Gabriele Lerino* multa in *Gramondi Historiis Gallia & prostrata rebellionis* leguntur: fuit enim ille caput Protestantium in Fuxensi regiuncula remque adversus regios pro viribus gessit, sed parùm prosperè, à *Varilii* obsidione, quam tentaverat, per suum merum generum *Durbanum*, regias partes sequentem, depulsus, atque in recessu à nobilibus rusticisque circumhabitantibus fusus, filio ipsius capto, mox tamen, gratia agnatorum victorum, dimisso; postea verò à Comite Carmaniæ, Fuxensium Prorege, vi expugnatis, ferroque demum & flamma vastatis *Rupe Ulmesii*, *Mirabato*, *Bastida* & *Peirato* ipsius feudis, ita ut ex amplo patrimonio unica ei superesset domus *Lerana*, cujus excidium uxor *Gabrielis*, Comiti Carmaniæ cum armata manu advenienti obviam & supplex facta, deprecata est, liberorum suorum, quos utriusque sexus numero plures sibi esse dicebat, mentione inter alia animum ejus permovens, quemadmodum prædictus autor *Hist. Gall. L. XII.* refert.

PHILIPPUS *Levius*, *Eustachii Bar. de Cousan & de Quelus* F. jussu *Pii* II. Rom. Pontificis ex Referendario Apostolico *Agathensis* primò Antistes, deinde *Auxitanus* Archi præsul, tum a. 1462 *Arelatensis*, demum à Sixto IV. a. 1473 *Cardinalis Presbyter* tituli SS. *Petri & Marcellini* creatus est. In Archiepiscopatu *Arelatensi* successorem habuit fratrem EUSTACHIUM, eidem cum illo tumulo *Romæ* in Basilica *Liberiana* illatum.

JACOBUM *Levium*, *Antonii Cailusii* in *Ruthenis* filium gratia Regis *Henrici* III. qua polluit, & duellum, quod exitium ipsi attulit, nobilitarunt, de hoc ita *Thuanus Hist.* L. LXVI. *Jacobo Levio Cailusio præstantis forma & virtutis experta juveni, qui ingratiâ Henrici III Gallia Regis, præcipuè florebat, cum Carolo Balsaco Dunensi, Franciscî Interamnatis fratre, rixa in arcano intercedebat, quâ ex causâ incertum.. Cùm verò alter ab altero de injuria sibi, usurpatâ apud nos inter Nobiles ratione, satisfieri peteret, horam & locum duello condicunt, quo & duos ex amicis, inaudito apud altos more cæterùm vanâ decoris ostentandi cupiditate nunc nimiâ frequenti, secum pugnaturos adducunt. A Levii partibus stabant Fr. Maugironius, qui summum quoque gratiæ locum apud Regem obtinebat, altero oculo captus, & Joh. Darsius Livarotus. Cum Dunensi venerunt Fr. Daidius Riberacus & Georg. Schombergius, qui summo silentio in equorum foro Lutetiæ 5. KL. Maij ad mutuam perniciem vix orto sole certarunt. Cecidit inde Maugironius à Riberaco, inde Schombergius à Livaroto confossus, qui & ipse grave vulnus in capite accepit. Levius lethaliter ut & Riberacus saúciatus est. Et hic quidem in Guisianas ædes haud hinc longè delatus paulò post obiit. Levius acceptâ in pulmonis lobo plagâ diutius decubuit & ad extremum ad miserandam tabem adductus, ita ut præmacie. flore illo oris exstincto, ossa cute contracti à exstarent, in Boëssianis ædibus decessit prid. KL. Junii. Rex toto eo tempore decumbentem sedulo invisit, & ad pulvinar ejus assiduus, dies noctesque necessaria ægro propriâ manu ministravit, frequentissimo & latissimo vico catenis clauso, ne prætereuntium equorum & carrorum strepitu offenderetur, mortuumque tandem publicè spectari voluit, qui honos non nisi primariis viris & ob magna merita deferri solet; & spectabili totius aulæ pompâ ad proximam B. Pauli ædem cum Maugirono tumulari jussit. Ipse funus ex fenestrâ, nam Regibus ingredi funeribus apud nos infaustum ducitur, spectavit. Inde ad Luparam maestus secessit & publico abstinuit. Consolationes etiam, quasi in domestico luctu, admisit, præclaraque seculi ingenia, & in iis P. Ronsardum & Philippum Portam, precibus ac præmiis invitavit, ut casum adeo sibi lugubrem versibus deplorarent. Postea & marmoreas eis statuas in eodem templo erigi curavit palàm fremente plebe, quæ jam ex odio in Regis contemtum venerat.*

AD

AD TAB. II.

GUIDONI *Levio* Vicecomitis *Lautreccii* titulus ab avia paterna *Beatrice de Turey-Geissac* obtigit: ea enim secundis nuptiis *Lautreccii* Vicecomiti in manum convenerat, partemque hujus Vicecomitatus ex ipsius hæreditate perceptam ad nepotem *Levium* transmisit.

PHILIPPUS II. *Levius* avunculi sui *Humberti VII. Domini de Thoire & de Villars*, a. 1424 vivis exempti, successionem adituras, cum Duce Sabaudiæ *Amadeo* VIII. cui ille ditiones suas inde ab anno 1402 vendiderat, transigere necesse habuit, quod demum a. 1432, d. 26 Jun. ad effectum perduxit, accepto loco quodam in Baronatum sub nomine *Villars* erecto. Hunc & quicquid ex Villariæ domus hæreditate ad Levios pervenerat, JOHANNES *Levius*, *Philippi* II. nepos, venditionis titulo in *Amadeum* IX. D. Sabaudiæ a. 1469 transtulit. Frater porrò ejus ANTONIUS omne in Comitatum Villarium jus *Johanni* II. Duci Borbonio a. 1473 vendidit. Illis verò defunctis patruelis ipsorum LUDOVICUS *Voltæ Dominus* loca illa ad Villariam hæreditatem pertinentia ex capite substitutionis repetitum ibat, nihil tamen à Sabaudiæ Duce, quamvis Rex *Carolus* VIII. nec non *Ludovicus Morus* Dux Mediolani in ipsius gratiam scripserint, obtinere potuit. GILBERTUS posteà *Ludovici* F. prætensionem illam prosecutus est, & Duci etiam Montpenserio nec non Regio Causarum patrono dicam scripsit propter ditiones *la Roche* & *Annonay*; hæc autem lis demum a. 1605 per *laudum* pro *Anna Levio Ventadurio* pronunciatum ad exitum pervenit. Cæterum juris illius in *Villariæ* domus hæreditatem ergo adscita est Leviis *tessera familiæ de Thoire-Villars*, quæ nunc primum locum in Ducum Ventadiorum scuto obtinet & *baltheos tres rubeos solo aureo* inductos refert; quæ autem inferiorem dicti scuti regionem implent insignia, matrimonia PHILIPPI III *Levii* cum *Andonia Andusia*, *Voltæ Domina*, debentur, prior enim laterculus *rubeus, stellis tribus aureis* insignitus *Andusiam* gentem, alter iridem *rubeus leonem argenteum* deferens *Volteam* ditionem denotat. *Medio* denique *loco* incumbens *parmula ex auro & cocco tessellata* Comitatum *Ventadurium* in Lemovicibus. LUDOVICO *Levio* ab uxore sua allatum designat.

GILBERTUS III. *Levius Ventadurii* in bellis intestinis Gallicis superioris seculi summo propter virtutes, opesque ac clientelas quibus præpollebat, honore ac nomine fuit, & quamvis à Protestantium religione alienus esset, attamen pertæsus publicam administrationem perversam à. 1575 ad fœderatorum partes se applicuit, cumque sequenti anno in Belliloci cœnobio juxta Lochias in Turonibus inter illos regiosque transigeretur, ipse etiam suos delegatos misit, cum postulatis haud equidem incongruis, neque à pietate bonisque publicis rationibus alienis, sed in regno factionibus scisso & bellorum civilium licentia corrupto, in quo major privati emolumenti quàm reip. cura erat, pro ineptis & arrogantiæ plenis habitis, quemadmodum *Thuanus Hist. L.* 62. refert. Post transactionem vero Bellilocanam majorem ejus auctoritatem in aula fuisse conjectare licet è titulo *Ducali*, à Rege *Henrico* III. a. 1578 ipsi collato, cui a. 1598 axioma *Pariatus* & denique 1609 confirmatio supremæ curiæ accessit.

ANNAS *Levius Voltæ Comes* initio dictus, posteà *Dux Ventadurius*, à Rege *Henrico* III. post Guisianorum cædem Lemovicibus impositus regias adversus factiosos res strenuè atque impigre in ea provincia sustinuit, *Brivatoque*, quod rebellaverat, scalis admotis summa felicitate capto præsidioque cæso, tantum deterruerem sparsit, ut multæ civitates vicinæ, desertis fœderatis, regium nomen amplecterentur: pari posteà successu, motus *Ratiastii* ab urbis episcopo post cædem Regis excitatos compressit, utque *Henrico* IV. legitimo regni hæredi fidem addicerent, magno incolarum assensu impetravit. Hoc fidei in modo dictum Regem documentum multis aliis processu temporum cumulavit, enituitque ipsius virtus in pugna juxta *Peiracum* in Cadurcis, qua una cum *Pontio Teminio*, *Emanuelem Sabaudum Villarii Marchionem & Henricum Monpesatum* ejus fratrem, fœderatorum duces collectamque ab illis e Petrocoriis & Lemovicibus circiter bis mille peditum & quadringentorum equitum manum profligavit, quod factum a. 1591. Hæc aliaque bellicæ virtutis specimina cùm *Thuani* testimonio omni exceptione majore (vid. *Hist.* ejus L. 92 & 102) ediderit, haud expedio, quid rationis *Gramondus* habuerit, quod *Histor. Gall. L.* 13 illum militari arte parùm imbutum fuisse neque bellica curasse scripserit, nisi forte de extrema ejus ætate intelli-

FAMILIÆ LEV

DUCES DE VENTADOUR, BARONES DE CHA

GUIDO DE LEVIS, Philippi F. BARO DE ROCHE
Levis, VICECOMES DE LAUTREC, † 1366.

Philippus de Levis II. Vicecom. de Lautrec, B. de Roche
de Villars f. Eduardi Dom. de Beaujeu vid. 6. Aug. 13

Philippus de Levis III. Vicecom. de Lautr
Antonia d' Anduse Dom. de la Voute

Antonius de Levis C. de Villars, Vicecom. de Lautrec. teſt.
1454. *Iſabella de Chartres, Hectoris Dom. de Dons f.*

Johannes de Levis C. de Villars † ſ. l. *Antonia de Villequier.*

Catharina, nup. 1. Antonio de Clermont, B. de Surgeres. 2. Jacobo de Vellort, Dn. de la Chappelle.

Antonius de Levis Vicecom. de Lautrec † ſ. l. *Johanna de Chavborand.*

Gilbertus I. de Levis C. de VENTADOUR. *Jacobina du Mas, Jacobi Dn. de l' Iſle fil. & her.*

Johannes de Levis DN. de CHARLUS Champagnac & Granges. *Franciſca de Poitiers.*

Johannes B. de Chateaumorand
† ſ. l. *Gilberta d' Eſtampes, Johannis Dom. de la Ferté Imbaud f.*

Gilbert II. de Levis C. de Ventadour. *Suſanna de Leyre, Jacobi Dom. de Cornillon f.*

Jacobina, nup. Johanni de Damas B. de Digoine.

Blanca, ux. Ludovici d' Agoût B. de Saulx 1527.

Petronella, nup. Andreæ de Cruſſol, Dom. de Beaudiſner.

Gilbertus III. de Levis DUX de Ventadour PAR FR. cr. 1589. † 1591.

Catharina, Annæi D. Montmorancii fil. 1553.

Franciſca, nup. Franciſco de la Baume C. de Suſe.

Jacobina, ux. Franciſci de Chalançon Dom. de la Rochebaron.

Annas de Levis Dux de Ventadour, Com. de la Voute & de Vauvert, Eq. O. R. † 1622.
Margarita, Henrici D. Montmorancii f. 1593. † 3. Nov. 1660.

Henricus D. de Ventadour, † 14. Oct. 1680. æt. 84. *Maria Lætitia de Luxembourg, Henrici D. de Piney f. † 8. Jan. 1660.*

Carolus M. d'Annonay poſt Dux de Ventadour, † 18. Maji 1649, æt. 49. 1. *Suſanna, Antonii M. de Themines f. 26. Mart. 1634.* 2. *Maria de la Guiche, Joh. Franciſci C. de la Palice f. 1645. 8. Febr.*

Franciſcus C. de Vauvert occ. 1625.

Franciſcus Chriſtophorus de Brion, Dux d'Amville, † 19. Sept. 1661, æt. 59. ſ. l. *Annæ le Camus Antonii M. de Mailleboïs f. Claudii Piuart, M. de Combliſſy vid.*

Annas *Archiepiſcopus Bituric.* † 17. Mart. 1662. æt. 56.

2. Ludovicus Carolus de Levis Dux de Ventadour Par Fr. M. d' Annonay C. de la Voute, de Tournon & de Rouſſillon.
Carola Leonora Magdalena de la Mothe Houdancour, Philippi D. Cardonæ Mareſcalli Fr. f. 14. Mart. 1671.

Maria Henrica monialis, 1667.

Margarita Felix nup. Jacobo Henrico de Durfort, D. de Duras 1668.

. . . . . *filia unica,*
n. Febr. 1673.

EVIÆ TAB. II.

HATEAUMORAND, COMITES DE CHARLUS.

E EN REGNIER, Retournac, Pradilles, Castelnau de
Guiotta de Montfaucon.

& de Vauvert, *Leonora, Humberti VI. Dom. de Thoiré &*
1372.

rec, COMES DE VILLARS, test. 1439.
te.

Bermondus de Levis Dom. de la Voute. *Agnes, Johannis*
Bar. de Chateaumorand f. ac har.

Ludovicus de Levis C. de Villars titularis, Dn. de la Voute *Blanca, Ludovici C. de Ventadour f. & har.* ⊙

Johanna, nup. Jacobo Loup Dn. de Bauvoir.

Agnes, nup. Liebaldo Dn. de Lugny. 1467.

Jacob de Levis B. de CHATEAUMORAND. †1521. *Aloisia, Johannis Dom. de Tournon f. 1484.*

Antonius, *Episc. San Fl.* post *Archiep. Ambrun.* B. de Chateaumorand.

Isabella, ux. Petri Barton Vicec. de Monbas 1509.

Catharina, nup. Johanni Dn. de Chamont & de Puycols.

Petronella Abbat. du Cassez.

Johanna Abbat. de Chanselon.

Carolus de Levis Dn. de Charlus, Vicecomes de Lugny. *Margarita Brachet, dicta de Montaigu.*

Catharina, nup. Spiritui d'Harville, Dom. de Palaiseau.

Blanca, nup. Ludovico d'Amboise C. d'Aubijoux.

Johannes II. de Levis Dn. de Charlus. *Johanna de Maumont.*

Gabrielis, nup. Antonio le Long Dom. de Chateaumorand.

Johanna Gabrielis, nup. Edmæo Roberto Dn. de Lignerac & de S. Chamant.

Johannes III. de Levis Comes de Charlus. *Diana Daillon, Guidonis C. de Lude fil.*

Ludovicus Hercules *Episc. Mirapic.* 1669. † Jan. 1679.

Catharina, nup. Justo Henrico C. de Tournon.

Maria, Abbat. S. Petri Lugdun. †1650.

Franciscus † juv.

Carolus II. C. de Charlus †1662. *Antonia de l'Hopital, Ludovici D. de Vitry f.*

Claudius *Eq. Melit.*

Johannes Claudius M. de Chateaumorand † *Catharina de la Baume, Philiberti C. de S. Amour f. 1626.*

Rogerus de Levis Com. de Charlus. *Johanna de Montlouvant 1642.*

Gilbertus M. de Chateaumorand.

. . . . . de Levis
Comes de Charlus.

. . . . . de Levis
March. de Poligny.

gendum id est. Laudat tamen idem autor prudentiam ejusdem politicam, pietatem ac facundiam. Carpit porrò ipsius parcimoniam, qua amplas quidem facultates corraserit, sed à filio natu maximo HENRICO in materiam profusionis versas. Hunc munere *Vicarii regii per Septimaniam* functum, nec non conjugem ejus sterile matrimonium habentes, religio tandem incessivit, ut seculo se abdicarent, istáque monasterium *Ancesy* Ordinis *Carmelitici* ingrederetur, vitamque ibidem expleret, ille verò in Cathedrali Parisiensium templo *Veteranum*, ceu vocant, ageret, donec ab Archiepiscopo Capituloque in *Canonicorum* coetum receptus fuit, qua in statione ad supremum usque vitæ suæ tempus, magna pietatis fama perseveravit. Abdicanti successerat frater ætate proximus CAROLUS, *Marchio Annonay* antehac dictus, cujus studia reparandæ familiæ similia paternis, magnamque in arma inclinationem fuisse Gramondus loco citato refert.

FRANCISCUS *Levius Comes de Vaurert* sive *Vallis viridis* vitam amisit in pugna navali, qua *Montmorancius*, avunculus ejus, *Subisium* Rupellanorum Ducem vicit, oppugnans enim prætoriam Subisianæ classis, cui à *Virgine* nomen fuit, cum prora jam superata hostes intra recens munimentum, tumultuario opere ex tignis & asseribus congestis compactum, pulsi vitam orarent, ipse verò negaret deditioni legem fore, nisi quam victoris misericordia daret, *Durandus* prætoriæ nauclerus, desperatione in spontaneam mortem adactus promptuario tormentarii pulverisignem subdidit; quo protinus disrupta navis illeque assatus ac discerptus fuit. *Gramond Hist. Gall. L. XIV.*

FRANCISCUS CHRISTOPHORUS *Levius Brioni Comes* initio dictus, *Lemovicibus* & castro *Fonti bellaqueo* præfuit; eundem ineunte anno 1644 Rex Ludovicus XIV. materque ipsius, quæ regnum tunc procurabat, *Ducem ac Parem Franciæ* creârunt dominio *Anville*, quod avunculus ejus Dux Montmorancius tenuerat, in *Ducatum* ac *Pariatum* restaurato.

Delinea Dominorum *de Chateaumorand* è familia *Levia* notandum, quod ANTONIUS *Jacobi F. Archiepiscopus Ambrunensis*, in quo illa quoad mares defecit, hæredem scripserit pronepotem suum è sorore *Isabella*, videlicet *Antonium le Long, Petri Domini de Chevillac* & *Annæ Barton de Monbas*, è dicta *Isabella Levia* natæ, filium, præterita Isabellæ prole mascula. *Antonius Longus* itaque *Baronis de Chateaumorand* titulum adscivit, ductaque *Gabrielide Levia* è *Charlusii* unicam tantum gnatam suscepit *Dianam*, quæ *Honorato Urfeo, Marchioni de Verromey*, amœnissimi ingenii viro & *Astræa* fabulæ Romanensis autori a. 1599. nupta, improlis circa a. 1627. fatis concessit, hæreditatémque litigiosam post se reliquit; de ea enim JOHANNES CLAUDIUS *Levius, Johannis III. Comitis de Charlus* filius natu minor, initio *Dominus de Maumont* appellatus, & *Bartonis Vicecomitis de Monbas* acriter inter se disceptarunt.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ HALLVINIÆ.

INter Ducales ac patricias Galliæ familias locus aliquando etiam *Hallviniæ* sive *Halevviniæ* fuit; eam, è Gallia Belgica, illaque parte quam *Pleymosii* olim incoluere, oriundam, *Joh. Carpentarius* in *Hist. Camerac. Parte* III. ad *Franconem* quendam refert Flandris vicaria potestate a. 1054 impositum. Huicex uxore *Johanna de Melun* filios duos tribuit, quorum alter *Hachet-Brunel* cognominatus apud Robertum Flandriæ Comitem gratia valuit, alter CAROLUS Hallviniam dynastiam sortitus stirpem in tabula exhibitam profevit; Posteri ejus *Insignium* loco leones *tres nigros, corona & falculis aureis, in scuto argenteo* adsciverunt.

A filius JOHANNIS Dynastæ *Hallvinii* & *Piennæ* (hoc dominium è materna hæreditate accepit) GUALTIERIO & JODOCO *lineæ duæ* ortæ sunt, quarum natura posterior in Gallias sedem fortunarum transtulit, prior verò in Belgio subsitit, & *Cominea* dynastia, tribus ab Insulis Flandriæ leucis dissita, aucta fuit per matrimonium JOHANNIS III. cum *Johanna de la Chite*, *Johannis*, cui Cominæum a matre *Johanna des Wasieres*: Hellini *des Wasieres Dom. de Heudicourt* & Aliæ familiæ priscæ Cominææ hæredis, gnata obvenerat, filia unica. Ea *Philippum Cominæum*, Historicorum facilè Principem, patruelem agnovit, utpote *Colardo de la Clite, Dom de Ruscheure*, Johannis fratre, natum. Transiit tandem Hallvinia pariter & Cominæa ditio in *Croviacam* familiam, cùm *Johanna*, Johannis IV. Hallvini filia unica, *Philippo Arschotano Duci* nuberet.

LUDOVICUS *Hallvinus Pienna*, Jodoci F. à Regibus Galliæ Ludovico XI. Carolo VIII. & Ludovico XII. eo in pretio habitus fuisse prædicatur, ut ab illo inter Cubicularios & arcanorum suorum arbitros cooptaretur, ab isto diversis legationibus adhiberetur, ab hoc denique Picardiæ præfectura decoraretur.

ANTONIUS *Hallvinus Pienna* vitam in propugnatione *Tervanæ Morinorum* ab Imp. Carolo V obsessæ, & tandem captæ ac funditus eversæ, profudit, filiumque natu majorem JACOBUM ejusdem fati socium habuit.

CAROLUM *Hallvinum Piennam* egregia officia, Regibus Henrico II. Carolo IX, & Henrico III. tegnoq; Galliæ præstita, ad summas dignitates provexerunt. Prima fortitudinis documenta in prælio Rentiacensi a. 1554. dedisse legitur; in bellis civilibus multa quoq; ipsius fuit fama, multaq; opera utraq; à parte: initio enim Condæi partes securus est, idque referente *Thuano Lib.* 32 jussu reginæ; post captum verò à regiis Rothomagum beneficio literarum à Rege promulgatarum, quibus cunctis, qui arma tulissent, gratia præteritorum & libertas ad suos redeundi concedebatur, usus, Protestantium partes deseruit una cum *Bellavilla* Santonum regulo, vulgari ea propter dicterio è lingua Santonica de rorto *Quillebodini*, quasi proditores & ignavi, ab illis indigetati. Exinde Regi Carolo IX. operam navando, legationem Picardiæ a. 1569. & præfecturam Metensem a. 1573 promeruit. De Hen-

HALLVINIÆ FAM

DOMINI AC DUC

CAROLUS DOM. DE HA
noy.

Gualtierius Dn.de Hallvin, vix

Gualtierius Dn. de Hallvin. *Maria de Harlebecque.* *Alisa.* Rog

Rogerus Dn. de Hallvin, Vicecom. de Harlebecque. *Johanna de la Douve Dom.de Meulenbecque & de Gavre.*

Johannes de Hallvin. *Maria de Liechtevelde.*

Gualtierius Dn.de Hallvin. *Johanna Dom. d' Otignies.*

Hugo Dn. de Hallvin. *Isabella de Dutkerke.*

Rollandus Dn. de Hallvin. *Margarita de la Gruthuſe.*

Vatierius Dn.de Hallvin † 1340. *Peronna de Saint Omer, Dom. de Piennes.*

Johannes II. Dn. de Hallvin & de Piennes. *Jacobina de Guiſtelle.*

Gualtierius Dn. de Hallvin. *Maria de Viſch dicta de la Chapelle.*

Adriana, nup. Jodoco de Bailleul Dom. de Douxlieu.

Johannes III. Dn. de Hallvin. *Johanna de la Clite, Johannis Dn. de Commines fil. ac her.*

Maria Dom.de Nieucapelle, nup. Marco de Montmorency Dom. de Croifilles.

2.Adriana, nup. Wilhelmo de Ligne Dom. de Barbanſon.

Georgius Dn.de Hallvin & de Comines. *Antonia de S.Adelgonde, Nicolai Dom. de Noircam f.*

Iſabella, ux. fecunda Ludovici de Joyeuſe Dom.de Botheon.

Franciſca, nup. Ludovico de Roncherolles Dn.de Hugueville.

Philippus Dn.de Piennes & de Magnelay. *Franciſca de Burgundia, Philippi Baſtardi de Neverſ.*

Johañes IV. Dn.de Hallvin & de Commines. *Johanna de Lannoy, Philippi Dn.de Molembais f.*

Johanna, nup. Philippo Dn. de Beaufort.

Antonius Dn. de Pieñes & de Magnelay. † 1533. *Aloiſia, Franciſci Dom.de Crevecœur f. Wilhelmi Gouffier Dn. de Bonnivet vid.*

Johanna Dn. de Hallvin & de Commines, nup. Philippo de Crouy, Duci d'Arſchot.

Jacobus † cum patre 1553.

Carolus Dn.de Piennes, M.de Magnelay, DUX de Hallvin PAR. FR. *Anna Chabot, Philippi Dn.de Brion fil.*

Antonius M.de Piennes occ. in duello.

Florimondus M.de Pieñes & de Magnelay, occ. 1591. *Margarita Claudia Gondy Alberti D. de Rets f.*

Carolus Com.de Dinan, occ. 1595. in expugnatione Durlanii.

Robertus Dn.de Rouſſoy, occ. in pr. Cutrac. 1587.

Carol9 II. Dux de Hallvin M. de Piennes † in juv.

Anna fratrũ hæres nup. Carolo de Schomberg C.de Nantueil, Duci de Hallvin, † 1641.

Alexander de Hallvin, Dn
garte & Leully. *Yolanda*

Maria Joſepha de Hallvin, Dn.
Ferdinando Franciſco de C

MILIÆ SCHEMA.

CES DE HALLVIN.

ALLVIN. *Maria de Lan-*

it 2. 1159. *Barbota de Soiſſons.*

gerus de Hallvin. *Agnes de Bousbeque.* — *Richildis.* — Wilhelmus de Hallvin. *Renata Wallincourt.*

Hugo de Hallvin, Eques. *Emma de Laon.*

Hugo de Hallvin. — Wilhelmus de Hallvin † 1293. *Hildegardis d'Enne.*

Jodocus de Hallvin Dn. de PIENNES, † 24. Sept. 1472. *1. Bona de Melun, Johannis Vicecom. de Gand f. 2. Johanna de la Tremoille. Johannis B. de Dours f.*

Ludovicus Dn. de Piennes. *Johanna de Guiſtelles Dn. d'Eclebecque.* — *Johanna, nup.* 1. Johanni de Leiden, Dn. de Vaſſenare, 2. Johanni de Soiſſons Dn. de Moreul. — Carolus Dn. de Nieurlet. 1. *Antonia de Saveuſe,* 2. *Margarita de Flandria di-Ela de Drincamp.*

Johanna, nup. Adriano Dn. de Rambures. — Johannes Dn. d'Eclebecque *Anna de Montchevallier Dn. d'Ouailly.* — 1. *Margarita, Dn. de Robeque, nup.* Philippo de la Vieuville. — 2. Claudius Dn. de Nieurlet. *Aloiſia de Houchin.*

Ludovicus Dn. d'Ouailly & d'Eclebecque. *Maria de Hames, Claudii hæres.* — *Claudia, Dom. de Nieurlet, nup.* 1. Carolo de Bonnieres Dom. de Souaſtre, 2. Johanni Dn. de Couwin.

Johanna, nup. Florimondo Robertet, Secret. Status. — Antonius Dn. d'Ouailly & d'Eclebecque. *Claudia Gouffier, Franciſci Dn. de Crevecœur f.*

Aloiſia, nup. Franciſco de Brouilly Dom. de Mainvillier, 1577 — *Johanna, ux.* Petri d'Angennes Dn. du Fargis. — *Anna, ux. prima* Ægydii Brulart Dom. de Genlis. — *Onſanna, nup.* Nicolao de Margival Dn. de S. Andrieux — Carolo Maximiliano Dn. d'Ouailly. *Catharina de Gué.*

...tle Tulloy, Hames, Sa... *...d'e Baſſompierre.* — Alphonſus Dn. de Fontaines, *Abbas de Sery.* — *Carola, nup.* Arturo de Moreul Dn. de Caumeſnil. — *Franciſca, ux.* Philippi de Berghe Dn. de Raſſé.

...d'Ouailly, ſola è ſtirpe ſua ſuperſtes nupſit ...croury Duci d'Havré 29. Oct. 1668.

rico III. quoque benè meritus inprimis eo quod in magna rei pecuniariæ difficultate versanti, argentum omne è divendito in Flandria avito suo patrimonio contractum officiosè commodaverit, accepis tamen in Armorica ex fundis regiis pignoris loco amplis vectigalibus, inter Equites Ordinis S. Spiritus in prima creatione a. 1578 allectus, demúmque a. 1587 ad dignitatem *Ducis ac Paris Franciæ*, à suprema curia sequentis anni initio confirmatam, evectus fuit, translato Ducali titulo in dictionem *Maignelay* in Picardia sub Halluinii nomine.

FLORIMONDUS *Hallvinus* Piennæ & Manelei Marchio fœderatorum partes adversus Henricum IV. Regem sectatus, cæde Henrici Guffierii Bonniveti cognati sui, & Fara Veromanduorum intercepta ac directa famam sibi paravit, in eadem urbe non ita multò post scelere Colasii Montelii Adæmari in Delphinatu Senescalli interfectus, postquam ab ipso, præfecturæ dicti oppidi inhiante, falsò apud Meduanium delatus fuisset, quasi consilia cum Rege agitaret. *Thuan. Lib. 97 & 102.*

Posteaquam morte præmatura CAROLI II. *Ducis Hallvinii*, nulloq; mare ex hac linea superstite titulus Ducalis expirasset, renovatus is fuit a. 1611 sub Candalio nomine in gratiam Henrici Candalii, filii Ducis Espernonii utpote cui *Annæ Hallvinæ*, Caroli sororis unica, desponsata fuerat; rupto vero hoc matrimonio, cùm Anna *Carolo Schonbergio Marchioni d' Espinay* in manum convenisset, in hujus gratiam denuò instauratus est Ducatus ac Pariatus Hallvinius, intra breve tamen temporis intervallum illo sine liberis mortuo iterum extinctus. Genus ducebat *Carolus Schonbergius* (neq; enim intempestivum videtur aliqua de ipsius stirpe hoc loco inserere) ex illustri apud *Misnenses* familia *Schœnbergiorum*, patrémque habuit *Henricum*, avum verò *Casparum Schonbergios*. Hic regnante Carolo IX. in Galliam profectus conditione temporum ad arma stimulante, voluntarius primò, posteà centurio, demum Colonellus Germaniæ equestris militiæ meruit, pacis præterea artibus, & togata prudentia commendatus, eam existimationem consecutus est, ut quo tantum virum Galliæ vindicaret, prædictus Rex omni studio gratiaque provideret. Quare honoribus ac beneficiis à seaucto ad acquirendum à Ducibus Guisiæ Comitatum *Nantueil* operam auctoritatemque commodavit, & matrimonium *Johannæ Castenææ Rupiposeæ*, Henrici Clutini Villeparisii Legati apud Pontificem Romanum viduæ, conciliavit. Ex ea Casparus *filios duos, gnatasque tres* suscepit, supremumque diem apoplexia incurru ad Santantonianam urbis portam correptus d. 27 Mart. 1599 explevit condigno elogio à *Thuano* artissima necessitudine sibi juncto *Libro* CXXII. *historiarum* honestatus. Ex *filiabus* ejus natu maxima *Catharina Ludovico Barbansanio Canio* nupsit, & ante patrem decessit, altera *Margarita* innupta ætatem peregit, tertia *Francisca Francisco Dallonio Ludensi Comiti* elocata fuit. *Filiorum* natu minor *Hannibal* Pragæ in Bohemia a. 1614 interiit, *Henricus* verò familiam patrisque nomen propagavit, virtutibus illius minimè inferior, quibus summas dignitates promeruit: erat enim *Eques Ordinum Regiorum*, præfectus succesive Marchiæ, Santonum, Engolismæ & Lemovicum, a. 1629 præmium rei in Italia strenuè gestæ scipionem *Mareschalli Francia*, victoriæ verò ad castrum Arii a. 1631 de Duce Montmorancio reportatæ præfecturam Septimaniæ tulit. Functus insuper est exiguo tamen temporis intervallo munere *supremi rei tormentariæ Magistri & præpositi ærarii sacri*. Persolvit naturæ debitum d. 17 Nov. 1632, postquam annuo abhinc spatio *Annam*, Philiberti *Domde la Guiche* filiam secundis nuptiis sibi junxisset, ea gnatam posthumam enixa est *Johannam Armandam* dictam, & *Carolo Rohano Guimeneo* posteà nuptam. E priore verò illius uxore *Francisca Marchionissa d' Espinay & Comitissa de Durestal* natus est juxta cum *Johanna Rogero Plessæo Liancurio* elocata, *Carolus Marchio d' Espinay Comes de Nantueil & de Durestal. Dux Hallvinii*, & *Par Franciæ*, de quo initio dictum fuit; is multis fortibus factis & gloria militari illustris, præter præfecturas Septimaniæ & Episcopatuum Metensis ac Verodunensis, *Tribunatum Equitum* Leucatensi victoria a. 1637 promeruit. Post *Annæ Hallvinæ* mortem ad secunda vota transiit cum *Maria, Caroli Marchionis de Hautefort* gnata, è neutra verò sobolem suscepit, & d. 6 Jan. 1656 vivis exemptus stirpem suam in Gallia finivit: toto enim errant cœlo, qui *Fridericum Schonbergium Mareschallum Franciæ*, clarum hac nostra ætate virum, ab illis, quos recensuimus, descendisse credunt, cum is è diversa planè familia in inferioribus Rheni oris incluta & ad priscos Cliviæ Comites originem suam referente, prognatus sit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ GONTALTINO-BIRONIÆ.

Brontium Petrocoriorum oppidum, in montibus Cadurcos attingentibus ſitum, in *Gontaltorum* patrimonio ab omni memoria fuiſſe ferunt. Gentem verò non ſuperiore tantum ſeculo, quippe quo inprimis ſeſe extulit, ſed & remotiore ævo claram, fortiumque virorum feracem fuiſſe *Laburerius* in *Addit. ad Caſteln.* memorat, id porrò ſubiungens, poſſe ſe continuam familiæ deductionem inde ab anno MCC. contextam dare. Atque utinam hanc potentiam in actum deduxiſſet, cupidinemque noſtram expleviſſet potius quàm incendiſſet! Deſtitutus verò integro familiæ hujus ſtemmate, excerpta ex P. *Anſelmi* Hiſtoria *des Gr. Officiers* ſequenti exhibere tabula operæ pretium fore putavi. *Inſignia* gentis *ſcuto ex auro & minio quadripartito* conſtant, qualia etiam *Gontaltii* cognomento *Saint Geniez* uſis, & affinitate cum Bironis conjunctis, familiaria fuere, unde conjectare licet, utramque gentem unius ejusdemque originis eſſe.

PONTUS *Gontaltus Bironus* munia *ſciſſoris dapium* apud Regem Carolum VIII. obiit.

JOHANNES Ponti F. præclaris nomine Regis Franciſci I. legationibus apud Imperatorem Carolum V. nec non apud Regem Luſitaniæ functus, pro R. Henrico II. in prælio San Quintiniano fortiter pugnavit, graviterque vulneratus in hoſtium poteſtatem pervenit, à quibus Bruxellas deductus ibidem ſpiritum emiſit.

ARMANDUS *Gontaltus Bironus* vir (elogio *Thuani* Lib. CIII. Hiſtor.) *ingenio acri, rerum uſu continuo, fortitudine, vigilantia cum præſtantiſſimis hujus ævi ducibus comparandus*, per omnes militiæ gradus ad ſummum pertigit; á puero literis non mediocriter tinctus, ubi ex ephebis Margaritæ Valeſiæ Reginæ Navarræ exceſſit, in bello Pedemontano prima militiæ rudimenta poſuit & nomen juvenis ſtrenui nec ad pericula ſegnis retulit, cum gravi in crure vulnere. è quo tota vita claudicavit. Flagrante bello civili innumeris certaminibus, atrociſſimis prœliis, Drocenſi videlicet, San-Dionyſiano & Montconturio, acerrimisque obſidionibus interfuit, creatus initio ductor Ordinum, poſteà tribunus legionis, dein alæ equitum dux, tum caſtrorum & rei tormentariæ præfectus, & poſtremò (a. 1577) *Mareſcallus Franciæ*, auctusque inſuper Aquitaniæ præfectura; quæ omnia (*Thuani* iterum verba refero) *non favore & gratia, ſed ſola virtutis optimæ merito: erat quippe ab omni aſſentatione aulica alienus, imperioſus, tracundus, invidus, alienæ gloriæ obtrectator; de cætero in ſpeciem comis, feſtivus, in ſumptu profuſus, ſummis negotiis, legationibus tota vita præpoſitus, ſomni parcus, largior & hilarior in convivitis*; quæ *plerunque dicacitate condiebat; cum primum ſomnum exegerat, puero, quem ab epiſtolis ad pedes decumbentem habebat, excitato, quæ tota die agenda erant, dictabat. tum ſe rurſus ad ſomnum componebat, à quo expergefactus breviculo recitato quæ meditatio ſuggeſſerat, addebat aut detrahebat, tum manu inter belli duces diſtribuebat; commentaria rerum geſtarum perpetuò ſcribebat, quæ unà cum libro, quo munus præfecti caſtrorum prolixè explicuit, magno Gallici nominis detrimento perierunt.* Poſt exceſſum Henrici III. inter primos Henricum Navarrum Regem ſaluravit, omnemq; exercitum

FAMILIÆ GONTALTIN

GASTO DE GONTAUT, BARO DE BIRON. Ux. Si
& la Barde Lanceloti filia.

Johanna, nup. N.M. de Gourdon Dn. de la Vercantiere. | *Catharina, nup.* 1. Guidoni de Foletie, 2. Johanni de Bruzac. | Gasto de Gontaut, B *de Salaignac.*

Margarita, nup. Alano de Charbonnieres. | *Johanna, ux.* Raimundi de Baussa Dn. de Belcastel. | *Catharina, nup.* Michaëli de Chassaignies, Dn. de Geniliac. | Pontus de Gontaut, B. de Biron. *1. Magdalena de Rochechouart, Johannis II. Dom. de Mortemar f. 1498 sterilis. 2. Margarita de Montferrant.*

2. Johannes de Gontaut, B. de Biron † 1557. *Anna de Bonneval Dom. de Cheboutonnes.*

Johanna, nupta Jacobo de Durefort Dom. de Boissiere. | Armandus de Gontaut, B. de Biron, Marescallus Fr. occ. 26. Jul. 1592. *Johanna Dom. d' Orneſan & de S. Blancard, Bernardi f.*

Carolus DUX de Biron, PAR. Admiralis & Marescallus Fr. † 31. Jul. 1602. cœlebs. | Johannes B. de Biron 1. *Jacobina de Gontaut. Dom. de Badefou, Eliæ Dom. de S. Geniez f.* 2. *Martha Franciſca, Henrici B. de Noailles f.* | *Philiberta, nupta* Carolo de Pierre buffiere, B. de Châteauneuf. | *Carola uxor prima* Jacobi de Caumont, D. de la Force.

Henricus Carolus de Gontaut M. de Biron, † 1636. 13. Dec. æt. 16. cum equo lapsus. | Franciscus de Gontaut, M. de Biron. *Elisabetha de Cossé, Franciſci D. de Brissac f.* | Josephus. | *Maria, Carola, moniales.*

Ludovicus † juven. 1664. | . . . . . de Gontaut M. de Biron, n. 5. Aug. 1664. | *Maria Magdalena Agnes, nupta* . . . . . Marchioni d'Urfé 1684. | *Henrica Maria.*

NO-BIRONIÆ SCHEMA.

...bylla de Chabanez. Dom. de l' Esparre, Montaignac, Ciurac

...laro de Biron. *Catharina* | Armandus Dn. de Montaut † ... *Delphina de Durefort.* | ... *Isabella Dn. de Bonnefon.* | ... *Arnolda, innup.*

Armandus *Episcopus* Sarlatensis, † 1531. | *Catharina, nup.* Bertrando de Lur Dn. de Longa... | Guido, *Protonotarius.* | Brandelinus Dn. de Puybetousator Dn. *de Salignac & le Comte d' Arros* in Bearnia.

2. Catharina, nup. 1. Francisco de Durefort Dn. de Duras. 2. Jacobo de Pons Dom. de Mirambeau.

Claudia, nup. Johanni d' Ebrard, Dom. de S. Sulpize. | *Johanna, nup.* 1. Petro Poussard B. de Brisembourg. 2. Petro de Caumont, Dn. de Montpouillan. | Fulcaldus de Gontaut Dn. de Poybeton occ. in pr. Monscontur. 1569, 3. Oct. | *Blanca de Turgis.*

Anna, nup. Odeto de Lanes, B. de la Rochechalais. | Armandus Dn. de S. Blancard occ. 1583. *Hippolyta de Lauzieres Dn. de la Chapelle.* | *Claudia, nup.* Carolo de la Rochefoucaud C. de Rouffy. | *Aloisia, ux.* Brandelisi de Gironde, M. de Monclar. | *Carola, nup.* Godofredo de Durefort B. de Boissiere.

Johanna Franciſca, monialis. | *Maria Marthamoniales.* | Johannes Carolus de Gontaut.

ad ejus obsequium autoritate sua pertraxit, Comitatum Petrocoriorum sibi posterisque suis pactus, quem tamen licet à Rege pro temporum necessitate promissum nunquam obtinuit. Nihilo tamen secius fortem eidem operam in Arcuensi & Evriecensi pugna aliisque expeditionibus navavit, usque dum in oppugnatione *Espernai* ad *Matronam* cum post cœnam locum propius lustraret, ictu tormenti minoris in caput adacto occisus est, cum vixisset annos LXVIII. firma admodum valetudine, quamvis multis vulneribus confecto corpore, observatumque fuit, referente sæpe citato autore, cùm post horam alteram à cibo copiosè sumpto interfectus esset, aperto corpore nihil esculenti in ventriculo ejus repertum fuisse, insigni caloris nativi in illa ætate vividi indicio, quo tam brevi tempore sumpta jam concoxerat.

CAROLUS *Gontaltus Bironus* magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Erat in eo animus magnus & intrepidus, sed vastus ac arrogans, morumque acerbitas & quædam intolerantia, cum iracundia conjuncta. Duello, quo *Carolum Scarsium Carancium* rivalem suum (ambo *Annæ Caumontiæ* nuptias ambiebant) superavit, primùm inclaruit, nonemque pugnacis adeptus est. Edoctus posteà militiam in castris parentis tum præceptis tum exemplo, editisque in præliis Arcuensi, Ivodiensi & Aumalio, nec non in oppugnationibus Lutetiæ & Rothomagi bellicarum virtutum documentis summam claritudinem, Regisque Henrici IV. gratiam sibi paravit; adeò ut is juvenem ipsius magnis exaggeraret honoribus, *Præfectura* scilicet *maris & Burgundiæ* anno 1592. biennioque post *Tribunatu Equitum*. Magna exinde & præclara in Regem regnumque ipsius exitere merita, usque ad pacem Vervinensem, qua confecta laborum ac virtutis decoramentum, titulum *Ducis ac Patricii regni*, tulit, supremæ *Comestabilis* dignitati à Rege destinatus, si Montmorancio quid humani evenisset. Verùm enim verò jussus eodem temporum intervallo de Præfectura maris decedere, impatienter id tulit, altiusque novo beneficio ad animum revocavit, atque ab hero alienus in Burgundiam cui præerat secessit, ubi biennio commoratus, occulta cum Hispanis Duceque Sabaudiæ, internuncio *Jacobo Lasinio*, consilia miscuit, vana principatus Burgundiæ sibi ab illis impetrus. Orto deinde cum Sabaudiæ Duce bello, novas offensionis causas, ob detrectatam sibi Burgi à se expugnati præfecturam, divisumque cum Diguerio imperium, arripuit, sensumque ejus minimè dissimulans, suspiciones Regi jam præbitas auxit, & quamvis ab eo, virum benè de se meritum servare quo vis modo cupiente, amicè monitus, ut Lasinium perfidum & perversæ naturæ hominem, qui proditionum & machinationum multarum conscientia infamis alios in fraudem inductos postea festinato indicio in perniciem traxerit, facessere juberet, prætereaque novis beneficiis affectus & perhonorifica legatione in Angliam missus, porro ibidem Reginæ Elisabethæ opportunis sermonibus in conspectu turris Londinensis, Comitis Essexii aliorumque supplicio affectorum capitibus tunc fœdatæ, quasi præfago spiritu secum habitis tactus, cuncta tamen, non magis ac decus fidesve hominis ambitione cœci & ad exitium vergentis impetum sistere valuerunt, quin cœptam cum hostibus regni pravorum & noxiorum consiliorum telam continuaret. Rex itaque factus certior ab ipso Lasinio molitionum Bironi in aulam accersitum, & ad ingenuam delicti confessionem stipulata etiam venia admonitum, sed omnia audacter & præfractè inficiantem, comprehendi & legibus cum eo agi, porro à Commissariis læsæ majestatis reum pronunciatum & capitis damnatum, ultimo supplicio affici jussit, extincta Ducisac Paris dignitate. Habuisse *Bironium* fati sua aliquot vaticinia, prout deditus erat magis ac divinatoribus, *Caspar Ens Morosophæ L. 2. c. 8* narrat, eaque inter illud memoratu dignum mihi videtur, quod Necromanticus quidam Parisiensis nomine *Cæsar* ab ipso interrogatus edidit, nimirum *regno eum potiturum, cæveret sibi tantum ab ictu Burgundi cujusdam.* Hujus postea prædictionis memor in custodia inquiri jussit, num carnifex Parisiensis genere Burgundus esset, affirmantibus, ergo, inquit, actum est de vita mea, nec multo post à Burgundo illo capite fuit multatus.

ARMANDUS *Gontaltus Sanblancartius* Franciscum Valesium Andium Ducem, ad Belgii imperium anhelantem, in Brabantiam secutus, exorto Antuerpiæ famoso illo tumultu, vitam cum sanguine profudit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ BETHUNIÆ.

Otantis fati insigne documentum dedit familia *Bethunia*; siquidem ampliſſima olim & abundantiſſimis bonis excellentiſſimisque viris conſpicua, temporum deinceps hominúmque injuriis tantum ſplendoris ſui deliquium paſſa eſt, ut in tenebris & oblivione aliquandiu penitus jaceret. Hinc factum, ut *Maximilianus Bethunius* primus *Sullii Dux*, cum virtute ſua nec non favore Regis *Henrici* IV. in Gallia inclaresceret, pro novo ac peregrino homine habitus fuerit, invidiamque ea propter majorem ſenſerit; neque enim deſuere, qui illius originem è *Scotia* arceſſere, patremque ejus inde in Galliam cum *Maria Stuarta* tranſiiſſe affirmare ſuſtinerent, habentes ſcilicet in recenti memoria *Jacobum Beton* Archiepiſcopum Glaſconenſem, & legati munere in aula Gallica nomine Regni Scotici aliquandiu functum. Hujus cognomen quod à *Bethunio* parum eſſet abſonum, agnationem inter illos interceſſiſſe concluſerunt; haud equidem ineptè: patuit enim poſteà demonſtrante *Andrea Duchesnio*, *Betonos* in Scotia, *Bethuniosque* in Flandria & Gallia unius ejuſdemque generis eſſe; licet ipſemet *Maximilianus Bethunius* vehementer huic ſententiæ initio reclamaret, eámque in contumeliam traheret. Nimirum ſciebat ille per domeſticam traditionem, magnam quondam familiæ ſuæ dignationem ac clarıtudinem fuiſſe, diu tamen quò ſtirpem ſuam referret, incertus ferebatur, modo à *Roberto Bethunio* Comite Flandriæ, modo à Regibus Galliæ genus ſuum deducens. Poſteriorem quidem opinionem hauſit ab *Angelo Capello Lautio*, qui id ei perſuaſerat Principum Curtenacenſium ergò, (iſtorum enim cauſam *Maximilianus Bethunius* ob affinitatem cum illis contractam tuebatur) & Genealogiam confinxerat, qua à primogenito Curtenacenſis domus illum deducebat. Ex hoc verò commento grave & irreparabile detrimentum cauſæ Principum iſtorum enatum eſt; Rex enim *Henricus* M. quem tot Curtenacenſis domus documenta pænè ad credendum duxerant, ad Bethunii quamvis ſibi perchari prætenſionem adeò accenſus indignatione eſt, ut nec mentionem hujus rei amplius ferret, quemadmodum in *Laburerii Addit. ad Mem. Caſt. T. 2. p. 688* legere eſt. Tandem cùm *Andreas Duchesnius*, vir accuratiſſimus & de plurimis illuſtribus in Gallia familiis benè meritus, oſtendiſſet *Maximiliano Bethunio*, quæ de nomine genereq; ejus enquiſiverat ac congeſſerat, grata ille ea habuit, ſibiq; ac genti ſuæ honorifica ſatis deputavit, usque adeò, ut auctori laborem ſcribendæ Hiſtoriæ Genealogicæ domus Bethuniæ imponeret; quem etiam ille in ſe ſuſcepit, & ſtemmatographiam familiæ hujus fide veterum tabularum & documentorum genuinorum pertexuit inde à ROBERTO Domino *Bethunii* (quod oppidum eſt Arteſiæ ad rivum *Biette* dictum ſitum) & *Richeburgi*, Advocato Atrebatenſi, ſive bonorum Abbatiæ *S. Vedaſti*, à quo hæc etiam Genealogia exorditur.

E linea Dominorum *de Carency*, quos *Roberti* modò memorati filium natu minorem condidiſſe è tabula patet, prodiere *Bethunii*, qui *Cameraci* aliquandiu floruere, *Patriciis* familiis adſcripti, ceu *Carpentarius in Hiſt. Camerac. P. 3. p. 234* indicat. Eorum autor *Walo* fuit ſive GUALO, qui circa

FAMILIÆ BETH

DOMINI DE BETHUNE,

ROBERTUS cogn. Faisseus, DN. DE BETHUNE & circa a. 1037.

Robertus II. Dn. de Bethune, occ. 1072.

Robertus III. cogn. Calvus Dn. de Bethune, † circa 1101.

Robertus IV. cogn. Crassus Dn. de Bethune † 1128. *Adelisa de Peronne Dn. de Warneston.*

Adamus de Bethune, Eques in Palæstina. DN. de BESSAN

Wilhelmus I. Dn. de Beth. † 1144. *Clementia, Simonis d' Oisy f.*

Balduinus, dictus Advocatus,

Robertus † ante patrem.

Adamus II. de Bethune, Eques Dn. de Bessan.

Robertus V. cogn. Ruffus Dn. de Beth. † 1191. *Adelais de Candavene, Hugonis C. de S. Paul f.*

Benedictus.

Adamus

Mathildis, nup. Everardo dicto Radoul, Castellano de Tournay Dn. de Mortagne, hic † 1180.

N. nup. N. Dn. de Mancicourt.

Gremontius I. de Bethune. *Agnes, f. Huetii dicti Lembriac, Dn. de Giblet.*

Anselmus.

Johannes *Episc. Cameracens.* 1201, † 20. Jul. 1219.

Balduinus COM. D'AUMALE Dn. de Choques per ux. *Heroysam Stephani C. d' Aumale f. & h.* † 1240.

Margarita.

Mathildis, nup. 1. Gualterio de Bourbourg, 2. Hugoni Houdain.

Clementia, nup. Balduino Chacelain de Bourbourg 1172.

Wilhelmus II. cogn. Ruffus Dn. de Bethune, de Richebourg & de Warneston. † 1213. *Mathildis, Gualterii III. Dn. de Tenremonde f. & her.* † 1224.

Robertus VI. Dn. de Bethune, † circ. 1193.

Heroysia, nup. Wilhelmo II. C. de Pembroc.

Balduinus † juv.

Mathildis, nup. 1. Balduino Dn. de Commines, 2. Gisleberto Dn. de Rasseghem.

Adelida, nup. Galcherio II. Dn. de Nanteuil la Fosse 1215.

Johannes COM. de S. PAUL per ux. *Isabellam de Candavene, Hugonis C. de S. Paul f. & h. Galcherii de Chatillon vid. ille* † circ. 1240.

WILHELMUS DN. DE MOLEMBEQUE. Vid. Tab. II.

Balduinus.

Robertus VII. Dn. de Bethune. † 1248. *Isabella Dn. de Moreaumez, Nicolai de Condé vid.*

Daniel, *Eustachius de Chatillon,* † impr. 1226.

Mathildis Domina de Bethune, Tenremonde, Richebourg & Warneston, Advocata d' Arras & de Gand, nup. Guidoni de Dampierre, Com. Flandriæ 1245

Isabella de Bethune, nup. 1. Hellino Dn. de Waurin & c. Lillers. 2. Hugoni Dn. d' Anthoing & d' Espinoy.

Gualterius, *Margarita Babin Raimundi f.*

Philippus † vav.

Almaricus † vav.

Theobaldus Dn. de Bessan. 1. *Nicola d' Thelin, Baliani Dn. de Suret f.* 2. *Alisa de Montolif, Simonis Mareschalli Cypri f.*

Agneus de Bessan. *Agnes de la Mandelée Wilhelmi Banlaii vidua.*

HUNIÆ TAB. I.

, CARENCY ET BESSAN.

: de Richebourg, Advocatus (Advoué) d'Arras; obiit

N. de Bethune DN. de CARENCY.

Elbertus I. de Bethune Dn. de Carency & d'Ablain 1109. | Manasses. | Morantius *Oda.*

Sicherus de B. Dn. de Carency & d'Ablain 1109. | Manasses. | Balduinus. | Theodoricus. | Simon. | Almaricus.

Elbertus II. Dn. de Carency 1155. | Robertus, *Canonicus Atrebat.* | Manasses. | Girardus. | *N. nup.* Goscelino Equiti. | Philippus de Carency. | Almaricus de Carency.

Elbertus III. Dn. de Carency, 1200. ⊙ | Balduinus Canon. Bethun. | Wilhelmus Clericus. | Gualon 1190. | Almaricus Equ. | Hugo Equites. | Arnoldus Canonicus.

Maria.

Elisabetha Domina de Carency, nup. Wilhelmo de Cajeu.

⊙ Elbertus IV. Dn. de Carency † 1[illegible].

Elisabetha, nupta Philippo le Roux.

Isabella, ux. Comestabilis de Tabaria.

Richardis, nup. Balduino d'Ybelin Dn. de Rames.

Philippus.

Almaricus.

Gualterius de Bessan Equ. 1201. *1. Dulcia Porcelet. 2. Theodora Thumena.*

Adamus III. de Bessan. *Helvisa de Milly. Henrici Dn. Arabiæ Petroſæ f.*

Gremontius II. de Bessan. *1. Juliana, Renaldi de Soissons, Marescalli Cypri f. 2. N.*

Conon DN. de BERGUES postea REX ADRIANOPOLIS, † 17. Dec. 1223.

Balduinus Rex Adrianopolis.

Conon.

Bartholomæus, Monachus.

2. Femia, nup. Guidoni de Morf.

2. Alisa, ux. Balduini d'Ybelin, Senescalli Cypri.

2. *Elisabetha, nup.* Guidoni de Soissons.

1. *Eschiva, nup.* Johanni de Antiochia, Marescallo Cypri.

1. Almaricus, de Bessan Dn. de Triarr in Apulia.

1. Theobaldus, occ. in expugn. Tripolis.

1. Balduinus. *Macea, Wilhelmi Vicecom. de Triple f.*

1. Gualterius. *Alix d'Ybelin Philippi Comestab. Cypri f.*

2. Helois, nup. Rolando de Luque.

Philippina, nup. Johanni Babin,

Eschiva, uxor Nicolai Boule.

Maria de Bessan.

ca a. 1190 vixit & ELBERTI II *Dn. de Carency* filius audit. Habuit is gnatum, nempe *Petrum Bethuniæ*, quem uxor *Godelidæ* patrem fecit *Philippi* & *Jacobi*. Hic Abbatiæ *Anchin* præfuit, ille verò *Scabinus Cameracenſis* ducta uxore *Florentia*, *Jacomoni Tacarie*, Equitis filia, genuit *Petrum*, *Jacobum*, *Sigerum*, *Johannam*, Johannis de Forenville, *Adelheidin*, Andreæ Floquet, *Agnetem* Wi helmi Sauvage, *Ægydiam* Jacobi Patoul & *Margaritam* Waltheri Renard coniuges. E maribus *Petrus* ſtirpem propagavit, qui a. 1338 Cameraci *Quatuorviralem* dignitatem geſſit, & *Mathildem de Paillencourt* in matrimonio habuit, genitor *Petri*, *Philippi* & *Sigeri*, qui ſinguli conjugia iniere, poſterosque reliquere, adrenuem tandem conditionem redactos, adeo ut plebeiis ſe immiſcere eorumque affinitates quærere neceſſe haberent, inſigni ludibrio fortunæ, quæ familiam, à qua ingens Imperatorum ac Regum numerus deduci poteſt, infimorum etiam hominum propinquitatibus inquinavit.

ADAMUS *Bethunius Roberti* III. F. famoſiſſimæ expeditioni à Chriſtianis a. 1096 Duce *Godofredo Bullionæo* in Paleſtinam ſuſcepræ, quæ prima inter *Cruciatas*, quas vocant, fuit, nomen dedit, ſedemque iſtis in oris fixit factus dynaſta *Beſſani* in provincia Galilææ.

WILHELMO II. *Bethunii Domino* conjugium cum *Mathilde Teneramundana* decus pariter atque opes attulit: erat enim illa edita progenitoribus, qui Principum axioma uſurparunt, ampliſſimamque dominiorum *Tenremondæ*, *Molembeque* & *Locres* hæreditatem ipſi reliquerunt; hinc ROBERTUS VII. ex illis natus in memoriam maternæ proſapiæ repudiatis *avitis inſignibus*, quæ *quatuor* vel *quinque baltheos diagonales aureos cæruleo ſolo inductos* repræſentabant, *Teneramundana* adſcivit, *parmam* ſcilicet *argenteam faſcia rubea diſtinctam*, qualem hodienum gens *Bethunia* geſtare ſolet.

CONON *Dn. de Bergues* memoratur fuiſſe in numero ducum, qui a. 1203 Imperium Græcorum occuparunt, potitusque *Adrianopoli* dominium ejus cum regio titulo in ſe transtuliſſe.

A MATHILDE, *Roberti VII. Dn. Bethunii* filia natu majore, quæ primariam Bethuniæ & Teneramundanæ domus hæreditatem crevit, eandemque in Flandricam intulit, & mater facta eſt *Roberti Comitis Flandriæ*, qui cognomentum *de Bethune* adſcivit, omnes quotquot auguſto ſanguine orti in Europa imperant Reges ac Principes derivari poſſe, à Genealogis obſervatum eſt.

AD

AD TAB. II.

WILHELMUS *Molembeccia* Dynasta *Pontrohartium* dominium uxorio jure acquisivit, id posteà una cum Molembeccano ejus gnata MATHILDIS, defuncto absque prole fratre ÆGYDIO, WILHELMI II. præmortui filio WILHELMO III. præripuit, & in se posterósque suos transtulit, relicta illi ex avita hæreditate sola dynastia *Locrensi*, cui materno titulo *Hebuternensis* accessit.

JOHANNES *Bethunius* dominium *Vendueil*, à quo titulum sibi sumpsit, è materna hæreditate percepit, posteà opulento conjugio auctus amplissimas possessiones filiis suis reliquit, verum maxima illarum pars cum ROBERTI, qui natu major ex istis erat, filia JOHANNA in *Barensem* familiam transiit.

JACOBUS *Bethunius*, JOHANNIS II. *Autrescheæ* Domini & familiæ suæ continuatoris, in prælio *Azincurtiano* gloriosa morte defuncti filius natu minimus, cùm a. 1448. Mariam Geldricam, Regi Scotiæ *Jacobo II.* nuptam, in Scotiam deduxisset, sedem fortunarum ibi reperit, uxorémque nactus, quæ *Balfuriæ* domus hæres erat, novum illic profevit ramum. Deficit verò posterorum ejus continua & exacta enumeratio: claruere tamen inter illos inprimis *Jacobus Beton* Regni Cancellarius Episcopus Glasconensis a. 1539. mortuus, *David Beton*, Cardinalis, illius ex fratre nepos, atque itidem Regni Cancellarius, & Archiepiscopus Fani Andreæ, de cujus impostiris, animóque ambitioso ac crudeli aliqua *Thuanus Histor. Lib. 3*, specaliora *Buchananus rer. Scot. l. 15.* referunt, quique cruenta tandem nec indigna morte a. 1546. è medio sublatus est; denique *Jacobus II.* qui *Davidem* vicissim agnoscebat patruum, Archiepiscopus Glasconensis, & Legatus in Gallia a. 1607. ætatis 86. fato functus, de quo in notis ad tabulam superiorem mentio facta dictúmque fuit, quod cognomine suo ansam præbuerit opinioni communi, qua Maximilianus Sullii Dux è Scotia oriundus esse ferebatur. *Scutum* quo *Bethunii in Scotia* uti solebant, *quadripartitum* fuisse, & *secunda* ac *tertia* areola *Bethunium*, *prima* verò & *quarta Balfuriorum dicyma*, *cantherium* scilicet *nigrum*, *cujus apici caput lupi marini argenteum impressum* erat, in solo argenteo repræsentasse dicitur.

JOHANNES IV. *Bethunius* cùm splendido ac locuplete, quo auctus fuit, matrimonio attenuatas ac diminutas domus suæ opes restituere atque in lauciorem fortunam pristinamque dignitatem se familiamque vindicare potuisset, maluit luxuria atque inertia, vitaque turpi accisa soluta omnia profundere ac prodigere, præterea mortua uxore fecundis iisdemque imparibus nuptiis cum ignobili mulierecula se dehonestare, adeò ut pecuniæ an famæ minus pepercerit, haud facile discerneres.

ca a. 1190 vixit & ELBERTI II *Dn. de Carency* filius audit. Habuit is gnatum, nempe *Petrum Bethunium*, quem uxor *Godelida* patrem fecit *Philippi* & *Jacobi*. Hic Abbatiæ *Anchin* præfuit, ille verò *Scabinus Cameracensis* ducta uxore *Florentia*, *Jacomoni Tacarie*, Equitis filia, genuit *Petrum*, *Jacobum*, *Sigerum*, *Johannam*, Johannis de Forenville, *Adelheidin*, Andreæ Floquet, *Agnetem* Wi helmi Sauvage, *Ægydiam* Jacobi Patoul & *Margaritam* Waltheri Renard conjuges. E maribus *Petrus* stirpem propagavit, qui a. 1338 Cameraci *Quatuorviralem* dignitatem gessit, & *Mathildem de Paillencourt* in matrimonio habuit, genitor *Petri*, *Philippi* & *Sigeri*, qui singuli coniugia iniere, posterosque reliquere, ad tenuem tandem conditionem redactos, adeo ut plebeiis se immiscere eorumque affinitates quærere necesse haberent, insigni ludibrio fortunæ, quæ familiam, à qua ingens Imperatorum ac Regum numerus deduci potest, infimorum etiam hominum propinquitatibus inquinavit.

ADAMUS *Bethunius Roberti* III. F. famosissimæ expeditioni à Christianis a. 1096 Duce *Godofredo Bullionæo* in Palæstinam susceptæ, quæ prima inter *Cruciatas*, quas vocant, fuit, nomen dedit, sedemque istis in oris fixit factus dynasta *Bessani* in provincia Galilææ.

WILHELMO II. *Bethunii Domino* conjugium cum *Mathilde Teneramundana* decus pariter atque opes attulit: erat enim illa edita progenitoribus, qui Principum axioma usurparunt, amplissimamque dominiorum *Tenremonde*, *Molembeque* & *Locres* hæreditatem ipsi reliquerunt; hinc ROBERTUS VII. ex illis natus in memoriam maternæ prosapiæ repudiatis *avitis insignibus*, quæ *quatuor* vel *quinque baltheos diagonales aureos cæruleo solo indutos* repræsentabant, *Teneramundana* adscivit, *parmam* scilicet *argenteam fascia rubea distinctam*, qualem hodienum gens *Bethunia* gestare solet.

CONON *Dn. de Bergues* memoratur fuisse in numero ducum, qui a. 1203 Imperium Græcorum occuparunt, potitusque *Adrianopoli* dominium ejus cum regio titulo in se transtulisse.

A MATHILDE, *Roberti VII. Dn. Bethunii* filia natu majore, quæ primariam Bethuniæ & Teneramundanæ domus hæreditatem crevit, eandemque in Flandricam intulit, & mater facta est *Roberti Comitis Flandriæ*, qui cognomentum *de Bethune* adscivit, omnes quotquot augusto sanguine orti in Europa imperant Reges ac Principes derivari posse, à Genealogis observatum est.

AD

AD TAB. II.

WILHELMUS *Molembeccia* Dynasta *Pontrohartium* dominium uxorio jure acquisivit, id posteà una cum Molembeccano ejus gnata MATHILDIS, defuncto absque prole fratre ÆGYDIO, WILHELMI II. præmortui filio WILHELMO III. præripuit, & in se posterosque suos transtulit, relicta illi ex avita hæreditate sola dynastia *Locrensi*, cui materno titulo *Hebuternensis* accessit.

JOHANNES *Bethunius* dominium *Vendueil*, à quo titulum sibi sumpsit, è materna hæreditate percepit; posteà opulento conjugio auctus amplissimas possessiones filiis suis reliquit, verum maxima illarum pars cum ROBERTI, qui natu major ex ipsis erat, filia JOHANNA in *Barensem* familiam transiit.

JACOBUS *Bethunius*, JOHANNIS II. *Autrescheæ* Domini & familiæ suæ continuatoris, in prælio *Azincurthano* gloriosa morte defuncti filius natu minimus, cùm a. 1448. Mariam Geldricam, Regi Scotiæ *Jacobo II.* nuptam, in Scotiam deduxisset, sedem fortunarum ibi reperit, uxoremque nactus, quæ *Balfuriæ* domus hæres erat, novum illic profevit ramum. Deficit verò posterorum ejus continua & exacta enumeratio: claruere tamen inter illos inprimis *Jacobus Beton* Regni Cancellarius Episcopus Glasconensis a. 1539, mortuus, *David Beton*, Cardinalis, illius ex fratre nepos, atque itidem Regni Cancellarius, & Archiepiscopus Fani Andreæ, de cujus imposturis, animóque ambitioso ac crudeli aliqua *Thuanus Histor. Lib.* 3, specialiora *Buchananus rer. Scot. l.* 15. referunt, quique cruenta tandem nec indigna morte a. 1546. è medio sublatus est; denique *Jacobus II*, qui *Davidem* vicissim agnoscebat patruum, Archiepiscopus Glasconensis, & Legatus in Gallia a. 1607. ætatis 86. fato functus, de quo in notis ad tabulam superiorem mentio facta dictúmque fuit, quod cognomine suo ansam præbuerit opinioni communi, qua Maximilianus Sulli Dux è Scotia oriundus esse ferebatur. *Scutum* quo *Bethunii in Scotia* uti solebant, *quadripartitum* fuisse, & *secunda* ac *tertia* areola *Bethunium*, *prima* verò & *quarta Balfuriorum* σῆμα, *cantherium* scilicet *nigrum*, *cujus apici caput lupi marini argenteum impressum* erat, in solo argenteo repræsentasse dicitur.

JOHANNES IV. *Bethunius* cùm splendido ac locuplete, quo auctus fuit, matrimonio attenuatas ac diminutas domus suæ opes restituere atque in lautiorem fortunam pristinamque dignitatem se familiamque vindicare potuisset, maluit luxuria atque inertia, vitaque turpi ac dissoluta omnia profundere ac prodigere, præterea mortua uxore fecundis iisdemque imparibus nuptiis cum ignobili mulierecula se dehonestare, adeò ut pecuniæ an famæ minus pepercerit, haud facile discerneres.

FAMILIÆ BETH

DOMINI DE MOLEMBEQUE, LOCRES, VENDUEIL, MAR

WILHELMUS DE BETHUNE DN. DE MOLEM
thune F, † 1243. *Elisabetha Dom. de Pontrohart.*

Ægydius de Bethune Dn. de Molembeque † improlis. *Elisabetha.*

Wilhelmus II. de Bethune DN. DE LOCRES. *Beatri*
Wilhelmi Dn. de Hebuterne f. & hær. 1240.

Wilhelmus III. de Bethune, Dn. de Locres & de Hebu
ne *C. de Ponthieu, f.*

Wilhelmus IV. de Bethune Dn. de Locres & Hebuterne,
Matthæi Dn. de la Ferté, & Johannæ Dom. de Vendue

Matthæus de Bethune, Dn. de Locres & Hebuterne, † 1348. Ux. N.

Johannes de Bethune
VENDUEIL † 1373.
Vicecom. de Meaux f.

Maria Dom. de Locres & Hebuterne, nup. 1. Gualtiero IV. Dn. de Hondescote. 2. Philippo Dn. de Maldeghem. † 1380.

Isabella, ux. Johannis Blondel Dn. de Mery 1386.

Johanna, monialis † 1386.

Robertus de Bethune VICECOM. de MEAUX, D
de Vendueil & de Condé en Brie, † 1408. 1. *Johann*
de Chatillon, Galcherii III. C. de Porcean f. 2. *Johanna*
Barbanson. 3. *Isabella, Johannis de Guistelle f.*

1. Isabella† innupta.

3. Johanna hæres Vicecomitatus Meaux & dominiorum Vendueil, Condé & Guistelle, nup. 1. Roberto de Bar Dn. d'Oisy, C. de Marle & Soissons, 2. Johanni de Luxembourg C. de S. Paul, † 1450.

3. Jacobina, ux. Rabuli d'Ailly, Dn. de Pequigny & Raineval, Vicedom. Ambianensis † 1454.

Antonius Dn. de Mareuil, occ. 1430.

Robertus III
reuil, B
Michaeli
mi Dn

Johannes III. de Bethune Eques Dn. de Mareuil † circa a. 1512. *Johanna d'Anglure, Simonis dicti Saladin Dn. d'Estauges f. 1480.*

Robertus II. de Bet
1486.

Johannes B. de Baye † juv. 1507

Alpinus B. de Baye & Mareuil † circa a. 1546 *Johanna Juvenalis des Ursins, Johannis III. Dn. de la Chapelle f. 23. Jun. 1509. † 1544.*

Ogerius Dn. de Congy, *Protonot. Apost.* † 1529.

Margarita nup. 1. Alexandro de Creston Dn. de Baailly 1497 2. Johanni de Las-Tours, 151

Johannes IV. B. de Baye & ROSNY † circa a. 1554. 1. *Anna de Melun Dom. de Rosny, Hugonis Vicecom. de Gand fil. Johanna du Pré.*

Antonius Dn. de Mareuil † 1553. Cl. *Francisca Tyoré-Fontenay.*

Ogerius DN. de CONG
Thouleu & de la Gra
Laurent. *Anna Journi*

1 Alpinus, † æ. æ.

1. *Maria, nup.* Johanni Raguir, Dn. d'Esternay.

1. *Johanna, ux.* Gabrielis de Torcy, B. de Vendey, 1546.

1. *Anna, monialis.*

1. FRANCISCUS BARO de ROSNY Vid. Tab. III.

Floreſtanus Dn. de C
gy, *Lucretia de C*
N. C. de Benne f.

Leonidas. † æ.

Maximilianus † æ.

Cyrus occ. in duello 1611.

Anna, nup. Ludovico des Marins Dn. de Villeneuve.

HUNIÆ TAB. II.

REUIL, HOSTEL & CONGY, BARONES DE BAYE & ROSNY.

BEQUE, Locres & Husse. Wilhelmi II. Ruffi Dn. de Be-

Mathildis Dn. de Molembeque & Pontrohart, nupta 1. Johanni II. Castellano de l'Isle, 2. Roberto Dn. de Waurin. — *Johanna, ux.* Rudolphi de Mortagne Dn. de Nivelle.

uterne. *Johanna de Neelle, Johannis Dn. de Fabry, & Johan-*

†1340. æt. 70. *Maria de Roye,* Rudolphus de Locres.
ed f.

dictus de Locres, Eques DN. de *Johanna de Coucy, Engerandi*
.

n. Johannes II. de Bethune, dictus de Locres DN. d'AUSTREHE & MAREUIL, occ. in pr. Azincurt. 1415. *Isabella, Roberti VI. Dn. d'Estouteville fil. 8. Nov. 1401.* — *Maria, nup.* Eustachio de Voudenay. — *Johanna, ux.* Johannis de Roye, Dn. d'Aunoy † 1379.

I. de Bethune Dn. de Maye &c. † ante a. 1466. *Isabellis d'Estouteville, Wilhelmi de Torcy f. 1450.* — Hugo de Bethune, vixit 1440. — Jacobus de Bethune, autor Dynastarum *de Balfour* in Scotia. — *Catharina, nup.* Johanni Henrin Dn. de Bossu, †1458. — *Isabella, ux.* Johannis Dn. de Hans des Armoises † 1453.

hune Dn. d'Hostel † *ux.* — *Catharina, nup.* 1. Alberto Dn. de Margival, 2. Johanni du Pin.

Robertus Eques DN. d'HOSTEL & de Treny, Vicec. de Chavignon. *Anna de Louvain, Antonii Dn. de Rognac f.* — *Isabella, Abbat. de Andecies* † 1536. — *Jacobina, nup.* 1 Christophoro du Chastelet B. de Cirey 1514. 2. Johanni du Chastellet Dn. de Doniulieu.

Georgius Dn. d'Hostel. *N. Dn. de Gapanes f.* — *Jacobina de Wissocq.* — Johannes *Eques Melit.* — Robertus † 1.

Gabriella Abbat. de Fervaques.

Guido Dn. de Marcuil. *Francisca de Courtenay, Franciſci Dn. de Bontin f.* — *Cleophila, nup.* 1. Stephano Saladino d'Anglure, 2. Henrico d'Anglure Dn. de Bonnecourt. — *Anna Dom. d'Hostel nupta* Friderico de Choiseul, Dn. du Plessis-Pralain.

Maria, Dom. de Congy ux. Philippi de Harlay C. de Cesy. 1610. — *Lucretia, nup.* Armando Leoni de Durfort Dn. de Borne.


FRANCISCVS DE BETHUNE, BARO DE ROSNY.
Johannes IV. de Bethune, B. de Baye & de Rôny.
Alpinus de Bethune B. de Mareuil
Johañes III. de Bethune, Dn. de Mareuil.
Robertus III. de Bethune, Dn. de Mareuil.
Johannes II. de Bethune Dn. d' Auſtreche.
Iſabella de Eſtouteville.
Michaelis de Eſtouteville
Wilhelmus de Eſtouteville Dn. de Torcy.
Johanna Dn. de Doudeauville.
Johanna d' Anglure.
Saladin d'Anglure, Dn. d' Eſtoges.
Simon Saladin d' Anglure, Dn. d' Eſtoges.
Iſabella du Chaſtelet Dom. de Melay.
Johanna de Neufchatel
Humbertus de Neufchatel, B. de Plancy.
Carola d' Aunoy.
Iohanna Iuvenel des Urſins.
Joh. III. Juvenel Dn. de la Chapelle.
Michael Juvenel Dn. de la Chapelle.
Johannes Juvenalis dictus des Urſins à domo, quam incoluit.
Magdalena de Vitry.
Iolantha de Montberon.
Franciſcus de Montberon.
Aloiſia de Clermont C. de Perigord.
Aloiſia de Varie.
N. de Varie Dn. de l' Iſle Savary.
N. de Varie Dn. de l' Iſle Savary.
Hugo de Melun Vicec. de Gand.
Johannes de Melun II, Dn. d' Anthoing & d' Eſpinoy.
Johannes de Melun I. Dn. d' Antoing.
Hugo de Melun, Vicecomes de Gand.
Beatrix de Beauſſart.
Johanna d' Abbeville.
Edmondus d' Abbeville Dn. de Boub.
Johanna de Reſty Dom. de Caumont.
Maria de Sarbrik.
Robertus de Sarbrük, Dn. de Commercy.
Amadeus de Sarbruck Dn. de Commercy.
Maria de Chateauvilain.
Johanna de Roucy.
Johannes VI. C. de Roucy.
Elisabetha Bona de Montagu.
Anna de Melun, Dom. de Rôny.
Iohanna de Hornes.
Arnoldus de Hornes, Comte de Hautecquerque.
Philippus Dn. de Hornes.
Johannes de Hornes Dn. de Bauſſignies.
Iſabella de la Tremoille de Dours.
Johanna de Lannoy.
Johannes Dn. de Lannoy.
Johanna de Poix, Dn. de Brimeu.
Margarita de Montmorency.
Johannes de Montm. Dn. de Nivelle.
Johannes II. Dom. de Montmorency.
Johanna de Foſſeux.
Gudela Villain.
Johannes Villain Dn. de Huyſe.
Gudela Raes.

AD

AD TAB. III.

FRANCISCUS *Bethunius B. de Roſny* ad tenuem conditionem per patris prodigalitatem redactus, cum ad *Proteſtantium* partes ſe applicuiſſet, reſiduorum quoque bonorum, uſu ac fructu multatus, tandemque in pugna *Buſſcana* libertate etiam privatus, & in caſtrum *l'Iſle-Adam* incluſus fuit, nec multum abfuit à ſupplicio, quod Procurator Generalis ipſi intentabat, perduellionis eum poſtulando.

PHILIPPUS *C. de Selles* in Biturigibus multis legationibus, quas nomine Regum *Henrici* IV & *Ludovici* XIII. in Italia, Germania & Anglia obiit, egregiè functus viri non ingenio tantùm prompti, ſed maximarum etiam rerum uſu periti, & longa ætate docti, famam ſibi peperit, nomènque ſuum perpetuæ commendavit memoriæ.

HIPPOLYTUS *C. Bethunius* patris orbitam premendo haud minorem ac ille exiſtimationem conſecutus eſt, poſtquam à Rege *Ludovico* XIII. ad Pontificem Romanum *Urbanum* VIII. miſſus rem prudenter geſſiſſet. Dedit exinde bellicæ etiam virtutis ſpecimina, expeditionumque, quæ modo laudati Regis auſpiciis ſuſcepræ fuere, pars magna extitit. Tandem in otii portum ſe referens, ſtudiis literarum vacaſſe, & notitiam hiſtoriæ atque antiquitatis Gallicæ maximè curando, ſplendidam pariter ac utilem bibliothecam conſarcinaſſe *Laburerio (Addit. ad Mem. Caſteln. T. 2, p. 688)* memoratur.

LUDOVICUS *Bethunius* olim *Comes de Charrot* dictus, munere præfecti cuſtodum corporis *(Capitaine des Gardes du corps)* diu functus eſt. Erat *Eques* Ordinum Regiorum, *Gubernator* Caleti, forralitii *Nienlay* vicinæque regionis, quam Galli *le pays reconquis* appellant; præterea *Locumtenens generalis* Regis in Picardia, Hannonia & Bolonienſi tractu. Ejusdem in bellis quæ hoc ſeculo usque ad ſenectæ ſuæ annos in Gallis geſta ſunt, fortis ac præclara fuit opera. Cum Picardicam legionem regeret, in obſidionibus Rupellarum, Privatii, Pignerolii & Aletii, nec non in pugna ad Carignanum & Avelianum virtus ejus emicuit; inde oppidis *Stenay, Un & Jamets* in Lotharingia præfectus, ſtrenuum atque impigrum ſe itidem egit, móxque titulo *Campi Mareſcalli* auctus, laudabili è Lucemburgenſi agro receptu, (quo trecentis tantum equitibus, totidemque peditibus ſtipatus impreſſiones novies mille equitum ſuſtinuiſſe eisdemq; compoſito ac inſtructo ordine ſe ſubduxiſſe ferrur) magnam providi militis famam adeptus eſt. A. 1636 Caleti præfecturam meruit audaci facto, quo Samarobrigæ & Abbevillæ, ab Hiſpanis XLclo hominibus cinctis, ſubſidia intulit. Poſteà etiam in obſidionibus Ariæ & Gravelinæ fortiter verſatus *Locumtenentis Generalis exercituum regiorum* axioma obtinuit. *Ducis ac Paris Francie* dignitate a. 1651 decoratus fuit, & ſexennio poſt eximiam denuò Regi regnoque operam præſtitit, cùm Rege ad Montmedium hærente Caletum maxima præſidii ſui aliorſum avocati parte nudatum adverſus improviſam Hiſpanorum, qui opportunitate illa uti cupiebant, invaſionem virtute ac prudentia ſua defendiſſet & conſervaſſet. Ætatem fortitus eſt longam, eámque ultra ſextum & ſeptuageſimum ætatis annum perduxit.

FRANCISCI, dicti vulgo *Marquis de Bethune*, frequens hac tempeſtate occurrit mentio in *Novellis*, ob affinitatem Regis Poloniæ, qua eluit, (habet enim in conjugio Reginæ ſororem) nec non ob legationes, quas nomine Regis Galliæ in Polonia obiit, & obit etiam nunc; inter eas illa in primis honorifica ipſi fuit, qua torquem Ordinis Regii Gallici dicto Regi Poloniæ attulit, poſtquam eadem ipſemet manu heri ſui decoratus fuiſſet. Prolem habet utriusque ſexus, mares quidem duos, & aliquot fœmellas. Familia, è qua uxor ejus oriunda eſt, in Biturigibus eminet, deducique poteſt juſta ſerie inde à *Johanne de la Grange, Dom de Montigny* aliorumque locorum, a. 1495 in prælio ad Forum Novum occiſo. Huic ex *Helena de la Riviere* filii duo fuere, *Godofredus Dn. de Montigny* & *Johannes Dn. du Fouillay*, cujus progenies maſcula in ejus pronepote *Franciſco* defecit. *Godofredus*

FAMILIÆ BETHU

COMITES DE SELLES, I

FRANCISCUS DE BETHU
NY, Johannis IV. B. de I
1. Carola Dauvet, Roberti Dn
garita de Louvigny, Johanni

Ludovicus, n. 1558, †1576.

MAXIMILIANUS M. DE ROSNY. Vid. Tab. seq. IV.

Johannes †infans.

Salomon, n. 1561, † 1597, 19. Sept. imprimis. *Margarita Clausse, Henrici Dn. de Fleury f.*

1. Philippus, n. 1601. † inf.

1. Maria, n. 1602. m. Mart. nup. Francisco Hannibali d' Estrées, M. de Cœuvres 1622, †1628.

1. Hippolytus C. de Bethune-Selles, M. de Chabrus, n. 1603. 19. Sept. † 1665, 24. Sept. *Anna Maria de Beauvilliers, Honorati C. de S. Aignan f.* 28. Nov. 1629.

Philippus C. de Selles, n. 3. Nov. 1630. †ſſ. 1658. *Maria d' Etampes, Joannis Dn. de Valencay f. 1652.*

Henricus C. de Bethune, n. 19. Mart. 1632. *Maria Anna Dauvet Nicolai C. des Marets f.*

Maria, n. 4. April. 1633. moniali.

Armandus n. 7. Aug. 1635. *Episc. du Puy.*

Anna, n. 29. Mart. 1637 Abbat. Bellomont.

Franciscus M. de Bethune, n. 1638. *Aloisia Maria de la Grange, Henrici M. d' Arquien f. 1668.*

Ludovicus, bapt. 15. Jun. 1663.

HUNIÆ TAB. III.

DUCES DE CHARROST.

HUNE BARO DE ROS-
de Inye F. n. 1532, † 1575.
Da. de Rieux f. 1557. 2. Mar-
nis B. de Clere vid.

Carolus †juv. | Philippus Comes de Selles & Charroſt, Eques Ord. Reg. † 1649. æt. 84. *1. Catharina Bouteiller de Senlis, Philippi Dn. de Moncy fil. 13. Febr. 1600. 2. Maria d' Alegre, 15. Nov. 1608.* | *Jacobina, nup.* Eliæ de Gontaut Dn. de Badefou & S. Geniez 24. Octobr. 1584.

1. Henricus, n. m. Aug. 1604, *Epiſc. Bajonenſis 1626, Malleacenſis 1629, Archiep. Burdegal.* 1646, † .. Maji 1680.

1. Ludovicus DUX de Bethune-Charroſt Par Fr. n. 1605, † 20. Mart. 1681. *Maria, Johannis l'Eſcalopier, Præſ. Parl. Pariſ. f. 28. Febr. 1639.*

Hannibal *Eq. Melit.*

Hippolytus *Epiſc. Verodun.* 1680.

Ludovicus, N. *Marchionis de Monyme vid.* — *Bertha.*

Armandus D. de Charroſt. *Maria Fouquet, Nicolai Vicecom. de Vaux f. 11. Febr. 1657.*

Aloiſia Anna nupta Alexandro Wilhelmo de Melun Pr. d' Epinoy 1665. † 14. Sept. 1666.

Nicolaus Abbas, de Treport.

Armandus M. d' Ancenis. *Aloiſia Maria Thereſia de Melun, Alexandri Wilhelmi Pr. d' Epinoy f. 28. Oct. 1680, † 31. Oct. 1683.*

è *Johanna de Guitois Dom. d' Arquien* præteralios *Franciscum* genuit, quo & *Anna de la Marche* nati sunt *Carolus* & *Franciscus*. Prior è duabus uxoribus videlicet *Aloisia de Rochechouart de Jars* & *Anna de Brichanteau* multæ sobolis pater factus est, atque e secunda præcipuè *Caroli Stephani*, fatoris Dominorum *de Villedonné* & *de Dompremy*, è prima verò *Francisci* & *Antonii*. Ille, *Dominus de Montigny*, virtute belli armatus amplas dignitates promeruit, fuitque successivè Cubicularius Regis ordinarius, centum custodum domus regiæ Capitaneus, Gubernator Biturigum, Blesarum, Dunæ & Vindocini, *Eques S. Spiritus* creatus a. 1595, levioris armaturæ equitum tribunus, Præfectus Metæ, Tuli & Verduni, denique *Marescallus Francie*, quo munere à Rege Ludovico XIII d. 7. Sept. a. 1616 ornatus est, sequentis anni d. 9 dicti mensis sexagenario major vivis exemptus, relictis è *Gabrielide de Crevant* filia *Jacobina*, Honorato *de Beauvilliers*, C. *de S. Aignan* nupta, & gnato *Henrico Antonio*, qui unicæ filiæ, è *Maria le Cirier Dn. de Neufchelles* susceptæ, videlicet *Gabrielidis*, à *Ludovico Chalon du Blé* M. *d' Uxelles* primis nuptiis a. 1644 ductæ pater, lineam Montigniam terminavit. *Antonius* Marescalli frater, *Dn. d' Arquien*, uxores tres habuit; prima *Maria de Cambray Vicecom. de Soulancis* peperit, *Johannem Jacobum* maritum primo *Gabrielidis de Rochechouart*, postea *Catharinæ Estrelin*, & è priore genitorem *Antonii II. Com. d' Arquien & de Soulancis*, nec non *Francisci M. de Breviande*. Hic ex uxore prima *Anna de Brachet Dom. de Senan* susceptè *Lazarum de la Grange Dom. de Senan* & *Johannam* nuptam Francisco *de la Haye B. de Sales*, deinde Francisco *Hennequin*. *Antonius II.* post *Carolam Morand* in matrimonium *Aloisiam Charpentier* duxit, atque ex altera *genuit Alexandrum Com. d' Arquien & Johann. Claudium, dictum Equitem d' Arquien*. E secundo *Antonii I.* conjugio cum *Aloisia de la Chatre* proles nulla, è tertio verò cum *Anna d' Ancienville* provenere *Achilles & Henricus*. Ille Comes *de Maligny* & M. *d' Espoisses* è *Germana Aloisia d' Ancienville*, avunculi sui filia, gnatas duas genuit, *Aloisiam* nempè, Wilhelmo *de Pechepeyrou* dicto *de Cominges*, *Com. de Guitaut* elocatam, nec non *Franciscam Henrico*, dicto *Marchioni d' Arquien*, ducta est in matrimonium *Francisca de la Chatre*, Johannis Baptistæ Dom. *de Brillebaut* filia, & ex ea pulcra proles nata, mares quidem duo; nimirum *Annas Ludovicus* dictus *Comes de Maligny* & *Ludovicus*, *Equitis d' Arquien* titulo distinctus, atque in oppugnatione oppidi *Orsoy* ictu tormenti m. Jun. a. 1672. occisus; filæ quinque, videlicet, *Maria Casimira* nupta primo *Johanni Principi Samoisky*, deinde *Johanni Sobiesky*, magno Marescallo, nunc *Regi Polonie*, *Aloisia Maria*, Marchionis *Bethunii* uxor, *Maria Anna* N. Com. *de Vilepoizky a.* 1670 elocata, *Johanna* & *Francisca*.

AD

AD TAB. IV.

MAXIMILIANUS *Bethunius, Rosnii Marchio* initio dictus, Vir consummatissimus, famliam suam è caligine, quam extinctis totics ramis natura potioribus aliisque casibus passa erat, in splendorem reduxit, autorque ac impulsor fuit *Andreæ Duchesnio*, ceu superius dictum est, ut Historiam ejus literis commendaret. Educatus apud Henricum Navarræ tunc Regem, atque imbutus dogmatibus Reformatæ religionis, gratiam illius atque amorem sibi conciliavit; erat quippe multiplex virtutibus, probus, navus, agilis, providus, frugalis, promissi servantissimus, militariumque officiorum patiens ac peritus pariter. Functus initio apud prædaudatum Regem *Cubicularii* munere ad supremastrogæ ac sagi dignitates se penetravit, rerúmque ab illo & ante & post adeptum Galliæ regnum gestarum pars magna extitit. Inter fuit præliis Cutracensi, Arcuensi, Evriacensi, obsidionibus Lutetiæ, Rothomagi aliisque ejusdem Regis expeditionibus. A. 1597 demandata ei fuit quæstura sive *ærarii curatio*, quam mirabili virtute ac industria obiit, & salvis immanibus impensis, quæ in legationes, emissianos, corruptiones, ædificationes, atque exercitus consumebantur, singulis annis magno populi levamine in arcam Regis, cui à *parcimonia* nomen est, milliones librarum octo recondidit, quemadmodum ipse in epistola ad Reginam Mariam Medicæam post excessum Regis scripta, quæ in *Gramondi Hist. Gall. L. 1* recenseretur, commemoravit. Dum vero illa in administratione heri fui commodis, regiique ærarii augmento toto pectore & unicè incumbit, nova ipso autore res invaluit, qua officia tam judicialia, quàm quæstoria per omnia exæquata sunt, & nundinatione prostare jussa, annua pensitatione, quæ à *Pauleto* nomen sumpsit, juxta taxationem de singulis factam imposita, qua exoluta illa ad hæredes transeunt, qui de iis tanquam de re patrimoniali arbitrio suo statuant. Id institutum pernicioſissimum habitum autorique vitio vorsum, nec sine publica indignatione promulgatum fuisse *Thuanus (Hist. L. 132)* refert. A. 1600 auctus est ille munere *magni tormentorum præfecti*, ea dignitate *officii coronæ*, ut vulgò loquuntur, titulo propter egregia ipsius merita, (ceu *modò citatus autor Lib.* 125 loquitur) & fortiter navatam ultimo bello (Sabaudico scilicet) operam insignita. Biennio post *præfecturam Bastillæ arcis* accepit, demúmque a. 1606 *Dux* ac *regni Patricius* creatus, & dominium *Sully*, quod in Pictonibus situm à Tremolliis emerat, in *Ducatum* ac *Pariatum* erectum est. Sublato è vivis Henrico IV abdicata ærarii & Bastillæ arcis præfectura, privatim egit sponte, an vi, incertum, id certum, invisum ipsum fuisse & reginæ & primoribus regni, diversas quidem ob causas, quas scitè *Gramondus* loco suprà allegato expositi; remuneratus tamen illam ob abdicationem argento fuit, præterea que rei tormentariæ præfecturam retinuit; orto autem cum Reformatis bello exercitio muneris hujus abstinuit, quod *Henrico Schonbergio* tunc commissum: habebat enim ille filium natu minorem *Orvallum*, nec non generum *Rohanæum*, acerrimos partis istius propugnatores, licet ipse ei, filius verò ipsius natu maximus MAXIMILIANUS *Rosnii Marchio* dictus, etiam sacris illorum renunciasset, quod ex politica lege factum fuisse *Gramondus* (L. 9) censuit, qua bellis civilibus in utramque partem æqua lance librari parentes & filios invaluerit, securitati utrisque procurandæ. Exautorato Schonbergio rei tormentariæ curationem *Sullius* recepit, ejusdemque expectativam, ceu vocant, filio suo natu maximo, paulò ante nominato, exoravit, qui munere hoc usque dum obiit, gavisus est. Exinde actum fuit cum *Sullio*, ut id officii Marchioni *Meillerao*, Cardinalis Richelii cognato, cederet, cui petito assensit, locóque compensationis scipionem *Marescalli Franciæ* obtinuit, quod factum d. 18 Sept. a. 1635. Tandem vitæ satur extrema in senectute *Villeboni* in Carnutibus naturæ concessit. Extant de ejus vita rebusque gestis Commentarii Gallico idiomate & peculiari modo scripti, eo scilicet, ac si autor omnem Ducis Sullii historiam ipsimet narraret, & in memoriam redigeret. Ex illis verò constat quod antequam primam uxorem *Curtenæam* duceret, adamaverit *Præsidis de S. Mesmin* filiam, eandémque palàm procatus fuerit, quod ingentes opes liberalitate R. Henrici IV suaque frugalitate accumulaverit, quodque emendis tantum latifundiis *undecies centena millia librarum* insumserit. De filio ejus natu maximo atque ex priore toro susceptо, *Marchione Rosnæo*, id præter illa, quæ de ipso jam dicta sunt, adhuc memorandum fortassis est, quod is amicam coluerit, *Mariam d'Estournel Dominam de Grevelles* nominatam, atque ex ea genuerit filium in puritia mortuum, nec non gnatam *Annam* videlicet, primò *Timoleoni de Boves Domino de Contenant*, postea *Henrico Seneterræ, Marchioni de la Fertè-Nabert* nuptam, atque a. 1658 defunctam.

FRANCISCUS *Bethunius Orvallus* multis fortibus factis & gloria militari illustris extitit. Eminuit in primis ejus virtus in defensione Montalbani, qua sub moderamine Forcæi soceri sui adversus regios strenuè defunctus est. Mutata postea religione & factione, in exercitu Regis legioni Picardiæ præfectus, deinde *Locumtenens Generalis* creatus, torque Ordinis Regii ornatus, & denique legatione provinciæ Carnutensis auctus est. Accessit tandem ad hæc decora dignitas *Ducis ac Paris Franciæ* quam a. 1652 obtinuit, sed à Parlamento nondum confirmatam. Vitam ad octogesimum usque annum prorogavit.

FAMILIÆ BETH

DUCES DE SUL

MAXIMILIANUS DE BE
ny F.M.de ROSNY, post
resc. Fr. Princeps Supr. 6
belle, M.de Nogent, C.de
de Meaux, n. 1559.† 21.
nay, Francisci Dn.de Bont
chefiles, Jacobi Dn. de V
18.Maji 1592, †1659. 3

1.Maximilianus II. M.de Rosny, n.1588, †1.Sept.1634. *Franciſca, Caroli D. de Crequy f.15.Sept,1609.*

2.Alpinus.

2.Guido.

2.Cæſar,n.1597, †1602.

2. Franciſcus, COMES. Fr.†1678, m. Jul. *D. de la Force f.* 16 *nii M. de Palaiſeau*

Maximilianus Franciſcus Pr. d' Enrichemont, Dux de Sully † 11.Jul. 1661. *Carola Seguier, Petri D. de Villemor f.3.Feb. 1639.*

Aloiſia†-- Feb. 1679. innupta.

1.Maximilianus Heliodorus occ. in expugn. Plumbini 1646.

1.Margarita Angelica, Abbatiſſa ad S. Petr.Remenſ.

1.Franci ſca, m nialis.

Maximilianus Petrus Franciſcus Dux de Sully, n,11. Febr.1640. *Maria Antonia Servient Abelii M. de Sablé f. 1.Oct. 1058.*

Magdalena Franciſca monialis.

Margarita Aloiſia, nup. 1. Armando de Grammont C. de Guiche 1658. 2. Henrico Daillon Duci du Lude 1681.

Maria Ther ſia,† in jue 29. Aug 1658.

Maximilianus Petrus Franciſcus Nicolaus, M, de Rôny, n. 25. Sept.1664.

Maximilianus Henricus, dictus *Eques* de Sully.

Magdalena, Domicella d' Enrichemont.

Aloiſia Eliſabetha, Domicella de Bethune.

Carola† ſans 16

HUNIÆ TAB. IV.

LLY ET D' ORVAL.

THUNE, Franciſci B. de Roſ-
DUX de SULLY, Par & Ma-
de Henrichemont & de Bois-
Muret & de Villebon, Vicec.
Dec. 1641. *1. Anna de Courte-*
ſ. 4. Dec. 1583. 2. Rachel de Co-
celas ſ. Franciſci Huraut vidua
o. Dec. æt. 93.

poſteà DUX d' ORVAL, Par
1. *Jacobina de Caumont, Jacobi*
20. 2. *Anna de Harville, Anto-*
ſ.

2. Henricus † juv.

2. *Catharina.*

2. *Margarita, nup.* Henrico D. de Rohan 1605, † 11. *Octob. 1660. æt. 65.*

2. *Aloiſia, ux.* Alexandri de Levis M. de Mirepoix 1620.

1. Maximilianus Alpinus, dictus M. de Bethune d' Orval. *Catharina de la Porte, Georgii Dn. de Montagny fil.*

1. *Anna, monialis.*

1. Philippus, dictus Vicec. de Meaux † .. Sept. 1682, æt 50. *Genevieva de Miè, dicta de Gueprè.*

2. Ludovicus dictus *Abbas d' Orval.*

2. Armandus nominatus *Eques d' Orval.*

Anna Eleonora, Domicella d' Orval.

Maximilianus Franciſcus dictus M. de Bethune † 16. Apr. 1685, æt. 28. *Maria Johanna Catharina d' Orleans, Henrici M. de Rothelin ſ. m. Decemb. 1684.*

Anna.

N. monialis in monaſterio Portus Regii.

MAXIMILIANUS PETRUS FRANCISCUS *Bethunius* Dux Sullii hodiernus Delphinatum vicaria potestate antehac rexit, nunc verò oppidis ac castris *Mante*, *Meulan*, *Pontoise* & Vexinensi regiunculæ præest. Uxor ipsius è nobili in Delphinatu familia orta, clarissimum superioreævo virum parentem habuit, videlicet *Abelem de Servient*, *Marchionem de Sablé & de Chateauneuf*, *Comitem de la Roche des Aubiers*, *Baronem de Mesuden*, amplissimis muneribus *Consiliarii regii*, *Ministri status*, *Præfecti sacri ærarii* & *Cancellarii Ordinis S. Spiritus* functum, & plurimis legationibus, illa inprimis quam *Monasterii* pacis sanciendæ *Plenipotentiarius* obiit, nobilitatum, virum *præter morum elegantiam* (Prioli elogium L. IX. de reb. Gall. refero) *ingentibus negotiis parem*, *qui feraci ingenio eloquio & scribendo potens*, *auctoritatis regiæ assertor immodicus*, *in abstrusissima aularum penetraverat*, *arcanorum verò ærarii ita rudis fuit*, *ut*, *unde aliis conflantur opes*, *as alienum conflaverit*. Supremum diem explevit 7. Februar. ann. 1659. ætatis LXVI. relictis ex *Augustina le Roux*, Ludovici Dom. *de la Roche des Aubiers* gnata a. 1641 ducta, præter filiam Duci Sullio nuptam maribus duobus adhuc ἀγένητοις nempè *Ludovico Marchione de Sablé & de Bois Dauphin*, Senescallo Andium, nec non *Augustino* Abbate *de Saint Jouin*. *Sororem* Abel habuit *Isabellam* Arturo *de Lionne*, Senatori Gratianopolitano, postea Episcopo Vapincensi nuptam, eandemque matrem Hugonis *de Lionne*, secretarii status, *fratres* eosdemque natu minores *Ennemondum* patrem è *Justina de Bressac Mauritii Amadei* Dom. *de Cossay & de la Balme*, nec non *Hugonis Amadei* Abbatis *de Lyoncel*, à Rege a. 1670 ad componenda dissidia, inter Ducem Sabaudiæ & Genuenses orta, delegati, *Franciscum* Episcopum Bajocensem & *Alexandrum* Equitem Melitensem a. 1625 in conflictu navali occisum. *Parentes* Abeli fuere *Antonius* III. *de Servient*, Dom. *de Biviers* & *Diana Bailly*; ille *fratrem* habuit natu majorem *Ennemondum*, quo natus est *Nicolaus* Consiliarius regius, genitor ex N. Goulart *Antoniæ*, quæ Ducis *de Saint Aignan* uxor prima fuit, & *Barbaræ* nuptæ primò Droco *le Feron*, unde Elisabetha *le Feron*, Ducis *de Chaunes* conjux, postea Henrico *Gruel*, March *de la Frette*. *Avus* Abelis *Girardus de Servient*, *Guigonæ Fleard* maritus, natus est *Johanne* Senatore Gratianopol. & *Catharina Morard*; illum *Claudius II. de Servient* è *Johanna de Lemps* genuit, cui parentes erant *Margarita de Bologne* & *Claudius I. de Servient*, filius *Antonii* II. prognati *Antonio* I. quem genuit *Petrus de Servient*. Hunc Guido Allardus fatorem Servientiæ stirpis extitisse, & in numero Nobilium, . . . qui a. 1343 Humberto Delphino homagium præstitere, fuisse refert.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ ALBERTINÆ.

Albertorum familiam Italicæ originis esse, & à *Jacobo Alberti*, qui ad Regem *Ludovicum Sanctum* Claromontium Arvernorum venerit, ut pro *Napoleone* patre, quem Florentini ditionibus suis *Montecarelli* ac *Cerbaya* depulerant, auxilium peteret, in Galliam translatam fuisse, refert Celeb. *Spenerus Op. Herald. L. 1. c. 1. Jacobus* fixa in Arvernis sede filium cognominem ex sese genuisse fertur, *Domini de Montarnat & Gaissac* titulo usum & patrem *Guidonis* ac *Stephani*, quorum posterior Episcopatu Claromontano auctus, & deinde a. 1352 Avenione Pontifex electus, *Innocentii* VI. nomen ascivit, sedemque decennio obtinuit. *Guido* verò ducta uxore genuit *Galterium d' Albert Dn. de Mont*; quo porro nati sunt *Petrus* ac *Hugo Dn. de Thor*. Hic ad patruum magnum Pontificem abiit, pater deinceps *Raimundi*, avus *Thomæ*, à quo præsens tabula incipit,; ab hoc enim demum Albertos stirpem suam justa & documentis comprobata serie deducere posse diligentissimus *Laburerius* (*Addit. ad Memor. Castetn. T.* II. p. 456) memorat, exhibuitque eam *Franciscus Du Chesne in Historia des Chanceliers & Gardes des Sceaux* a. 1680 edita. *Insignia* Albertinæ gentis *leonem rubeum coronatum in solo aureo* repræsentant.

LEO *d' Albert* cum uxore sua *Johanna de Segur* partem dominii *Luynæi* in territorio civitatis Aquæ Sextiensis siti, obtinuit, reliquam postea ei donationis titulo addidit *Aloisia de Segur*, Johannæ amita. Functus est munere centurionis, vitamque in pugna Cerisolensi amisit.

HONORATUS *d' Albert Dn. de Luynes* sub signis Henrici Montmorancii, qui tum *Marescallus de Damville* dicebatur, meruit, eoque commendatore Francisco Duci Alenzonio innotuit, à quo Consiliarii & Cubicularii ordinarii officiis auctus, & ad intimam familiaritatem admissus est. Hinc factum, ut famosæ illi conspirationi, ob quam Dux ipse cum Rege Navarræ nec non Montmorancio & Cossæo Marescallis in custodiam dati, Mola vero & Cocconasius capite plexi fuere, particeps esse insimularetur, nec certe caruisset discrimine, nisi tempestivo in Septimaniam ad Damvillam itinere ei sese subduxisset; posteà vero criminis illius culpam ferro à se segregavit, singulari certamine cum Capitaneo *Panier*, qui id ei exprobaverat, coram Rege *Henrico* III. in sylva Vincennensi congressus, & victor digressus. Hoc duello strenui viri nomen adeptus, variis deinde muniis à dicto Rege admotus est, eidémque nec non successori ejus *Henrico* IV. operam suam probavit.

CAROLUS *Luynæus* in re tenui æque ac fratres sui à patre relictus, ut in aula emergeret, viles atque inglorias artes exercuisse dicitur, Regique Ludovico in ludos admotus, *per avium aucupia* (*Gramondi* verba) gratiam ejus captavit, tanta tamen felicitate, ut brevi illius animum teneret, & pessumdato Marescallo Ancræo, qui tunc in aula potentia præpollebat, ad rerum in Gallia arbitrium perveniret. Locupletatus porrò tum Ancræi spoliis, tum regia munificentia & splendido insuper matrimonio auctus, ut familiam suam extolleret, Comitatum *Mailly* in Turonibus ære parium in

FAMILIÆ ALBER

DUCES DE LUYNES, DE CH

THOMAS D'ALBERT,
& Gubernator Viva
villa Chapelle.

Hugo d' Albert Dn. de Bouſſargues & de Sagries. *Cathe*
rina de Malingres, Johannis Dn. de Gaviac f. 1451.

Jacobus d' Albert Dn. de Sabran & de Sagries. *Dulcia*
tarreches f. 1492.

Leo d' Albert Dn. de Sagries, occ. in pr. Ceriſol. 1544.
Johanna de Segur, Antonii Dn. de Luynes f. & hær.

Honoratus d' Albert Dn. de Luynes, Brantes, Mornas
Honorati Dn. de Limans f. 1573.

Carolus d' Albert DUX DE LUYNES, Par & Comeſtab. Fr. † 15. Dec. 1621. *Maria de Rohan, Herculis Dn. de Montbaſon f. 11. Sept. 1617. † 1679.*

Maria, nup. Claudio du Roure Dn. de Bonneval & de Combalet.

Honoratus d'Albert Dn. de Cadenet DUX de CHAU
NES, Par & Mareſc. Fr. † 30. Octobr. 1649. *Ca*
rola d' Ailly, Philiberti Emanuelis B. de Piquigny f. 1619
† m. Sept. 1681.

Ludovicus Carolus d' Albert Dux de Luynes, n. m. Dec. 1620.
1. Aloiſia Maria Seguier, Ludovici M. d' O. f. † 1651. 2. Anna de Rohan, Herculis D. de Montbaſon f. 1661. † 1684. 3. Margarita d' Aligre, N. Marchionis de Manneville vid. 1655

Henricus Ludovicus d'Albert D. de Chaunes † 21. Maji 1653, æt. 33. *Franciſca de Neuville-Villeroy Ludovici Juſti de Tournon C. de Rouſſillon, vid. 3. Maji 1646.*

Anna, Abbat. ad D. Petrum-Lugdun. † 4. Febr. 1672.

Carolus d' Albert M. de Raineval † cœlebs 1647.

Maria Magdalena, Abb. aux Bois 1684.

Carolus d
Chaunes
1625.
Eliſabeth
Jacobi E
Maigrin

1. Carolus Honoratus d' Albert DUX DE CHEVREUSE.
Johanna Maria Colbert, Joh. Baptiſtæ M. de Seneglay f. 3. Febr. 1667.

1. Maria Aloiſia monialis.

1. Henrica Thereſia, monialis.

1. Franciſca Paula Magdalena, nup. Henrico Carolo de Beaumanoir, M. de Lavardin 1667. 1670.

Johannes Baptiſta Carolus d' Albert C. de Montfort, n. 1667. 27. Oct. † 3. Aug. 1672.

Maria Thereſia d' Albert, n. 1668. † † 1670.

Carolus Eduardus dictus Marchio
d' Albert, n. 1669.

RTINÆ SCHEMA.

HAUNES ET DE CHEVREUSE.

Dn. de Bouſſargues, Ballivus
reſii ac Valentini pagi. *Pan-*

Johannes d'Albert. | Petrus d'Albert. | Claudius d'Albert. | Jacobus *Canonicus.* | Carolus *monachus.* | Johannes Junior, Dn. de Monteclus, *Catharina de Beſiers.* | *Catharina.* | *Delphina.*

le Sarras Dom. de Mornas, Jacobi Dn. de Fon- | Wilhelmus.

Ludovicus d'Albert. | *Antonia.*

& Cadenas, Equ. Ord. Reg. † 1592. *Anna de Rodulf,*

Thomas. | Theobaldus Dn. de S. André & le Pin.

Paulus Dn. de Montdragon. | Eduardus Dn. de S. André.

Margarita Dom. de S. André, nup. N. de Luſſan.

Antonia, nup. 1. Bartholomæo du Vernay, 2. Henrico Roberto Marcano, D. de Bouillon, † 22. Maji 1644.

Aloiſia, ux. Antonii de Villeneuve B. de Baux.

Leo d' Albert Dn. de Brantes DUX de PINAY-LUXEMBOURG per ux. *Carolam Margaritam Henrici D. de Luxembourg, Pr. de Tingry f. ductum 1620, obiit 25. Nov. 1670.*

Albert, D. de
n. 19. Mart.

le Ferron, vid. Tiver M. de S.
655.

Carola Prioriſſa ad S. Ludovic. de Peiſſ 1669.

Armandus d'Albert, *Abbas.* † 29. Apr. 1656. æt. 21.

Antonia, Abb. ad S. Petri Lugd. 1672.

Henricus Leo d'Albert, *Clericus.*

Maria, dicta Principiſſa de Tingry.

2. Maria Anna nup. Carolo de Rohan D. de Montbaſon 1678, † 21. Aug. 1679.

2. Maria Victoria ux. Alexandri III. Pr. de Bournonville 1682.

2. *Catharina.*

Magdalena Carola, nup. Gaſtoni Johanni Bapt. de Foix D. de Randan 1663, † 3. Aug. 1665, æt. 16.

Catharina † 1662.

nata 1671. nup. Carolo Franciſco Friderico de Montmorency Pr. de Tingry 1686.

Ducatum & *Pariatum* evehi curavit, mutato Malhiæo nomine in *Luynæum*, factum id a. 1619; vix intercessit biennii spatium, cum ad dignitatem *Comestabilis*, quæ proxima à Rege est, ab indulgentissimo hero proveheretur, nec virtute bellica (*Gramondi* verbis iterum utor) nec doribus animi supra reliquos præstans. Hæc feliciras usque adeò inflavit animum ejus, ut quemadmodum idem autor (*L. 9. Hist. Gall.*) refert, post excessum *Wilhelmi Verei* Procancellarium agere, maximóque literarum ac togæ contemptu sigilla sibi arrogare, atque adeo omnia sagi togæque jura in se derivare sustineret. *Sacrificinii*, ita pergit Gramondus, *ubi regium sigillum asservari solet, claves habuit diu vir impotens sui, è collo pendulas, quasi non satis foret, contra jus possidere, nisi ostentarentur.* Haud verò diu huic insolentiæ supervixit; bello enim adversus Reformatos suscepto cum ad Montalbanum successu frustratus esset, morbum ex ægritudine concepit, quo, postquam is in febrem pestilentialem degeneravit, extinctus est: tantùm ei illudente fortuna, ut adhuc spirans ab amicis familiaribus & domesticis desereretur, mortui verò supellex direptioni relinqueretur, usque adeò, ut in tanta qua polluerat rerum omnium abundantia nec inventa sit carbasus tumulando. Auxit fortunæ ludibrium casus mirus: ferunt etenim impositum cadaver loculo ligneo & panno viridi, deficiente nigro, tectum, cymbæque commissum, dum secundo amne Burdegalam vehitur, nautas super feretrum chartis lusisse, & fortentia jam viscera fœminis, in ripa fortè linrea mundantibus abstergenda & evacuanda tradidisse, idque operæ falso piscе redemisse: Demum cadaver Burdegalam invectum metu seditionis clanculum in portu reclinatum, nullo apparatu ad Turonensem agrum illatum est feudo Maliacæo, quod Luynæum nunc appellari dictum fuit. *Gram. Hist. L. II. Laburer. l. c.*

HONORATO *Cadenato* & LEONI *Brantesio* favor fratris Luynæi ad amplificandas fortunas suas profuit. Erant ipsis initio alta consortia, unaque sub eodem tecto habitatio, unde jactum in eos scomma *aux trois Rois*, quod tabellæ Epiphaniam Christi repræsentanti, & noctu ad fores ædium, quas tunc incolebant, appensæ, inscriptum legebatur. *Cadenetus* postquam pronubo fratre *Alliaca* illustrissimæ in Picardia familiæ hæredem uxorem accepit, *Dux* & *Par Franciæ* a. 1621 creatus est, Comitatu *Chaunes*, quiad ejus conjugem è matris suæ *Aloisiæ d' Ongnies* hæreditate pervenerat in *Ducatum* & *Pariatum* erecto; posteà præfectura Picardiæ, dein Arverniæ auctus, denique *Marescallus Francia* renunciatus fuit. Nec verò, quod *Gramondus* notavit, augmentum ejus solum fortunæ opus erat, sed virtuti etiam beneficium debuit, præcipue bellicæ, qua potior creditus utroque fratrum. *Brantesii* fortuna minor fuit, neque etiam capax erat majoris, utpote omissi ac dissoluti ingenii; itaque in matrimonio hæredis splendidissimæ domus Lucemburgicæ restringebatur; ea veroquod virum à Rege sibi obtrusum dedignata esset, postquam eo mortuo ad secunda vota transiit, liberis quos ex illo suscepit ad monasticam relegatis, filiam secundi tori in Montmoranciam domum denuptam hæredem aviti Ducatus instituit. E prole tamen quam priori marito peperisse dicta est, sequior abjecto velo, seculo rursum se addixit, neque multis abhinc annis in locum Domicellæ Elboviæ Reginæ defunctæ admota, & *Dame d' honneur* dicta est, *vulgò Principissa de Tingry* nomine distincta. Cæterum de *Honorati Ducis de Chaunes* progenie id adhuc notandum, quod ea nomen & insignia *Alliacensis* domus adsciverit, relictaque tessera avita, *scutum rubeum, duobus ramis argenteis in serti modum dispositis, & cephalo scutario, argenteis & cæruleis tessellis triplici ductu repleto*, ornatum, gestare consueverit. Nunc equidem illa interitum minatur, eò quod CAROLUS *Dux de Chaunes*, quem legationes, quas apud Pontificem Romanum obit, nec non præfectura Britanniæ egregiè gesta, clarum fecerunt, prole destituitur.

Ducis de Chevreuse titulum, quò CAROLUS HONORATUS, Luynæi Ducis filius nunc gaudet, transtulit in Albertinam domum *Maria Rohanea*, illius avia, quæ secundis nuptiis Claudio Lotharingo Duci Capruſio in manum convenerat, nec nisi sequioris sexus prolem, partim in juventute mortuam, partim monialibus aggregatam, ex eo susceperat. In gratiam verò prædicti *Caroli Honorati* & affinitatis, quam is cum *Colberto*, præpotenti in aula, dum viveret, viro, contraxit, Rex a 1667 Ducatus Capruſii dignitatem confirmavit, ut ille ea frueretur juxta primam erectionem a. 1555, hanque confirmationem Senatus Parisiensis anno sequenti ratam habuit.

AD

GENEALOGIA FAMILIÆ BONIÆ.

Ulido Allardo eximius apud Delphinates Genealogus, & de multis provinciæ hujus familiis illustribus bene meritus, *Boniam* gentem apud aliquos in *Germania* è civitate *Bonna*, ab aliis è *Burgundia* à *Bosone* quodam *de Bonne*, claro sub Bosone Com. Viennæ & posteà Rege Burgundiæ, belli Duce, iterumque à nonnullis è *Pedemontio* vel *Fucignio* repeti testatur. In *Pedemontio* quidem supereſt hodieque familia *Bonæ* cognomentum ferens, è qua prognatus fuit *Johannes Bona* Rom. Eccl. Cardinalis, morum probitate & ſcriptis αγιος ἀνηρ δοκιμος editis noſtra ætate clarus, atque a. 1674 mortuus; is in ſcuti ſui quadripartiti laterculis 2 & 3 *Boniorum Delphinatenſium teſſeram*, oſtentandæ haud dubiè cum iis agnationi, geſſit, conſtat verò iſta *leone aureo in ſolo rubeo, cui cephalus ſcutarius cæruleus aſſutus eſt roſis argenteis tribus diſtinctus.* A BOSONE autem ſive BOSONETO *de Bonne* ſupra laudatus autor documentis familiæ uſus ſtemma deduxit, eundem circa umbilicum ſeculi VIII. vixiſſe, & prædia aliquot nobilia in Ducatu *Champſaur* tenuiſſe affirmans.

A MARTINO *de Bonne*, Franciſci III. filio ſecundogenito, Marchionem *de Bonne* hac ætate viventem deſcendiſſe Allardus arbitratur filiumque Martino tribuit *Franciſcum*, patrem *Johannis* & *Raimundi*, quo natus *Bonnetus Margarita de Veynes maritus*, ulteriorem progeniem ignorans.

JOHANNEM I. Dom. *de Lesdiguieres*, quamditionem parens ejus FRANCISCUS VI emptionis titulo acquiſiverat, virtus militaris & opera Regi Franciſco I. fortiter in bellis Inſubricis præſtita nobilitavit. Filius ejus JOHANNES ad bellicam gloriam juris civilis ſcientiam adjunxit, qua ab Epiſcopo Vapincenſi bona, quæ ille injuſtè detinebat, ad ſe ſpectantia, recuperavit.

FRANCISCI *Bonæ* V. *Diguierii* nativitatem tam blandam ac fauſtam Planetarum ſiderumque diſpoſitionem comitatam eſſe Scriptor vitæ ipſius *Ludovicus Videl* memoriæ prodidit, ut vir quidam peregrinus, aſtrologiæ ſtudioſus, per oppidum *Saint Bonnet* eodem temporis articulo, quo ille lucem primitus aſpexit, iter faciens, puello ſummæ quæque & ſi minus regiam at proximam ab illa dignitatem auguratus fuerit. Neq; aberravit à vero hæc divinatio, ad prima enim regni munia virtute ſua *Diguierius* ſe extulit. *Sunt qui credunt*, Gramondi verba è L. XII. Hiſt. Gall. refero, *vocatum primò ad forenſia, factumque meliore fato ex Advocato militem, ex legionario ſigniferum, ex ſignifero centuriæ legatum, ex legato præfectum: à centuria dein cohortem rexit: caſtrametator demum, ex caſtrametatore Galliæ Mareſcallus, ex Mareſcallo Comeſtabilis. Nec his ſatis factum. Cui primis fortunæ initiis arctè acrat familia, in tantam opulentiam crevit, ut non viderit ante Diguierium Gallia, non viſura ſit in privato homine tantam penum: feuda magni obventus poſſidebat: aſt præcipua illi divitiæ in numerato erant, ut ſtupori haud immeritò locus ſit, qui factum ut privatus homo in tantam amplitudinem evaſerit.* Hæc ille. Primam inclarescendi occaſionem *Diguierius* nactus eſt, cum a. 1563 turbido ob religionis diſſidia Galliæ, inprimis Delphinatus, ſtatu, Furmeiero Rometam tertio à Vapinco lapide exiguum oppidum aſtu tentanti ſe adjunxiſſet, & victoriæ ab eodem de Vapincenſibus magno numero ad ferendas Ro-

BONIÆ FAMI

D. DE LESDIGUIERES, DYNASTÆ D' AURIAC ET

BOSO sive BONNETTUS

Franciscus de Bonne, 1302.

Franciscus II. de Bonne 13

Franciscus III. de Bonne. 1. *Ma*

1. Gabriel de Bonne. 1. *Catharina Gautier. 2. Margarita d Veynes.*

1. Francisca. *1. Isoarda.* *1. Catharina.* 2. Franciscus IV. de Bonne Condom. de Laye, Lesdiguie res, S. Laurent de Cros & du Gresil. *1. Catharina de Cha beſtan, 2. Aliſa Poncet 1438.*

Petrus † Cl. | Martinus † in Lombardia R. Ludovico XII. militans. | Johannes Dn. de Lesdiguieres † 1531. *Benedicta Richiere, Michaëlis Condom. de Montgardinf. 15. Dec. 1504.* | Johannes II. *monachus.* | *Catharina, nup.* Johanni Chabaſſoles. | *Iohanna.*

Johannes II. Dn. de Lesdiguieres † ante a. 1548. *Franciſca de Caſtelane, Claudii Dom. de S. Tvers ſ. 26. Mart. 1542.* | Michael *Prior de Saleon.* | *Margarita I.* | *Catharina, nupta* Johanni Martin Dn. du Cors. | *Margarita II. us* Bernardi D vin.

Franciscus de Bonne V, Dn. poſteà DUX DE LESDIGUIERES, PAR & Mareſcallus demum Comeſtabilis Fr. n. 1. April. 1543, † 28. Sept. 1626. *1. Claudina de Berenger, Andreæ Dom. du Gaz ſ. 11. Nov. 1566. 2. Maria Vignon March. de Treffort, 16. Jul. 1617. ducta, ſed prides adamata.* | *Jamonna, nupta* Johanni Roux de Cor.

1. Philippus † juv. | 1. Henricus Emanuel † æt. 11. | 1. *Magdalena, nup.* Carolo Dn. de Crequy. | 1. *Bona † in juv.* | 1. *Claudina † juv.* | 2. *Franciſca deſponſ.* 1611. Carolo Renato du Puy Dn. de Montbrun, nup. Carolo Dn. de Crequy ſororis viduo 1623. | 2. *Catharina, uxor prim* Franciſci de Crequy neporis ſui è ſoror

Alexander de Bonne Dn. d' Auriac & de la Rochere, Vicec. de Tallard. *Maria de Neufville, Caroli M. de Villeroy ſ.* | *Philippina, nup.* 1. Carolo Faure de Chypres, 2. Alberto de Gaillard. | *Aloiſia, ux.* Antonii de Tholon Dn. de S. Jalle. | *Julia, nup.* Claudio Gruel Dn. du Saix.

Catharina, nup. Rogero de Hoſtung de Gadagne, March. de Charmois & de la Baume.

LIÆ SCHEMA.

T DES ALLODS VICECOMITES DE TALLARD.

DE BONNE vixit a. 1250.

Roſtanus de Bonne. 1318.

34.

rgarita Vieux, 2. Aliſia de Laye.

1. Martinus de Bonne. | 1. Jacobus de Bonne, *Catharina Bochonet.* | 2. Raimundus *Epiſc. Vaſionenſis* †1385.

2. Augeria, nup. Antonio Thomaſſe 1423. | Johannes Dn. d' Ambel. | Arnoldus. | Raimundus de Bonne.

Clementia, ux. Johannis Olivier. | *Lantelma, nup.* Antonio du Serre. | Reinaldus. | Petrus. | Wilhelmus. | Alexius de Bonna. *Iſabella Dn. d' Auriac & de la Rochete.*

Jamonna, nup. Petro Davin. | *Clementia, uxor* Stephani de Bartelemy. | Honoratus Dn. d'Auriac & de la Rochere. *1. Agnes de Saignes, 2. Johanna Flotte.* | Georgius de Bonne. | Lantelmus *Prior de Vitroles.*

Carolus Dn. d' Auriac & de la Rochette. *Johanna de Varey, Johannis Dn. de Manteyer f.* | *Margarita, ux.* Stephani d'Ambel. | *Aloiſia, nupta* Franciſco de Vauiany. | Balthaſar de Bonne. *Delphina Faucher.* | *Catharina, nupta* Johanni Leal.

Stephanus Dn. d' Auriac, Vicec. de Tallard. *Magdalena Roſſet.* | Petrus *Eq. Melit.* occ. ad Zoaram in Barbar. 1582. | *Aloiſia, nup.* Benedicto du Serre. | *Margarita, ux.* Antonii du Serre. | Rollandus Dn. des Allods. *Franciſca d'Agout, Gabrielis Dn. de la Baume fil.* | *Magdalena, nup.* Wilhelmo Davin

Caſpar de Bonne. | Georgius de Bonne Dn. des Allods. *Bona de Cony Henrici, Condom. de Vercors f. 28. Jan. 1624.* | Balthaſar. | *Aloiſia.* | *Anna.* | *Marchonna.* | *Catharina.*

Franciſcus de Bonne. | *Iſabella.*

metæ ſuppetias advolantibus vix ſperato ſucceſſu reportatæ præcipua pars fuiſſet. Exinde Proteſtantibus, quorum ſacris addictus erat, fide ſua ac fortitudine multis magnisque tempeſtatibus probata, poſtquam Carolus Podius Monbrunius a. 1575 indigna nece è medio ſublatus eſſet, ſummæ rerum in Allobrogibus ab illis præfectus fuit, eandemque poſteà à Navarræ Rege, cum is relicta aula Proteſtantium patrocinium ſuſcepiſſet, confirmatam accepit, *& ſumma laude ac fide* (Thuani hæc ſunt verba Lib. 60 Hiſtor.) *atque adeò periculoſiſſimis temporibus magno Gallici nominis ornamento adminiſtravit.* Potitus regno Galliæ Navarrus *Diguierum* Vicarium Generalem armorum ſuorum in Pedemontio, Sabaudia & Delphinatu conſtituit, quod munus ille ita obiit, ut heri expectationem non deſtitueret, ſed ſuperaret: profligatis enim intra ſeptennium ſexies Ducis Sabaudiæ copiis, multisque locis ei ereptis, ad occupationem univerſi Ducatus a. 1598 factam, viam pandit. Inde præfectura Delphinatus, amoto Ornano, auctus, demum a. 1608 ad dignitatem *Mareſcalli Franciæ* provectus fuit. Poſt triennium *Ducis* ac *Paris Franciæ* titulum à Rege Ludovico XIII. obtinuit, ſupremæ curiæ aſſenſu a. 1620 corroboratum, cúmque Proteſtantium conſilia ad bellum in comitiis Grarianopoli a. 1616 habitis inclinantia intervertendo poſteaque a. 1621 à partibus eorum diſcedendo eximiæ in Regem fidei documentum dediſſet, magnus regii exercitus caſtrametator (*Grand Marechal de Camp*) *inuſitato in iſtam diem*, (Gramondi verbis) *officio*, creari meruit, haneque ſpartam in obſidionibus Fani Engeriaci & Montalbani ornavit. Denique poſtquam ſacris etiam Proteſtantium nuncium miſiſſet, ad ſupremum honorum Gallicorum culmen elatus, enſem *Comeſtabilis* d. 24 Jul. 1622 accepit, atque in ſodalitium Regii ordinis extra ordinem cooptatus eſt. Præfectus ad extremum bello Genuenſi, in Sabaudiæ Ducis gratiam à Rege ſuſcepto, famæ, qua huc usque valuerat, deliquium paſſus eſt, dum æmulationes cum dicto Duce exercendo, & à Genuenſibus pecuniam accipiendo ingloriæ expeditionis culpam in ſe derivavit; cui quidem haud diu ſuperfuit, ſequenti anno Valentiæ morbo rebus humanis octogenario majore exemptus. Maſculam ipſius prolem quoniam immatura ætate mors intercepit, ad *Crequiam* domum opulentiſſima ejus hæreditas devenit: in eam enim gnatas omnes, quæ ad maturam ætatem pervenere, elocavit, affectu adeò ſingulari, ut poſtquam natu maxima *Magdalena* deceſſiſſet, & *Carolum Crequium* viduum feciſſet, alteram *Franciſcam*, quam *Carolo Renato Podio Monbrunio* octavo ætatis anno deſponderat, eidem *Politico divortio* (ceu *Gramondus Lib. X Hiſt.* loquitur) ſubduceret, illique in matrimonium daret; tertiam denique *Catharinam* nepoti ſuo è filia Magdalena & Carolo Crequio nato impetrata à Pontifice Rom. diſpenſatione, nuptui locaret. Atque is, *Franciſcus* nem. e *Crequius*, in titulos fundosque Comeſtabilis avi ejusdemque ſoceri ſui ſucceſſit, cósque una cum Bonio cognomine ad poſteros ſuos ex lege matrimoniali transmiſit, quemadmodum in Genealogia Crequiæ familiæ pluribus dicetur.

Inter agnatos Comeſtabilis famam ſibi paravit STEPHANUS *Bonius Auriaci Dominus & Tallardi Vicecomes*; is Salebertanæ pugnæ, qua Dux Sabaudiæ a. 1593 à Diguierio vice quinta ſuperatus eſt, cum laude *Ductor legionis pedeſtris* interfuiſſe, poſteàque aliis etiam in locis inprimis in Pictonibus ſtrenuè agendo *Caſtrametatoris* munus promeruiſſe memoratur; cui quoque officio immortuus eſt, omnes in eo collegas ſuos ætate ſupergreſſus.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ CREQUIÆ.

EStditio in Artesia, qua Picardiam contingit, *Crequy* dicta; ea familiæ antiquissimæ, ac clarissimæ, quæ hac, sequentibusque tabulis exhibetur, nomen commodavit. Autores qui Genealogiam stirpis hujus literis prodidere, haud pauci reperiuntur, vetustissimus ex eis *Balduinus d' Avennes* extitit, qui Laburerin autor quadringentorum annorum audit, proximum ab hoc locum *Morlierius* Canonicus Ambianensis occupat, hunc excepere *Sammarthani* fratres, *Ægidius Laroquius & Joh. Carpentarius*. Novissimè eam recensuit *Guido Allardus*, superiore plagula laudatus, è quo nostra deductio principium desumpta est. ARNOLPHUS, cui cognomentum *Barbato* fuit, Crequii Dominus, Regis Caroli Simplicis [illegible] & pro eo in prælio adversus Heribertum Veromanduum a. 897 egregia morte defunctus, faror stirpis communi suffragio constituitur, & tesseræ loco *arborem*, quam *Crequier* Galli vocant, Celeb. Spenerus *chamæcerasum* vertit, *rubeam in campo aureo* adhibuisse perhibetur; qualis scilicet posteris ejus etiamnunc familiaris est. Uxor Arnolphi Ignodis audit, & Odoacri Flandriæ forestarii gnata fuisse fertur. Filius illis tribuitur

Odoacrus Dn. de Crequy, maritus *Jolantæ, Balduini C. Clivia f.* his natus

Arnolphus II. Dn. de Crequy cogn. Cocles ob oculum quem a. 937. pro Arnolpho C. Flandriæ pugnans amisit. *Ux. Walburgis d' Arguens.*

Balduinus I. Dn. de Crequy. *Ux. 1. Blanca d' Anghien, 2. Rosetta de Beaumont.*

Arnolphus III, Dn. de Crequy cogn. Calvus. *Ada d' Arkel.*

Ramelinus Dn. de Crequy. *Avesia d' Avesnæ.*

Balduinus II. Dn. de Crequy, creatus *primus Baro Artesiæ* propter forcia facta, & rem in obsidione Valentianæ adversus Imper. Henricum Claudum a. 1007. benè gestam. *Ux. Margarita de Louvain Dn. de Bierback.*

Buchardus Dn. de Crequy *Mechtildis de S. Paul.*	*Anna, nup.* Guerino Dn. de Craon.	*Mathildis, ux.* Balduini Dn. de S. Omer.	Henricus de Crequy, stirps Dominorum *de Bierback*, qui dudum defecerunt.

Ramelinus II. Dn. de Crequy, fundator Abbatiæ Rousseauville 1099. *Alisa d' Oisy.*	*Claudia, nup.* Philippo Vicecom. d' Ipres.	*Margarita, ux.* Roberti Dn. de Lierre.	

Gerardus Dn. de Crequy, Godofredum Bullionæum ad bellum Sacrum adversus Barbaros proficiscentem comitatus est. *Jolanda Balduini II, C. Hannoniæ f. 1096.*

Rudolphus Dn. de Crequy & Fressin. *Mathildis Reginaldi Dn. de Craon f.*	Rogerus de Crequy.	Balduinus de Crequy.	Godofredus de Crequy.

Balduinus III. Dn. de Crequy. 1. *Clementia, Wilhelmi Dn. de Crouy f.* 2. *Alix, Wilhelmi Dn. de S. Omer f.*	Godofredus de Crequy Dn. de Bove, *Clementia de Vergy.*

1. BALDUINUS IV. DN. DE CREQUY &c.
Vid. pag. & Tab. seq.

FAMILIÆ CR

DOMINI DE CREQUY, DE BOIES, DE RIMBOV… VICECOMITES

BALDUINUS IV. DN. D…
Margarita de S. Omer, illi…

Philippus Dn. de Crequy. N. *de Pecquigny, Gerardi Vicedom. Ambian. soror.*

Margarita Abbat. de Messines.

Balduinus V. Dn. de Crequy. 1. N. *Dom. de Heilly.* 2. *Maria d' Amiens, Ægydii Dn. de Canaples f.*

Johannes de Crequy occ. in pr. Cutracensi 1302.

Enguerrando de Crequy *Episc. Cameracensis & Theravan.*

1. Johannes I. Dn. de Crequy. 1. *Margarita de Beauvais.* 2. *Isabella d' Ailly.*

1. Philippus de Cr. Dn. de Heilly.

Balduinus de Crequy DN. de RIMBOVAL, Sains & de Marquais. *Johanna Dom. de Bazincourt,*

Philippus de Crequy Dn. de Behn… *Aluyda d' Incy.*

1. *Catharina, nup.* Wilhelmo Dn. de Brea…té.

1. Johannes II. Dn. de Crequy † 1348. *Johanna de Pecquigny Dn. de Canaples & Outrebon.*

Ida, ux. Hugonis Dn. de Monchy.

Maria, nup. 1. Bertrando de Bri… ançon. 2. Johanni de Beauchamp.

Johannes III. Dn. de Crequy, Fressin & Canaples. *Johanna de Havesquerque, Johannis f.*

Margarita, nup. 1. N. Dn. de Drinçon, 2. Gerardo de Guistelles Dn. d' Eclebecque.

Enguerrandus de Crequy *Abbas Cercampensis † 1384.*

Johannes IV. Dn. de Crequy, Fressin & Canaples. *Johanna, Johannis Dn. de Roye f.*

Johanna, nup. Johanni Dn. de Doudeauville.

Rudolphus, cogn. Estandart occ. in pr. Azincourt. 1415. N. *Dn. de Montouilles.*

JOHANNES V. DN. DE CREQUY &c. Vid. Tab. II.

Arnoldus de Crequy Dn. de Neuville † fil.

Enguerrandus *Abbas de Cercamp. † 1484.*

Antonius de Crequy † infans.

Antonius Dn. de Rimboval † fil. *Anna de Montmorency Rolandi B. de Fosseux f.*

Johannes de Crequy Dn. de Rimboval. *Aloisia de Balsac Thomæ Dn. de Montagu f.*

Antonia, nup. Laurentio de la Chaussée Dn. d' Arrest.

Claudia, ux. Francisci de Monchy Dn. de Longueval.

Ludovicus de Crequy Dn. de… lant. *Anna de Vignacourt*

Ludovicus Vicecomes de Langle.

Sabina, monialis.

Anna Canonissa Nivell.

Isabella Canonissa Malbod.

Johanna Canonissa Malbod.

Helena.

Philippus.

Maximilianus Dn. de Monbertaubon.

Ludovicus Dn. de Vrio… lant. *Johanna de Bergues.*

Antonius B. d'Eraín.

Hector.

Anna.

Helena.

EQUIÆ TAB. I.

AL, DE VIOLANT, ET DE LA CRESSONNIERES, DE LANGLE.

DE CREQUY, Balduini III. F.
ius noverca soror.

Balduinus de Crequy, DN. de BOIIES per uxorem *Margaritam de Harcourt Dom. de Boijes Roberti II, B. de Beaufmesnil fil.*

Hugo de Crequy Dn. de Basinghen. *Christina de Selles Dom. de Rimboval.*

Godofredus de Crequy. Balduinus de Crequy. Johannes Dn. de Boijes. *1. Maria de Narroual, 2. Maria de Gavre.*

Wilhelmus de Crequy *Decanus Ecclesiæ Camerac.* Enguerrandus de Crequy *Ægydia de Landast.*

1. Johannes de Crequy Dn. de Boijes. *Anna de Neuchatel.*

Arnoldus de Crequy Dn. de Rimboval. *Maria d' Auxy, Johannis Dn. de Dompierre f.*

Petronella Dn. de Boijes, nup. N. Dn. de la Roche. *Maria, ux.* Ludovici B. de Plaines.

Catharina, nup. Roberto de Bellebrune. Ludovicus de Crequy Dn. de Rimboval. *Anna de la Barre.* Petrus de Cr. Dn. de Sains, *Johanna, nup.* N. de Bailleul Dn. de Douxlieu.

Renaldus Dn. de Comtes, occ. in pr. Azincurt. 1415.

Arnolphus de Crequy Dn. de Rimboval, occ. in pr. Azincurtiano 1415. *Adela d' Teval.*

Peronna, nup. Jacobo Dn. de Rambures. *Johanna, ux.* Johannis de la Tremoille B. de Dours. *Johanna, nup. 1.* Roberto Dn. de Wavrin, 2. Wilhelmo Dn. Lalani.

Johannes de Crequy Dn. de Rimboval, dictus le Gallois. *Jacobina d' Inchy Dom. de Rogy, Rudolphi Dn. de la Verpilliere f. 1469.*

Ludovicus Dn. de Rimboval. *Johanna de Mansel, Jacobi Dn. de Targie f. 1510.*

Gabriel *Eques Hierosol.*

Carolus de Crequy Dn. de Rouverel. *Johanna Dom. de Vriolant & de Houlles, Vicecom. de Langle.*

n. de Vrio- 1604.

Franciscus de Crequy *Genefieva du Bus Dom. d' Aleux.* Vicecom. de Langle.

Hector de Crequy Dn. de Houlles. *Francisca de Licques, Jacobi Dn. de la Cressonnieres f.*

Carolus Dn. de Saucourt. Franciscus Dn. de S. Marie Robertus Dn. de Montorgueil. Petrus Dn. d' Aleux. Laurentius. *Alesia.* *Genefieva.*

Adrianus Dn. de la Cressonnieres. *Carola de Montby, Francisci Dn. de Longueval f.* Antonius Dn. de Richeu.

Adrianus de Crequy Dn. de la Cressonnieres. *Lamberta de Lancy.*

Maria Clara, nup. Vido Henrico Chabot C. de Jarnac † 29. Febr. 1684.

AD TAB. I.

JOHANNES II. *Crequii Dynasta* dominia *Canaples* & *Outrebois* acquisivit per matrimonium cum *Johanna Pecquigniæ*: ea enim matrem habuit *Mariam d' Amb. ens*, dictarum ditionum hæredem, patrem verò *Johannem de Pecquigny, Dn. de S. Oyn*, cui ista post obitum prioris mariti, nempè Balduini VI. Crequii, secundis nuptiis in manum convenerat.

JOHANNES III. *Crequii regulus* inter præcipuos duces memoratur, qui Valerano Lucemburgio Comiti de S. Paul operam suam commodarunt, cùm ille cum exercitu in Angliam trajiceret, ad vindicandam eadem affinis sui Regis Richardi II. ab Henrico Lancastrio capti & interfecti.

RUDOLPHO *Crequio* cognomentum *Estendart* ideò inditum fuisse perhibent, quod complura vexilla, quoties pugnandi copia facta ipsi fuit, hostibus sorti manu eripuerit. Periit tamen adhuc in flore ætatis, atque unà cum ANTONIO *Raimbevalii Domino* agnato suo strenuo itidem viro fatali illa Gallicæ nobilitatis apud *Azincurtium* strage haustus est.

AD TAB. II.

JOHANNES V. *Crequii Dynasta*, vir fortis ac peritus, Philippi Boni Ducis Burgundiæ animo se insinuavit, adeò ut plurimùm auctoritate apud eum valeret, officioque Consiliarii sui & primi Cubicularii augeretur. Porrò cùm ille *aurei velleris* ordinem condidisset, in numero eorum fuit, qui in prima creatione a. 1430 torque & insignibus ordinis modo dicti honestabantur. Missus deinde est ab eodem Duce in Angliam, ut Regi Henrico VI. eundem torquem perferret; obiit præterea legationem apud Regem Galliæ Ludovicum XI. A. 1436 interfuit obsidioni Caleti à Burgundo infelici quidem successu susceptæ, egregiaque bellicæ virtutis documenta ibi dedisse *Engerrando Monstrelete* illius ætatis Historiographo, prædicatur. Denique senecta jam ætate a. 1464 in prælio ad montem Erycum (*Montlehery* Gallis dicitur) quo fœderati pro bono publico adversùs Regem Ludovicum XI. pugnarunt, impigrè & strenuè fecit.

JOHANNES VI. & VII. *Crequii Dynastæ* faventem habuere Hymenæum, uterque enim splendido ac locuplete conjugio auctus est; & priori quidem bis id felicitatis obtigit; namque postquam is cum prima uxore *Francisca Rubempratensi*, (erat ea Johannis Domini *de Bievre*, Equitis Aur. Vell. qui in prælio apud Nancejum a. 1477 occubuit gnata è Catharina Johannis Domini *de Bernieulles* filia ac hærede suscepta) dominium *Bernieulles* acquisivisset, transeundo, ista defuncta, ad secunda vota cum Maria Ambosia, Caroli Dynastæ *de Chaumont* filia, dominium *Rissei* dotis loco accepit, à quo posteà natus, quem ex isto matrimonio sustulit, GEORGIUS scilicet, cognomentum sumsit, novumque ramum, qui quidem jam extinctus est, condidit. *Johannes* VII. dynastiam *Moreul*, in diœcesi Cameracensi sitam, nec non Principatum *Poix*, ab insigni vico Picardiæ sic dictum, in familiam suam transtulit per fortunatas cum Josina Suessionensi nuptias. Habuit illa patrem Johannem Dominum *de Moreul* & Principem *de Poix*, matrem Barbaram *de Chastillon* primam ipsius conjugem, (habuit iste enim etiam secundam Mariam *de Bournel*, è qua itidem gnatam Jacobinam nempè, nuptam Adolpho *Rouault* Dn. de *Gamaches*, posteà Ludovico *Bar. d' Orbec*, genuit) atque adeò genus suum referebat ad priscos dynastas *de Moreul*, qui porrò originem suam à priscis Regibus Suessionis repetere solebant: ex illis Bernardus Dn. *de Moreul* ducta Jolanda *de Soissons*. Rudolphi Domini *de Keure*, qui Johannis *de Neelle* II. Comitis Suessionensis frater erat, filia, Suessionense cognomen adscivit, idque ad posteros transmisit, è quibus Theobaldus Margaritam *de Poix* in conjugio habuit, atque ex ea filium suscepit, qui mortuo absque prole Philippo, matrueli suo, dynastiam illam, *Principatus* titulo posteà auctam sibi vindicavit.

ANTONIO *Crequio Pontdormio* animus intrepidus & quævis pericula vilia habens *Audacis* cognomentum peperit. In Picardia, quam vicaria potestate regebat, maximè virtus ejus atque opera enituit: distractis enim ob bellum Insubricum, Regis Francisci I. viribus provinciam illam adversùs Flandros Anglosque, quorum XV. millia Dux Nortfolcius a. 1523 in Belginm advexerat, exigua militum manu graviter ac strenue defendit, glorioso ad *Somam* amnem receptu, acerrimaque pugna, quam prope oppidum *Montdidier* inæquali admodum Marte sustinuit, quáque frater ipsius PHILIPPUS *Berniulius*, Tervannæ præfectus, nec non nepos JOHANNES VIII. *Canapleus* tunc dictus, capti ab hostibus fuere, maximè nobilitatus. Verum mense secundo anni 1525 cùm Flandri *Hesdinum* intercipere tentarent, & Pontdormius de eorum consiliis ab eodem, quem illi ad tradendum sibi oppidum pretio conduxerant, certior redditus, atque adeo opprimendis quos

dis quos intra mœnia penetrare ex compacto passus erat, jam intentus, ignem desuper in hostes jacularijuberet, accidit, ut flamma, à quodam imprudentius missa, in apertum clamitantis os insiliret, & descenderet ad intestina usque, quibus miserè ustulatis, post biduanos cruciatus expiravit, quemadmodum *Martinus Bellajus* Commentariorum suorum Lib. II. refert. Fuit autor hic frater *Wilhelmi Bellaji Langæi* Subalpinæ provinciæ Proregis, bello & pace clarissimi viri, qui *Pontdormi* filiam unicam in matrimonio habuit, nec non *Johannis*, plurimis legationibus summa cum prudentiæ ac præcipuè fidei laude obitis incluti, Regisque Francisci I. commendatione in Cardinalium Collegium cooptati, & denique *Renati* Episcopi Cænomanorum. Tam bonæ frugis natorum parentes erant *Ludovicus Bellajus* ex illustri & inde à Capeti Regis temporibus clara familia editus, & *Margarita de la Tour-Landry*, dolendumque progeniem tantam præproperè intercidisse: *Wilhelmus* enim prolem nullam, *Martinus* verò fœmineam tantum post se reliquit ex *Isabella Chenu*, quæ *Ivetotium*, Nortmanniæ municipium, & Regni nomine (de quo *Thuanus Lib.* 103 legi potest) insigne ei attulit, genitam. Ex illa filiam natu majorem gentili suo *Renato Bellajo* elocavit, unde *Principes d' Ivetot* & *Marchiones de Thouarce* prodiere, quorum stirps anno demum 1661 in *Carolo Bellajo*, pronepote, & sterili matrimonio cum *Claudia Helena de Rieux-Asserac* uso, extincta est.

• CAROLUS *Crequius Canapleus* in bellis civilibus pariter ac externis ea fortitudinis specimina edidit, ut legioni militum prætorianorum præfici meruerit, verum in Chamberiaci expugnatione fortissimè pugnando vulneratus vitæ finem illic præmaturè invenit, Ex ejus filiis natu maximus a. 1653 *Ducis ac Paris Franciæ* axioma obtinuit, quod ei decennio post à Suprema curia confirmatum fuit; gaudet is etiam munere *primi Cubicularii Regii*, & *Præfecti Parisiorum*. Eidem legatio, quam apud Pontificem Romanum Alexandrum VII. obiit quamque *Corsici* milites nobilitarunt, famam peperit. Uxorem nactus est hæredem *Lansacensis* rami è stirpe *SanGelasia*, cujus origo ad celebrem *Lusinianorum* familiam referri solet. Genealogiam ejus *Laburerius* [*Tomb. des pers. illustr. p. 139*] ab *Hugone Dom. de Saint Gelais* ordicus est, patre *Caroli*, cui a. 1304 ducta est *Margarita de Magné*, Moravii Dom. de *Sainct Maffre* gnata, & geniti *Hugo*, Margaritæ de la *Rochechanderie* maritus, *Gondanus Dn. d' Ogier*, & *Carlotus Dn de S. Gelais*. Hoc & *Johanna de Vivonne* nati sunt *Trenchant*, Antoniæ *de Prahé* consors, *Johanna*, Francisco *de Brisay* nupta & *Carolus Dn. de S. Gelais, de Mornay & de S. Jean d' Angle*, qui è *Jolantha Bouchard*, Vidi Dom. *de Pauleon* filia, suscepit præter alios *Merigotum*, Dominorum *de Feligny* fatorem, *Petrum Dominum de Monlieu* de quo posteà & *Johannem* primogenitum, bis maritum primò *Isabellæ Rouhaut*, Jacobi Dom. *de S. Loup.* gnatæ posteà *Johanna Poussard*. Hac nati sunt præter fœmellas tres *Johannes* & *Trenchant*, quorum posterior *Episcopus Lucionensis* fuit, prior *Dominus de S. Gelais* è *Margarita Vernon*, Laurentii, Dom. de *Monstrueil-Bonin* gnata, pater factus est, filiarum quatuor & è potiore sexu *Antonii Episcopi Lucionensis*, nec non *Johannis*, quo & *Helena Domina de Pui-jourdain* genitus est *Carolus Dn. de S. Gelais*. Is uxores duas habuit, videlicet primo *Renatam de la Boucherie*, posteà *Aloisiam de Puyguyon Dom. de la Gibertiere*, atque ex illis gnatas duas, filios tres, nempè *Pontum*, *Ludovicum* & *Georgium*; quorum primus in præsidio ad Fanum Quintini a. 1557, postremus in oppugnatione castri Lusiniani a. 1574 occubuere, medius *Ludovicus* genus propagavit, generando è *Maria Rataut*, Oliverii Dom. *du Boisgrollier* gnata & priore sua uxore *Aloisiam*, primò *Ludovico de Lasme, Dom. de Moulins*, deinde Domino *de Puy-pouille* elocatam, è fecunda verò *Johanna du Puy*, Claudii Dom. *du Coudray-Monin* filia, *Carolam*, Philippo Guidoni *de Salins* Dom. *de la Nocle* nuptam & *Josuam* Dom. & Baronem *de S. Gelais & de Cherveux*. Hic ex *Anna Poussard*, Caroli Dom. *de Foix* filia suscepit *Ludovicum* a. 1635, ætatis 20. mortuum, *Carolum Baronem de S. Gelais*, *Johannem Mariam*, Johannis *Fradet* Dom. *de Sainct Aoust* uxorem, *Margaritam* & *Franciscam* moniales & denique *Annam Abbatissam* monasterii regii *de Jarcy*. Hæc rami primogeniti est series; *Lansacensem* profevit *Petrus*, Caroli Dom. de S. Gelais filius natu minor *Dominus de Monlieu Sainct Aulaye, Sainct Severin & Jarnac*. Is è *Philiberta de Fontenay* uxore sua plurium liberorum pater factus est, videlicet: *Johannis Dom. de Monlieu & S. Aulaye*, genitoris filiæ unicæ *Catharinæ*, Carolo *Chabot* nuptæ, *Nicolai* Dominorum de S. *Severin* sa-

FAMILIÆ CRE

DUCES DE LESDIG

ANTONIUS DE BLANC
RIN, de S. Severe, Gilt
tonii Crequii Cardinali
nomen armáque Crequ
na d' Aguerre, Claudii Du

Carolus DN. de CREQUY, Princeps de Poix, Come
& Mareſcallus Fr. Eq. Ord. Reg. n. 1570. occ. ante Br
Franciſci D. de Lesdiguieres ſ. 1595. 2. Franciſca de Bo

1. Franciſcus de Bonne, de Crequy, d' Agout, de Veſc. de Montlaur & de Montauban, Dux de Lesdiguieres, Par Fr. C. de Sault, Eq. O. R. †1. Jan. 1677. 1. *Catharina de Bonne, matertera ſua, † 1621. 2. Anna de la Madelene, Leonori M. de Ragny fil. & her. 13. Decembr. 1632. † 11. Jul. 1656.*

1. Franciſca, nup. Maximiliano de Bethune, M. de Roſny 1609, † 1657.

2. Franciſcus Emanuel de Bonne, Crequy &c. Dux de Lesdiguieres, C. de Sault, †3. Maji 1681. *Paula Margarita Franciſca de Gondy, Petri D. de Raù fil. ac her. 12. Maji 1675.*

Carolus Nicolaus M. de Ragny, † 28. Nov. 1674.

Johannes Franciſcus Paulus Dux de Lesdiguieres & de RAIS C. de Sault & Joigny, n. 22. Oct. 1678.

REQUIÆ TAB. III.

DIGUIERES ET DE CREQUY.

ANCHEFORT DN. de S. JANV-
Gilberti & Mariæ Crequiæ F. An-
nalis a vunculi sui hæres, ea lege ut
equiæ domus adsciscer et. *Christi-*
Dn. de Vienne-le-Chasteau f.

mes de Canaples & de Sault, DUX DE LESDIGUIERES, Par
Bremum in Insubria 17. Mart. 1638. *1. Magdalena de Bonne,*
Bonne, prioris soror consanguinea 1623.

de

1. Carolus de Crequy Dn. de Canaples, † 15. Maji 1630. *Anna du Roure, Claudii Dn. de Combalet f. 1620. † 1636.*

1. Magdalena, nup. Nicolao de Neufville, D. de Villeroy 1617. † 31. Jan. 1675.

Carolus DUX de Crequy, Par Fr. Eq. Ord. Reg.
Armanda de S. Gelais, Ægydii Dn. de Lansac f. & her.

Alphonsus Comes de Canaples
"27.

Franciscus de Crequy Dn. de Marines, Mareſc. Fr.
Catharina de Rougé Jacobi Dn. du Plessis-Bellieve fil.

Magdalena, nup. Carolo Hollando de Tremouille D. de Thouars 1675.

Franciscus Josephus M. de Crequy.
Anna Carola, Ludovici Mariæ D. d' Aumont f. 4. Febr. 1683.

Nicolaus de Crequy Com. de Blanchefort.

toris, *Johannis* Episcopi Ucenicensis, *Octaviani* Episcopi Engolismensis (is *Merlinum de S. Gelais* celebrem *Poëtam*, genuit) & denique *Alexandri Dom. de Cornefort.* Hic Regi Ludovico XII. à consiliis & legationibus uxorem accepit *Jacobinam Dom. de Lansac, Ambes & Corbrac*, Thomæ gnatam ac hæredem unicam, atque a. 1522 fatis concessit, pater *Barbaræ* Abbatissæ Engolism. *Claudiæ* Jacobo *de Pons*, B. *de Viroul* nuptæ, & *Ludovici Dom. de Lansac* Equitis Ord. reg. Præfecti domus Reginæ Catharinæ Mediceæ atque ad Concilium Tridentinum Legati, mortui a. 1589. Is uxores duas habuit, nempè *Johannam*, Philippi Bar. *de la Rochechanderie* gnatam, & *Gabrielidem de Rochechouart*, Franciſci B. *de Mortemar* filiam; è posteriore genuit *Carolum Dom. de Precy* a. 1586 defunctum & *Franciſcum*, Protonotarium, è priore *Claudiam*, Carolo *Comiti de Luſſe* elocatam & *Guidonem*; habuit etiam *nothum Vrbanum* Episcopum Convenarum a. 1613 vivis exemptum. *Guido Dn. de Lanſac* legationem in Polonia, cum Henricus Valesius in Regem eligeretur, obiit, atque a. 1629 vitam cum morte commutavit, postquam ex *Antonia Raffin*, Franciſci Dom. *d' Aſſayle Brulé* filia ac hærede conjuge ſua ſuſcepiſſet *Alexandrum* inobſidione Farræ extinctum a. 1596, nec non *Arturum Lanſaci Dominum* a. 1580 natum, maritum *Franciſcæ*, Ægydii Dom. *de Souvre*, Mareſcalli Fr. qui Regis Ludovici XIII. adoleſcentiæ moderator fuit, gnatæ, & patrem *Franciſcæ* Ludovico *de Prie* M. *de Toucy* nuptæ a. 1673 mortuæ, & *Ægydii March. de Balon*, 1606. nati atque in oppugnatione Dolæ 5. Aug. 1636 ante patrem fato functi, relictis è *Maria de la Vallée-Foſſez* Gabrielis M. d' *Eſtrées* ſuperſtitibus duabus, *Maria* ſcilicet atque *Armanda*; harum prior *Henrico Franciſco M. de Vaſſé*, altera *Carolo Duci Crequio* in manum convenit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ SANLARIÆ.

SAnlariæ stirps abhinc annis XL exincta, tesseræ gentilitiæ loco *campana argentea, clava nigra* instructa, in scuto *cæruleo* usa est, originemque traxit à priscis toparchis *Fani Hilarii* in Septimania, dictis corrupto nomine de *Saint-Lary*, quemadmodum *Labureriusin Addit. ad Memor. Casteln. T. II. p. 775.* refert. Ex illis memoriam suam temporum ingluvies subduxit JOHANNES *Dominus de S. Lary*, aliarumque ditionum in schemate enumeratarum; is pertabulas supremas Calendis Aprilis a. 1485. scriptas hæredem ex asse instituit filium cognominem, quo natus RAIMUNDUS Baronatum *Bellegarde* via matrimoniali acquisivit.

ROGERUS *Sanlarius Bellegardius*, Petri F. ad vitam Ecclesiasticam destinatus, prævalente naturali ad arma proclivitate, *Avenione*, quò studiorum ergò missus fuerat, occasione duelli cum quodam è commilitonibus suis, quem interfecit, in Corsicam discessit anno circiter 1554. ad avunculum suum magnum *Paulum Barthium, Thermum*, à Rege Henrico II. cum classe illuc missum, & quadriennio post ob summam prudentiam ad Tribunatum Equitum evectum; hujus in castris militiam auspicatus brevi sub nomine *Capitanei de Bellegarde* inclaruit. Mortuo a. 1562. Marescallo Thermo, Alberto Gondio Radesiano autoritate tunc in aula præpollenti se adjunxit, amicitiamque ipsius indeptus, ad varios militarium honorum gradus pervenit, ejusdemque opera opimam Ordinis Calatravensis Hispanici *Commenderiam*, ceu vocant, in Vasconia, eandemque unicam in Gallia, nactus est. Anno 1565. cum strenua volonum Gallicorum manu in Melitam, à Turcis acri tunc obsidione cinctam, profectus, cùm post eximia fortitudinis specimina edita in Galliam rediisset, Henrico Andium Duci operam suam addixit, & formæ morúmque elegantia, qua pollebat, in gratiam ejus se insinuavit, adeò ut cum post excessum Caroli IX. regnum illi obvenisset, ad intimam familiaritatem admissus, dignitate *Mareschalli Franciæ* ornatus aliisque honoribus & immensis opibus cumulatus fuerit, ob effusissimam Regis gratiam *torrens favoris* appellatus. Verum tantam ipsius prosperitatem consecuta est subita commutatio, Rexque quem paulò ante extulerat, demergere præter morem suum est adortus & à privata sua consuetudine remotum aspero expugnandæ *Liberonis* in Delphinatu negotio objecit, quod cùm secus evenisset, invisiorem sibi factum procul à se amandaturus, legatum in Poloniam delegit. Illeægre id & immoderatè ferens, perpetuúmque abaula exilium legationis honorificæ colore indictum sibi videns, ut erat, *Thuano* teste, quidvis audendi promptus, negotia in Subalpina regione causatus, quasi inde in Poloniam profecturus ad Sabaudiæ Ducem se contulit (cujus antea consilio & auctoritate *Margaritam Saluciam* Pauli Thermi avunculi viduam in uxorem duxerat, quam tamen cum prius impotenter deperiret, postquam nupsit, despectui habuit, novis amoribus æque probrosis se inquinans) ejusdemque instinctu atque ope Marchionatum *Salucianum*, ejecto Carolo Birago Gallorum regis vicario, occupavit; verùm non ita multò post habito cum Regina matre Catharina Medicæa colloquio *Montluelii* in Segusianis coram Duce Sabaudiæ, repentina morte, nec sine suspicione veneni à Regina propinati, è medio sublatus est.

CÆSAR *Sanlarius Bellegardius* post patris *Rogeri* obitum *Saluciæ* Marchionatum aliquandiu

FAMILIÆ SANLA

DUCES DE BELLEGARDE, M

JOHANNES DOMINUS
Geſſac, de Montgras, &
nus de Frontignan.

Johannes Dn. de Saint-Lary, de

Raimundus de Saint-Lary,
uxorem *Miramendam, Reg*

Petrus, dictus vulgò Perroton, de S. Lary, Baro de Bellega
teſtam. condidit 13. Oct. 1569. *Margarita d'Orbeſſ*
fil. 11. Mart. 1520.

Rogerus de S. Lary, B. de Bellegarde, Mareſcallus Fr.
†1579. *Margarita de Saluces, Joh. Franciſci Dn. de Cardé*
f. Pauli de la Barthe Dom. de Thermes vid.

Johanna, nup. Johann
lette.

Cæſar de S. Lary de Thermes, B. de Bellegarde occ. in
pr. Cutrac. 1587, æt. 25.

Rogerus de S. Lary de Termes DUX de Bel-
legarde, PAR Fr. †13. Jul. 1646. ſine lib.
æt. 83. *Anna de Bueil, Honorati Dn. de*
Fontaines f.

Johanne
†æt. 14

Octavius, *nothus, Epiſc. Coſeran.* 1614. *Archiep. Senon.* 1621. †26. Jul. 1646.

Filius in juventa extinctus.

Anna Maria, nup. Joh. Antonio de Gondrin amitino ſuo.

Joh. Antonius de Gondrin
& Pardaillan, M. de Monte-
ſpan, †f.l. *Anna Maria de S.*
Lary Thermes.

Ludovicus Henricus d
Gondrin Pardaillan
Archiepiſc. Senon. 164
†1674.

Henricus Ludovicus de G
Pardaillan, M. de Montes
Franciſca Athanaſia de Ro
Gabrielis D. de Mortemar

. . . . . de Gondrin
Pardaillan, M. d'Antin.
Julia de Cruſſol, Emanuelis D.
d'Uſez f. 1686.

ARIÆ SCHEMA.

MARCHIONES DE THERMES.

SDE SAINT-LARY, de
de Monteſtruc, Condomi-

de Geſſac, de Montgras &c.

, DN. de BELLEGARDE per
uri de Lagouſan filiam.

garde, Eques Ord. reg. Præfectus Toloſæ & Albigenſium,
ſan, Petri Dn. de la Baſtide, & Johanne de la Barthe-Termes

m de Nogaret Dn. de la Va-

Johannes de S. Lary Dn. de Bellegarde. *Anna de Villemur.*

es Cæſar Auguſtus de S. Lary, B. de Thermes † 1621. *Catharina Chabot, Jacobi M. de Mirebeau f.*

Paula, uxor ſecunda Antonii Arnoldi de Gondrin & de Pardaillan, Dom. de Monteſpan, & d' Antin.

de Rogerus Hector M. d' Antin. N. *Zamet, Johannis B. de Murat. f. & hær.*

Cæſar Auguſtus M. de Thermes. *Ux.* . . . .

Joh. Ludovicus Dn. de Savignac. *Margarita Potdevin † 19. Apr. 1685.*

Maria Clara. *Aloiſia Octavia.* *Anna Coriſanda.* *Angelica.*

Gondrin
eſpan.
Reichmuart,
uf.

. . . . .
Marq. de Thermes.
N. de S. Aubert.

tenuit, Sabaudiæ Duci addictus, ea tamen postea decessit, verbis magis à regiis emissariis persuasus, quàm armis compulsus, & accepta in specieм compensationis Santonum præfectura. Vitam in prælio *Cutracensi* strenuè pro Rege dimicans profudit, postquam clandestinis nuptiis fœminam, quandam, (*Laburerius amitam* sive *materteram Magistri ejusdam libellorum supplicum* fuisse traditur) sibi copulasset, è qua natus ei est filius posthumus OCTAVIUS, quem inter monachos Fani Germani Antissiodurensis educatum, & studiis literarum ac religionis probè excultum Rex Ludovicus ad summas dignitates Ecclesiasticas evexit.

ROGERUS II. *Sanlarius Bellegardius* trium Regum gratia & beneficiis floruit, ab Henrico III. vestiario suo & Cubiculo præfectus, posteaque munere *Hipparchi*, quod is deinde fratri suo CÆSARI AUGUSTO cessit, auctus, ab Henrico IV. Burgundiæ præfectura & torque Ordinum suorum ann. 1595. ornatus, à Ludovico XIII. denique Dux & Par Franciæ ann. 1620. creatus, oppido Surra (*Seure*) Comitatui Burgundiæ contermina, titulo Ducali & nomine *Bellegardio* affecta. Mortuo fratre suo munus *Hipparchi* recepit, iterum posteà a. 1639. à se abdicatum in gratiam Henrici Deffiati Cinqmartii. Vitam ultra annum octogesimum produxit, à fortuna veluti fatigata tandem desertus, & Burgundiæ præfectura exutus.

CÆSAR AUGUSTUS *Sanlarius Thermeus* Melitensi Ordini initiò addictus & Magno Arverniæ Prioratu auctus, posteà stimulante fratre improli ad conjugium animum adjunxit, munusque *Hipparchi Franciæ*, illo abdicante, accepit. A. 1619. inter Equites Ordinum regiorum à Ludovico XIII. allectus, cum biennio post prætorianæ excubiarum cohorti præfectus in oppugnatione *Clairaci* impigrè rem gereret, ægréque consistens à vulnere, quod olim ad tibiam extormentaria pila acceperat, & voce ac exemplo accendens suos, in ventriculo plumbea glande ictus esset, ex hoc vulnere aliquot post dies decessit, à Rege ipso cum in extremis esset, visitatus, lacrymisque, referente *Gramondo Hist. Gall. L. 9.* defletus. Erat, ejusdem autoris elogio, *vir summa morum elegantia, ingenio subtili, Marti juxta expeditus & Gratiis; aulica dicacitate ingeniosus: ubi quies, allicienda fœminarum amoribus intentus; ubi bellum erat; voluptatum osor, virtutis amator, omnium tolerans.*

PAULÆ *Sanlariæ* progeniem, ex *Antonio Arnoldo de Gondrin & de Pardaillan Montespanii Domino* suscepta, tabulæ huic subnectere haud incongruum duxi, eò quod & in celebritate illa nunc versatur, & in nomen symbolumque *Bellegardium* ac *Thermeum*, ex substitutione Ducis *Rogeri*, successit. Origo verò *Pardaillanæ* domus ex Aquitania est, referturque ad *Bertrandum de Pardaillan, Gondrinii* dynastam, cui a. 1450. ducta fuit in matrimonium *Burguina*, hæres domus *Castillonicæ*, & ex ea natus *Pontus*, qui Castillonicum nomen cum Pardalliano conjunxit, & ex *Isabella de Fymarcon* genuit *Arnoldum* Gondrinii dominum, *Jacobinæ*, quæ *Arnoldi Dynastæ d' Antin* gnata erat, maritum & patrem *Antonii* Equitis Ordinis regii. Huic uxor *Paula d' Espagne*, gentis suæ ultima hæres, dominium *Montespan* attulit, & gnatum peperit *Hectorem d' Espagne & de Pardaillan*, Montespanii & Gondrinii dynastam, & genitorem è *Johanna d' Antin*, cognata sua, *Arnoldi Baronis d' Antin* filia, *Antonii Arnoldi* Domini de Montespan & d' Antin, Equitis Ordinum regiorum, Proregis Navarræ, & Vicarii generalis per Aquitaniam, cui *Paula Sanlaria* secundis nuptiis in manum convenit; prima ei conjux fuit *Maria du Maine*, *Johannis Domini d' Escaudillac* filia, è qua non nisi sequioris sexus prolem genuit, eamque binam, & utramque *Annam* dictam, natu major *Henrico Albretano Baroni de Miossens*, minor *Henrico Foxio Rabati Comiti* nupsit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ COSSEÆ.

Cossæ familiæ originem qui inde à *Coccejo Nerva* repetere, vel è regnò Neapolitano, cum *Cossarum* geote, quæ Duces Andegavenses in Galliam secuta fuerat, illam confundeotes, arcessere laborarunt, à cordatis autoribus explodi & fabulacum architectis accensèri meruere. Haud extra Galliam quærenda esse inclutæ familiæ incunabula arbitrantur peritiores, cùm constet, in *Meduanis* olim excelluisse regulos *de Cossè* cognominatos, è quibus aliquem natu inferiorem Comitibus vel Ducibus Andegavensibus operam suam locasse, sedemque fortunarum in *Andibus* fixisse, & domicilio gentilitium nomen iudidisse volunt. Stemmatis initium à *Johanne* Cossei Toparcha ducunt, quem ineunte seculo quinto & decimo vixisse perhibent, neque ejus progenitores ob defectum veterum gentis tabularum enumerare valent. Illi verò filium tribuunt THEOBALDUM, à quo hæc orditur Genealogia; is à Johanna Lavallea Renati Regis Neapol. vidua castro ac comitatui Belloforóo in Valleia vicaria potestate impositus in eodem Vallejensi tractu ditionem *Beaulieu* meritorum pretium tulit. *Scuto* utuntur Cossei *aureo, fascijs tribus aureis, inferius denticulatis*, distincto.

JOHANNES *Cossei Dominus*, mascula prole careus, ditionem avitam ad generum suum *Jacobum Plantisium* transmisit; huic quoniam pari modo unica erat filia *Renata*, transiit Cosseum in Andibus in *Sanzaanam* familiam; erat enim *Renata* nupta Renato *Sanzai* dynastæ.

RENATUS *Cosseus* cognomentum *Beaulieu*, quod ioitiò gesserat, cum *Brissacensi* commutavit, postquam ditiooem istam, in Andibus itidem sitam, acquisivisset. Regnante Carolo VIII magna ejus fuisse prædicatur existimatio, à quo munere *Magni Franciæ Artocopi*, sive *Pannetarii*, quo posteri sui frequentes gavisi sunt, & gaudent etiam ounc, nobilitatus fuit. Nec minus autoritate valuit apud Ludovicum XII. & Franciscum I. atq; ab hoc ex omnibus aulæ proceribus lectus est, qui pueritiam juventámque liberorum regiorom modetaretur; eos etiam in Hispaniam comitatus est, cum liberando patri obsides illuc mitterentur.

CAROLUS *Cossæus Brissacus* à prima juventa cum Francisco Delphino Regis Francisci I. filio educatus, nobilioribus disciplinis animum excoluit: mortuo illo ad bellum quod in Italia tunc gerebatur, profectus, cum vindictæ cupidine erga Hispanos, quos mortem heri procurasse eum vulgo credidit, flagraret, obviam eundo periculis, mox strenui ac maximè pugnacis famam adeptus est; pollens præterea naturali quadam homines demerendi facultate ad summos militiæ gradus viam sibi aperuit, in ut tandem scipioue *Mareschalli Francia* & axiomate *Locumtenentis Regii* in Pedemontio & Insubria decoraretur. Equidem posterius hoc munus ut consequeretur, haud levè momentum *Dianam Pictavienſem* attulisse refert *Varillasius* in *Hist. Henrici* II. Ista enim Brissaci amore capta, neque occultare ignes suos potens, Regi modo dicto, qui ipsam palàm deperibat, Zelotypiam injecit, eundemque perpulit, ut rivalem haud contemnendum quasi per beneficium in Italiam relegaret. Hac verò in provincia tanta virtute rem gessit, ut clarissimus illius ævi dux reputaretur, meritisque ipsius inter alia decora hoc omnium tam suorum quàm externorum consensu tribueretur elogium, quod omnes Gallos duces, qui signa in Italiam intulerunt, felicitate in expeditionibus suscipiendis & prudentia in iis, quæ bello quæsiverat, conservaodis longè superaverit, quemadmodum *Thuanus* L. 35 refert. Tandem arthritide diu vexatus, attenuato continuis doloribus corpore, *Lutetiæ* decessit, cum tantùm ætatis annum LVI. atogisset. Ingentem ipsi à Venere fuisse nævum *Laburerius* è *Brantomio* in *Addit. ad Castelu.* memorat, hinc morbus & cita mors. Inter plures amicas, quas in Pedemontio coluit, *Novidalla* forma & venustate excelluit, ex

FAMILIÆ COS

DOMINI DE COSSE

THEOBALDUS DN. de
xiia. 1449. *Felicitas,*
de S. Julien f.

Johannes Dom. de Cossé. *Leona du Four.*

Johannes de Cossé, B. de Grimaut. *Laminia de la Rata Dom. de Trojes.*

Franciſca Dn. de Cossé, nup. Jacobo Dn. du Plantys.

Carolus de Cossé, Com. de Brissac, Eq. Ord. R. Mareſc. Fr. † 31. Decembr. 1563, æt. 57. *Carola d' Esquetot Dn. d' Estelan.*

Johanna, nup. N. Girard Dn. de Basoges.

Timoleon de Cossé, C. de Brissac, Colonellus ped. milit. Fr. occ. in obsid. Mucidan. m. Majo 1569. æt. 26.

Carolus de Cossé, DUX de BRISSAC Par & Mareſc. Fr. Eq. O. R. † 1621. *1. Judith, Johannis Dn. d' Acigné f. & her. 2. Aloisia d' Oignies, Ludovici C. de Chaunes f.*

Diana, nup. Carolo Com. Mansfeld.

Johanna ux. Fra nay Dn

1. Franciſcus de Cossé, † 3. Dec. 1651, æt. 70. *Rocheportail f. 1672.*

Dux de Brissac, M. Artocopus *Catharina de Ruelan, Ægydii Dn.*

Ludovicus de Cossé Dux de Brissac † 26. Febr. 1661, æt. 35. *Catharina Franciſca de Gondy Henrici D. de Rez fil.*

Maria uxor ſecunda Caroli de la Porte D. de la Meilleraye Mareſc. Fr.

Eliſabetha, nup. Franciſco de Gontaut, M. de Biron, † menſ. Dec. 1679.

Anna Urſula, nup. 1. Carolo de Porte M. de Vezins, 2, N. Pe M. de Chauſſeraye.

Henricus Albertus de Cossé, D. de Brissac & de Beaupreau, M. de Thouarce.
1. Gabrielis Aloiſia, Claudii D. de S. Simon f. 17. Apr. 1663.
2. . . . . de Vertamont, Michaelis M. de Maneuvre fil. . . Jul. 1684.

Maria Margarita, nup. Franciſco de Neuville D. de Villeroy 1662.

OSSEÆ SCHEMA.

SSE, DUCES DE BRISSAC.

ON. de COSSE & de Beaulieu, vi-
licita, Hugonini de Charno & Johanna

la Renatus de Cossé, Dn. de Beaulieu & de Brissac M. Artocopus & Falconarius Fr. *Carola de Gouffier, Wilhelmi Dn. de Boissy f.*

ard Arturus de Cossé, Dn. de Gonnor C. de Secondigny, M. Artocopus & Maresc. Fr. † 15. Jan. 1582, æt. 71. 1. *Francisca Bouchet, Caroli Dn. du Puy-Greffier f. 2. Nicolaa le Roy, Francisci Raffin vid.*

Philippus de Cossé *Episc. Constantiæ Venellorum, M. Eleemosyn. Fr.* † *1548.*

Anna, nup. Renato de Fonseque, B. de Surgeres.

na Dn. d' Estelan, Franciſci d' Espi- Dn. de S. Luc,

Arturus de Cossé, *nothus, Episcop. Constant.*

Renata C. de Secondigny, nup. Carolo Monmor. D. de Damville. † 1622.

Johanna, Dn. de Gonnor, nup. 1. Gilberto Guffierio D. de Roannois, 2. Antonio de Silly, C. de la Rochepot.

Magdalena, ux. Jacobi de l' Hospital, M. de Choisy.

us Fr. *Dn. de*

1. Carolus de Cossé, M. d' Acigné. † Cl. *Helena de Beaumanoir, Panagii (Toussaincts) Vicecom. de Besso f. & her.*

de la Petit

Timoleon, dictus Comes de Cossé. M. Artocopus Fr. Eq. O. R. † m. Jan. 1677. *N. Charron de Dormeille,* † *1679.*

N. de Cossé C. de Gonnor.

Joh. Armandus de Cossé, *Eq. Melit.* † *13.* Feb. 1658, æt. 24.

Carolus de Cossé, *Jesuita.*

Franciscus de Cossé, *Abbas.*

Margarita Guyonna Abbat. de Chelles 1671

Timoleon Comes de Cossé, n. 1667. M. Artocopus Fr.

. . . . . de Cossé.

. . . . . *Domicella de Cossé.*

ea gnatam genuit, quæ velum induta Abbatiam *Estival* rexit Exalia pellice *Domicellam de Beaulieu* sustulit. Antequam verò in Pedemontium proficisceretur, ex illustri fœmina, quam nominare haud sustinuit Brantomius, *Arturum* suscepit, qui a. 1571 jure natalium donatus, & Episcopatui Constantiensi in locum patrui sui præfectus est, nec longè à dignitate Cardinalitia abfuit.

ARTURUS *Cosseus Gonnorius* parvus statura fuisse memoratur, sed gnavus, agilis, & militarium officiorum patiens ac peritus; idem etiam, ubi bella fecissent locum paci atque otio, liberaliter ac lautè eo abutens, & genio ac comessationibus indulgens, facetus prætereà, ita tamen ut à scurrilitate & blasphemiis sibi haud temperarer. Lepida est historiola, quam de ipso uxoreque ejus priore *Laburerius* è Brantomio refert; nimirum, postquam ille summa ærarii præfectura auctus fuit, dictam ejus uxorem, ruri plerumque versatam, & minimè vafram, prima vice in aulam venisse, salutandæ Reginæ, sermonemque à gratiarum actione pro collato illo munere occepisse, hæcque verba, quæ, ne quid ingenuitati eorum decedat, nativa lingua recensere fortasse iuvabit, subjunxisse: *car ma foy nous retions ruiné sans cela, Madame, car nous devions cent mille ecus: Dieu mercy depuis un an nous en sommes acquittez, & avons gagné plus de cent mille ecus pour acheter quelque belle terre.* Quos simplici ac aperto hoc sermone risus tum Reginæ tum cæteris qui præsentes erant, moverit quisque intelliget, majores verò suboriti sunt, cum ipsius maritus, qui itidem ad fuerat, excandescens in hæc erumperet verba: *Ha par dieu Madame la sotte vous vuiderez icy vous n'y viendrez jamais, qu'au Diable soit elle, me voilà bien accoustré.* Id autem impium est, quod idem autor narrat, decumbentem ipsum podagra, qua sæpè haud secus ac frater ejus Carolus acerrimè tentabatur, cum *Strozzius* & *Brantomius* invisissent, priorque quo pacto se haberet interrogasset, respondisse: *ce que je fais Monsieur mon grand amy? Pardieu ie me recommande à trente mille paires de diables, qu' ils me viennent querir ou guerir, puisque Dieu ne le veut pas.* Istud denique procacis atque effrenis linguæ specimen, quod *Henrico Andino* inter familiares sermones aliquando dixit: *Vous autres Rois & grands Princes vous ne valez rien, si Dieu vous faisoit raison, vous meriteriez d'estre tous pendus*; porrò quod indignanti illi & latronum infimæ fæcis supplicium id esse clamanti regesserit, *il y en a eu de meilleure maison que vous qui l' ont bien esté*, demum iterum obloquentem illustriorem sua domo, Francisca scilicet, non dari, hoc responso dimisit. *Si a, Jesus Christ n' a-il pas esté pendu, & quiétoit de meilleure ma fon que vous.* De cætero clarus, ceu dictum initio est, virtute militari, cujus primum periculum sub *Carolo* fratre fecerat, & rerum experientia fuit, rebusque in bellis Galliæ civilibus fortiter gestis promeruit, ut a. 1567 *Mareschallus Franciæ* crearetur, multisque subinde præfecturis videlicet *Aureliani, Blæsarum, Andium, Turonum, Cænomanorum* & *Carnutum* honestaretur. Paulò tamen ante mortem R. Caroli IX. gratia, qua in aula floruerat, excidit, habitusque ob arctam, quam cum Francisco Montmorancio colebat, amicitiam, consors factionis à Duce Alenzonio suscitatæ, custodiæ mandatus fuit, in qua menses XVII. detentus, anno demum 1576, d. 27 Apr. libertatem recepit. Exinde aulæ diffidens plerumque domi suæ egit, & tandem *Gonnorii* in Andibus septuagenario major decessit.

TIMOLEON COSSEUS BRISSACUS prænaturam mortem immortali nominis pensavit memoria: fuisse in eo prædicatur excelsa & admirabilis indoles, quam à prima puericia & nobilioribus disciplinis, *Georgio Buchanano* magistro usus, & bellicis artibus, patris sui vestigia ingressus, excoluit. Vix pubescens militiam aulpicatus, in bello civili primo, inprimis in obsidione Rothomagensi, gnavi, providi & maximè pugnacis famam adeptus, neque adhuc ætate integer universo peditatui Subalpino amplissimo muneri præfectus est; in quo damnum in prima expeditione apud Lugdunum, quod cum Nemorosio intercipere tentavit, acceptum, ingenti posteà utilitate redemit, donec flagrante bello civili tertio, cùm *Mucidanum* in Petrocoriis, Protestantium partium obsideretur, & post violentam pulsationem ipse ruinam inspicere, & fossam oculis metiri statuisset, parma & galea tectus ultra vallum progressus, sclopeti ictu in capite accepto exanimatus est, ingenti sui desiderio relicto. Corpus ejus Lutetiam jussu Regis deportatum & in sacello Aurelianensi templi Cœlestinorum amplissima sepultura honoratum fuit. *Thuan. Laurer.*

CAROLUS II. *Cosseus Brissacus* bellis civilibus longa militia exercitus, cum Ligæ nomen dedisset, à Meduanio Duce *Lutetiæ Parisiorum* a. 1594 præfectus est; quam quidem non ita multò post, eodemque adhuc anno Regi Henrico IV. tradidit, ea cautione adhibita, ut res citra sanguinem ac direptionem peragerentur. Horum meritorum ergò *Mareschallus Franciæ* & *Eques Ordinis Regii* creatus est. *Ducis* ac *Paris* axioma à Ludovico XIII a. 1620 obtinuit, cùmque sequenti anno ad expugnationem Fani Engeriaci plurimùm momenti contulisset, vivendi finem paulò post fecit.

LUDOVICUS *Cosseus Brissacus* ex hæreditate soceri *Bellopratum*, quod Rex Carolus IX. a. 1572 Ducatus titulo ornavit, sortitus est. Ejusdem nec non JOH. ARMANDI fratris, *Equitis Melitensis*, memoriæ positum est monumentum in sacello Aurelianensi fani Cœlestinorum.



GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ PLESSÆO-RICHELIÆ.

PLessiacense cognomen multis ac diversis Galliæ familiis commune est; ea de qua hoc loco agitur, in *Pictonibus* exorta, & *scutum argenteum, tribus rubeis cantheriis insigne* deferens, ab *Andrea du Chesne*, clarissimo Scriptore, peculiari opere exculta fuit, & deducta à *Wilhelmo Plessæo Domino in Breux & Verrouliere* qui a. 1201 vixit, habuitque patruum *Laurentium*, à quo *Plessai in Cypro* orti, filios verò *Johannem* & *Petrum*: ex his posterior stirpem in Gallia propagavit, abavusque extitit SILVESTRI, à quo præsens tabula orditur; prior verò Regi Angliæ Henrico III. operam suam commodando atque in ejus benevolentiam sese insinuando, fortunarum incrementa *in Anglia* reperit, eodémque Rege parario post mortem prioris conjugis suæ *Christinæ de Sanford*, secundis nuptiis *Margaritam*, *Thomæ Comitis de Warwick* sororem ac unicam hæredem, Johannis Marescalli viduam, uxorem accepit, ritulumque *Comitis Warwicensis* obtinuit. Vita defunctus filium post se reliquit *Hugonem* è priore matrimonio narum, & maritum *Isabellæ de Ripariis*, patrem verò alterius *Hugonis*, qui dynastias suas abalienando loci, quem inter Angliæ Barones habebat, jacturam fecit, quemadmndum *Dugdalius in Baronagio Angl. T. 1.* refert.

FRANCISCUS *Plessæus*, Godofredi F. primus dominia *Richelieu* & *Becay* per donationem testamentariam avunculi sui *Ludovici de Clerambeaut* acquisivit. Ejus filio FRANCISCO II. Ducheſneus unam tantum conjugem, *Gujonnam* scilicet *Lavallæam*, & ex ea filium cognominem, eondémque maritum *Nicolæ le Roy* tribuit; atque adeò ex uno eodémque *Francisco* duos faciendo gradum intercalavit, non equidem quod rem sic se habere persuasus esset, sed ut velificaretur arrogantiæ Cardinalis Richelii: is enim *Guidonam Lavallam* abaviam suam dici malebat, quàm avi sni novercam, ut scilicet Lavallorum etiam clarissimam & regis affinitatibus inclutam gentem inter progenitores suos numeraret, & assentatoris illius Lusitanici, cui nomen erat *Villereal*; quique postea Lisbonæ ob Judaismum rogo addictus est, scripto, Hispanica lingua edito, quo per Lavallos à Regibus Castiliæ & Lusitaniæ Richelium genus deduxit, nonnihil fidei adstrueret, quemadmodum *Labur. in Addit. ad Memor. Castelu. L. 5.* notavit.

De ANTONIO *Plessæo* dicto *Monacho* dignus est memoratu locus, qui in Historia *Thuani* L. 24, post narrationem de conspiratione Ambosiana legitur, ita habens: *Instituta & à Guisianis, tanquam salutis regiæ studiosis, magis verò quo privata securitati consulerent, nova equitum sclopetariorum custodia, quibus præpositus est* ANTONIUS PLESSIACUS RICHELIUS, *vulgò dictus* MONACHUS, *quod eam vitam olim professus fuisset, dein voto ejurato omni se licentiæ ac libidinis genere contaminasset.* Huic loco adeò stomachatum esse Cardinalem Richelium *Guido Patinus* (*epist.* 170) memorat, ut eum magis, quàm conscientiam Cinq Martianæ conjurationis filio autoris primogenito exitium attulisse, creditum fuerit.

De HENRICI *Plessæi Richelii* fato ita *Gramondus Hist. Gall. L. 3. Regina mater Andegavum provincia suetropolim à Rege impetraverat; hic destinata ipsi mansio, loco opportuno, donec in aulam revocaretur: præfecturæ ejus urbis inhiabant Theminius. Theminii Marescalli filius, & Marchio Richelius, illum Reginæ commendabat capti Condæi memoria, & innata genti Theminia virtus; hunc autoritas fratris qua fultus prævaluit æmulo. Theminius repulsam pro injuria reputans ira vecors, nec sui compos obvium forte Richelium medio vico jubet ferrum distringere, distringit, dimicatur utrinque strenuè, donec Richelius caderet: cæso adversario, Marchio Theminius fuga dilabitur.*

ARMANDUS JOHANNES *Richelius*, omnium gentis suæ fama nominis longè clarissimus, ad vitam militarem destinatus erat, eaque propter prima adolescentia exercitiis equestribus se occupavit; animadversa verò fratris sui ALPHONSI, *Episcopi Lucionensis*, ad monasticam propensinne, ne Episcopatus ille è domo sua, rali subsidio indiga, excederet, ad studia literarum & religionis animum appulit, tantúmque in iis processit, ut anno ætatis XXI Romam profectus, à Papa Paulo V. dignus Episcopatu prædicto, quo frater illius interea se abdicaverat, haberetur; itaque mense Junio a. 1606 sacris ibidem initiatus est, cùm à justa & in Canonibus expressa ætate longè adhuc abesset; qua quidem in re, grandiorem scilicet natu se mentiendo imposuisse Pontifici, & postquam inauguratus fuit, fallaciæ hujus veniam ab eodem exoraſſe, hunc verò exinde prædixisse & divinasse, illum in virum maximi ac vaferrimi in-

FAMILIÆ PLESSÆO-

DOMINI ET DUC

SILVESTER DU PLESS
Celle F. *Isabella le Groin,*

Godofredus du Plessis, Dn. de la Vervoliere.
Perrina Clerembeaut, Ludovici Dn. de Richelieu sor. & ha

Antonia, nup. Petro de Lubes Dn. de Gastevina.

Franciscus du Plessis Dn. de Richelieu.
Renata Eveillechien.

Franciscus du Plessis II. Dn. de Richelieu. *1. Guidona de*
2. Nicola le Roy, Guidonis Dn. de Chillou f. 1506.

1. Anna, nup. Leoni de Barbançon, Dn. de Sarzay.

1. Johanna, nx. Maturini du Theill, Dn. de Fresne.

1. *Renata.*

2. Ludovicus du Plessis Dn. de Richelie
Francisca de Rochechouart, Antonii Dn.
S. Amand f.

Johanna, nup. 1. Petro Fretard Dn. de Saube.
2. N. B. de Marçonay.

Franciscus du Plessis III. Dn. de Richelieu, Eq. Ord. Re
†10. Jul. 1590, æt. 42. *Susanna de la Porte Francisci f.*

Henricus du Plessis Dn. de Richelieu, Campi Marescallus, occ 1619. improlis. N. *Gujot Domina d' Ansac.*

Alphonsus Ludovicus dn Plessis, *Episc. Lucion.* post *Monachus Carthusianus*, inde *Archiepiscop. Aquensis* 1626, *Lugdunensis &* R. E. *Cardinalis* 1628, denique *M. Eleemosyn. Fr.* 1632. †18. Mart. 1653.

Armandus J
nalis DU
Par Fr.
1642.

Armandus Johannes du Plessis de Vignerod, D. de Richelieu, Par Fr. M. du Pont de Courlay, C. de Cosnac, Pr. de Mortagne.
1. Anna Poussart du Vigean, Francisci Alexandri d' Albret, Dn. de Pons vid. † 28. Maji 1684. sterilis. 2. Anna Margarita d' Acigné, Johannis Leonhardi C. de Grandbois f. & h. 30. Jul. 1684.

Amadorus Johannes Baptista du Plessis de Vig
rod, M. de Richelieu, †11. Apr. 1662,
29. *Anna Johanna Baptista de Beauvais*
30. Apr. 1663.

2. . . . . .
nata d. 22. Jun. 1685.

Ludovicus du Plessis de Vignerod March
de Richelieu.
Maria Anna, Armandi Caroli Ducis de M
zarin & de la Meilleraye f. 1682.

. . . . . du Plessis de Vignerod natus m. Octob. 1683.

-RICHELIÆ SCHEMA.

CES DE RICHELIEU.

SIS, Wilhelmi & Carolæ de la

Johanna, nupta Ægydio Fretard Dn. de Saube.

Isabella, ux. Johannis Herpin Dn. de Merjou. | *Jacobina, nup.* Jacobo de Gireſma.

Laval, Johannis Dn. de Breef. 1489. | *Johanna, nup.* Ludovico Herpin.

eu, de | 2. Jacobus du Pleſſis *Epiſc. Lucionenſ.* | 2. Franciſcus du Pleſſis de Richelieu, occ. in oblid. Portus Gratiæ. 1563. | 2. Antonius du Pleſſis, dictus *Monachus Richelius*, Capit. ſtipat. R. Franciſci II, † 1567.

eg. | Ludovicus du Pleſſis occ. à Champigny cœlebs. | *Aloiſia, nup.* Franciſco de Cambout, B. de Pontchateau.

ohannes du Pleſſis, *Epiſc. Lucion. Cardi-* X DE RICHELIEU & de FRONSAC, Supr. Status Miniſter, † 4. Decembris | *Franciſca, nup.* 1. Johanni de Beauveau Dn. de Pimpeau, 2. Renato de Vignerod, B. du Pont de Courlay. | *Nicola, ux.* Urbani de Maillé, M. de Brezé, Mareſc. Fr. † 30 Aug. 1635.

2. Franciſcus de Vignerod, M. du Pont de Courlay, Equ. Ord. Reg. Gubern. Portus Grat. † 26. Jan. 1646. *Franciſca, Thomæ Dn. de Guemadeuc, Vicec. de Bezé ſ. & h.* | 2. *Maria de Vignerod, dicta primò Domina de Combalet ob matrimonium cum* N. du Roure Domino hujus loci *poſteà Duciſſa d' Aiguillon, Par Fr. † 17. Apr. 1675.*

ne- | Emanuel Joſephus du Pleſſis de Vign. Com. de Richelieu, *Abb. de Marmoutier*, † Venetiis 9. Januar. 1665. | *Maria Martha † in. nupta.* | *Maria Magdalena Comitiſſa d' Agenois Duciſſa d' Aiguillon, Par Fr.*

Ludovicus Armandus † 7. Aug. 1668.

rimi ingenii evasurum, refert *Victor. Siri in Mercur.* T. 2. L. 3. Reversus in Galliam *Richelius*, cum Lutetiam se contulisset, primùm concionando famam, posteà gratiam potentiorum in aula, videlicet Marescalli Ancræi & Antoniæ Pontiæ Marchionissæ de Guercheville, cui à confessionibus erat, solerter aucupando, aditum ad Reginam matrem ac regentem sibi paravit, móxque ab ea officio *Magni sui Eleemosynarii* auctus, & non ita multò post anno nimirum 1616, pr. Kal. Dec. ad munia *Secretarii Status* evectus est. Post Ancræanam catastrophen, quæ in a. 1618 incidit, mutata aulæ facie ad Andegavos relegatus, Avenionem secessit, ibidemque libellos *de institutione Christiani hominis, deque articulis religionis controversis* componendo, tædium exilii discussit; quamquam haud longæ durationis istud fuit: namque sequenti statim anno, instinctu ejusdem quo pulsus fuerat, revocatus est, videlicet Comestabilis Luynæi. Is turbas ac dissidia, inter regni proceres post reginæ matris ex arce Blesensi fugam, exorta, sopire cupiens, cum Abbatem Russelayum, qui tunc plurimùm apud reginam poterat, consiliis pacis obstrare cognovisset, ei exautorando facultatem in Galliam redeundi Richelio dandam esse censuit, ejusdémque animum mox per internuncium, secretò tamen, ne forte reginæ id commercii innotesceret, tentavit, ille impatiens longioris exilii fidem illicò dedit decipiendæ suo consilio reginæ, hócque pacto, postquam Engolismam, ubi tum illa agebat, delatus est, probè stetit, quod objectum ei posteà à Gastone D. Aurelianensi fuisse, *Gramondus (Hist. Gall. l. 3)* memorat. Exinde restitutus in pristinum locum & scissa factionibus aula campum, quo sagacitas sua excurreret, nactus vigilando, agendo, speculando, concordias discordiásque serendo, nihilque non pertentando, calliditate duce, comite fortuna, eò progressus est, ut post acceptum a. 1622 à Papa Gregorio XV. galerum *Cardinalitium*, axioma *Supremi Ministri Status* Regi Ludovico XIII. vel invito exprimeret: observatum quippe fuit à sagacioribus, Regem in provehendo *Richelio* tempori & regni rationibus magis, quàm genio suo, obsecundasse, neque unquam illi ex animo faviisse, utpote à suis moribus longissimè disjuncto. Quo magis mirari subit, perstitisse eum, quoad vixit, in illo invidiosæ potentiæ apice, cum Regem haud omninò benè erga se affectum, reginam matrem inimicam, fratrem Regis unicum infensissimum, magnates æmulos partim, partim adversarios, plebem denique omnia diri sibi apprecantem haberet. Hoc profectò opus, hic labor erat, dignus, quo se exerceret ingenium Cardinalis Richelii promtum & ad omnia versatile, quem etiam superavit, tanta felicitate, ac si fortunam in potestate sua haberet. Scilicet confirmato adversus odium commune, quo laborabat, animo illa Neronis apud Tragicum sententia; *oderint dum metuant*, id ante omnia egit, ut Regem in necessitatem se protegendi adduceret; quod cùm pulchrè ei succesisset, acto de adversariis suis glorioso triumpho, die illa memorabili, qua exequias ei ire illi putaverant, quámque proinde Galli *la journée des dupes* b. e. diem varronum appellitarunt, erat autem *Martino* sacra anni 1630, Regis matrem, fratrémque ad exilium voluntarium adegit, magnates depressit, nec nullos eorum indignis modis è medio sustulit, Senatus Parisiensis auctoritatem infregit, Reformatos, armis asylisque suis exutos, debellavit, populum sub jugum misit; regium verò imperium ad absolutissimam dominationem produxit. Porro in curam potentiæ suæ pacem ac tranquillitatem, tumultus verò securiores habens, bella ex bellis sevit, turbis, cædibus ac calamitatibus omnem Europam implevit. Hispaniam debilitavit, Italiam ei succurrendo enervavit, Angliam discordiis civilibus involvit, Germaniam pro ejus libertate in speciem decertando, deprædavit, Galliam autem amplificavit extensisque formidabilem reddidit. Neque vero inter has de Monarchia Gallica stabilienda curas, sua incrementa neglectui habuit: antiquato munere Admiralis regni, summam rei nauticæ, maritimæ & negotiatoriæ administrationem in se transtulit, Richeliæ ditioni axioma *Ducatus* & *Pariatus* impetravit, Britanniæ præfecturam capessivit, fundos denique ac opes tantas accumulavit, ut Gallorum facilè ditissimus evaderet; in hoc solo infelix quod gentilem, cui tantarum facultatum hæreditatem relinqueret, nullum habuerit, ipseque familiæ suæ periodum fatalem absolverit. Condito itaque testamento, quod in *Mercurio Victorii Siri* T. 2. L. 3 legere licet, meliorem opum suarum partem in natos à sororibus suis transtulit, & quidem *Armando de Maillé*, NICOLÆ filio, attribuit Ducatum *Fronsacensem* & *Caumontium*, unà cum Marchionatu *Graviliæ*, Comitatu *Boffort*, & Baronatu *Tresné*; hæredem verò instituit ARMANDUM JOHANNEM VIGNERODIUM FRANCISCÆ sororis suæ natu majoris è filio FRANCISCO neporem, eundemque in nomen familiæ Richelianæ adoptavit, assignando illi Ducatum ac Pariatum *Richelianum*, Comitatum *Cosnac*, Baronarus *Cosé*, *Saugeon*, *Alveot* & *Barbecy*, nec non dynastias *Mortagne* & *Niers*; MARIÆ denique suæ è modo dicta sorore nepti, *Ducissæ d' Aiguillon*, quem Ducatum illa post obitum Ducis *de Puy-Laurens* emptionis titulo acquisiverat, legavit præter gemmarum, pretiosioris supellectilis, argentique vim magnam dominium *Pontoise*, prædium *Ruel*, palatiumque quod ei in suburbio Lutetiano *Fanum Germani* dicto, erat, & *parvum Luxemburgum* appellabatur. Illam enim eximio amore & si *Patini* epistolæ XIX fides, turpiore quàm par erat, dilexit. Collocaverat eam, prius quàm emergeret, in matrimonium *Domino de Combalet*, Comestabilis Luynæi nepoti è sorore, ut scilicet hac affinitate favorem istius, tunc gratia apud Regem præpollentis, demereretur, posteà illo in Monspelienſi oppugnatione a. 1622 cæso viduam factam *Ludovico Borbonio C. Sueſſionenſi* obtrudere omni ratione, incassum tamen contendit, licet, ut ei persuaderet, illam pro virgine, ut pote à marito non defiorata, venditavent, unde jactatum est à Gallis in nomen ejus *Maria de Vigneros* anagramma *Vierge de son mari*, quemadmodum *Vict. Siri in Mercur.* T. 1. L. 2. refert. Hæredem illa moriens scripsit fratris sui filiam MARIAM MAGDALENAM, eidemque *Marchionem Richelium* substituit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ RUPIFULCAUDIÆ.

Melusina famosissima Gallorum fabulis fœmina bene multas illustres familias, interque eas etiam *Rupifulcaudiam* descendisse creditum, quondam fuit: ea scilicet erat ætatis illius simplicitas ne dicam? an superstitio, ut aniles nænias, & insulsissima malè feriatorum monachorum deliramenta avidè accepta veris antehaberentur: hujus autem furfuris omnem illam de Melusina historiam fuisse, quis adeò nunc fungus est, ut dubitet? nihilo tamen secius tanta ei omnibusque Fratris *Stephani Lusiniani* somniis (quæ Laburerio *blasphemiæ Historicæ* vocantur) adhibita olim est fides, ut complures illustrissimæ familiæ à monstro illo derivari gloriæ sibi ducerent, eámque originem palàm ostentarent, ornantes apices clypeorum suorum *Melusina* sive *Sirene nuda ex labro argenteo exsurgente, & altera manu speculum, altera pectinem tenente*; quali scilicet etiam nunc Rupifulcaudia familia uti solet, ceu in *Opere Herald. Celeb. Speneri L. 1. c. 77.* videre est. Hujus verò incluræ gentis originem à fabularum scoriis segregavit, & quàm plenissimè explicavit, stemma præterea, arborisque in tot diffusæ ramos imas stirpes deduxit Genealogorum facilè princeps *Andreas Duchesnius*. Is etiamsi concedat, haud planè abhorrere à fide, quod *Rupifulcaudia* familia communia cum *Lusiniacensi* habeat incunabula, maluit tamen certa atque explorata sectari, & universæ gentis autorem constituere FULCAUDUM Dominum *de la Roche* sive Rupis, quæ in diœcesi Engolismensi ad amniculum, qui Carantono recipitur, & celam sive prioratum nonnobilem habet, posita, & à situ sic dicta, posteà adscito nomine possessoris sui Rupes Fulcaudi (*la Rochefoucaud*) appellari cœpit. *Insignia* gentis *scuto* constant *quinis argenteis & cæruleis taniis fasciato*, incumbentibus *tribus rubeis cantheriis*, quorum superioris fastigium absorbetur.

Inter Rupifulcaudii regulos, quos tabula prima recenset GUIDONIS VII. magna fuit celebritas ac dignatio apud Reges Carolos VI. & VII. neque exigua conjugii felicitas: ducta enim ei est in matrimonium *Margarita Craonia* prognata genere summo, (ab *Ottone Wilhelmo Comite Burgundiæ, Alberti Regis Italiæ filio* id repetebat) & summis divitiis, *Wilhelmi* & *Johannis Craoniorum*, liberis destitutorum, quorúmque posterior egregia morte in prælio Azincurtiano a. 1415 defunctus, lineam suam terminavit, soror natu maxima ac hæres præcipua, quæ luculentas facultates nec non dominia *Marcillac, Monthasón, Sainctæ Maure, Braudon* & *Novastre* in Rupifulcaudiam domum intulit; ex ea verò *Monthasón, S. Maure* & *Novastre* brevi iterum excessere, & ad *Aimarum*, Guidonis filium natu minorem in partitione delata, quod is masculam prolem non reliquisset, per filiam ejus Johannam ad gentem *du Fou*, indeque ad *Rohanos* transiere; *Marsillacum* autem *Principatus* titulo auctum, hodieque in Rupifulcaudia domo hæret.

FAMILIÆ RUPIFUL

DOMINI DE LA ROCHEFOUCAUD VIC

FULCAUDUS DOM. DE LA
1062, regnante Roberto. Ul

Guido I. Dn. de la Rochefoucaud fundator Prioratus S. Florentii 1106. — Aimarus. — Fula
Alia

Guido II. Dn. de la Rochefoucaud. — Aimarus. — Fulcaudus† improlis.

Almericus I. Dn. de la Rochefoucaud, † 1140. — Almericus I. Vicecom.
Dangerosa.

Guido III. Dom. de la Rochefoucaud. — Hugo II. Vicecomes de C
raud 1152. Ade

Fulcaudus II. Dn. de la Rochefoucaud occ. in præl. Gifor. 1188. — Wilhelmus Vicecom.
Clementia.

Guido IV. Dom. de Rochefoucaud, † improlis. — Aimarus I. Dn. de la Rochefoucaud post fratrem. — Hu

Guido V. Dn. de la Rochefoucaud. 1. *Agnes Almerici VIII, Vicecom. de Rochechouard f. 2, N. de Fronsac.*

1. Guido † cœlebs. — 1. Almericus II. Dn. de la Rochefoucaud. *Delphina, Bernardi V. Dn. de la Tour d'Auvergne f.* — 1. Godofredus *Canonicus Engolisin.* — Aimarus *Decanus Burdegal.* — 1. Fulcaudus *Episc. Engolism.*

Guido VI. Dom. de la Rochefoucaud, *Agnes de Culant.* — GODOFREDUS DOM. DE VERTUEIL, Vid. pag. & Tab. seq. II.

Almericus III. Dom. de la Rochefoucaud. *Rogetta, Petri Dom. de Grailly f.* — Godofredus, *Archidiac. Aurelian.* — Guyotus, *Episcopus Lucionensis.*

Guido VII. Dn. de la Rochefoucaud, Consil. & Cubicul. Regum Caroli V. & VI, nec non Philippi Audacis D. Bur
Monthason, de S. Maure & de Marcillac, Wilhelmi II. Vicecom. de Chateaudun f.

Fulcaudus III. Dn. de la Rochefoucaud & de MARCILLAC, Eques cr. 1451, Consil. & Cubicul. R. Caroli VII.
Johanna, Godofredi Vicec. de Rochechouart f.

Johannes Dn. de la Rochefoucaud & de Marcillac Consil. & Cubic. R. Caroli VIII. & Ludovici XI, Gubern. Bajonæ 1453. *Margarita de la Rochefoucaud, Johannis Dn. de Barbesieux f. ac h.* — Guido Dom. de Champagne. — Jo

FRANCISCUS COMES DE LA ROCHEFOUCAUD &c.
Vid. Tab. III.

ILCAUDIÆ TAB. I.

VICECOMITES DE CHATELLERAUD.

LA ROCHE, vixit circa a.
. *Ux. Jarsinda.*

Fulcaudus. *Alisa.* — Hugo I. de la Rochefoucaud, ux. N. *Bosonis Vicec. de Chastelleraud fil. ac hæres.*

Hugo, *Monachus.* — Boson de la Rochefoucaud, VICECOMES de CHASTELLERAUD, *Aenora, Aimari Vicec. de Thouars f.*

m. de Chastelleraud 1152. — Boson 1132. — Petrus 1132.

le Chastelle- *Aenora.* — Rudolphus 1152. — *Amiella, nup.* Ulgroni II. d'Angouleme † 1140. — *Alienora, ux.* Wilhelmi D. Aquitaniæ.

. de Chastelleraud † 1190.

Hugo III. Vicecom. de Chastelleraud, *Com. Alenzonii f.* — *Helena Johannis* — *Aenora.*

Almericus II. Vicec. de Chastelleraud. — *Clementia Vicecomitissa de Chastelleraud, nup.* Hugoni Maëugo de Surgeres.

1. Mathildis, nup. Josselino Chateauneuf 1269. — *1. Margarita Prioressa Tusson.* — *2. Fregaldis.* — *2. Agnes nupta* Fulconi de Montausier.

Agnes. — *Margarita.* — Almericus Dom. de la Boissiere. *Carola de Chaunay.*

Guido Dom. de la Boissiere.

Jargund. Gubern. Engolism, *Margarita de Craon Dn. de* — Fulcaudus Dom. de la Boissiere. † ...

Catharina, nup. Francisco de Chaunay, Dom. de Chandenier. — Aimarus Dn. de MONTBAZON & de S. MAURE. *Johanna de Martreuil.*

Johannes † cœlebs. — *Francisca, nup.* Johanni d'Estouteville. — *Johanna Dom. de Montbazon, ux.* Johañis du Fou, Dn. de Rustenand. — *Wilhelmina, nup.* Guidoni de la Rochefoucaud Dn. de Montendre.

FAMILIÆ RUPIFULCAUDIÆ
TAB. II.

DOMINI DE VERTUEIL ET BARBESIEUX.

GODOFREDUS DE LA ROCHEFOUCAUD
DOM. DE VERTUEIL, Almerici II. F.
Agnes de Barbesieux.

Guido I. Dom. de Vertueil.

Guido II. Dom. de Vertueil.

Godofredus II. Dom. de Vertueil.

Guido III. Dom. de Vertueil. *1. Rosina de Montaud, 2. Maria du Saige.*
3. Johanna de Rougemont.

1. Johannes DN. DE BARBESIEUX, *Johanna Sanglier.*

Wilhelmus DOM. D' ANNAC-MELLERAN. Vid. Tab. VI.

Georgius †II.

Franciscus †juv.

Margarita Dom. de Barbesieux, nup. 1. Johanni Dn. de la Rochefoucaud, 2. Harduino Dn. de Mail é,

AD TAB. III.

FRANCISCUS I. *Rupifulcaudius* Cubicularii munus apud Reges Carolum VIII. & Ludovicum XII. obiit, & postquam Franciscus I. quem de sacro fonte susceperat, ad regnum pervenit, plurimum autoritate valuit, atque ab eodem *Comitis* titulo a. 1515 auctus est.

FRANCISCUS III. *Comes Rupifulcaudius* ad potentiam, qua inter omnes Aquitaniæ & Pictaviæ magnates eminebat, adeò ut è cognatis amicis & vasallis suis exercitum cogere valuerit, aliaque decora avita, addidisse prædicatur vigorem animi, amœnitatem morum ac dexteritatem singularem, Regi Henrico II. propterea acceptissimus, & familiarissimè cum ipso vivens. Bellicæ virturis multa egregia edidit documenta inprimis in defensione Metensis civitatis, centum equitibus levioris armaturæ præfectus, postea in prælio ad Fanum Quintini, quo alam equitum cataphractorum sub Duce Lotharingiæ rexit, & post rem strenuè gestam in hostium potestatem devenit, seque abillis ingenti summa centies mille librarum redemit. Reversus in aulam ad Principis Condæi affinis fui & Protestantium partes se applicuit, & præliorum apud *Drocas, Jarnacum* ac *Moncontutium* commissorum magna pars fuit. Verum in laniena Parisiensi eandem cum religionis suæ consortibus sortem expertus est: cùm enim pridie cruenti illius diei cum Rege Carolo IX. cui ob facetias & urbani lepóris venustatem alioqui gratiosus erat, ad intempestam usque noctem jocatus fuisset, & licet abillo iterata vice, apud se permanere jussus domum abiisset, idcircò sibi imperari mansionem replicans, ut Rex ipsum virgis noctu cæderet, aut alias quas solebat inepti as secum ageret; simulatque diluxit, fores ædium suarum à Borgio Arverno pulsari, & habere se à Rege quæ illi nunciet dici audivit. Ille verò ubi homines personatos vidit, Regem ipsum adesse suspicans, qui flagris eum cædendi causa per jocum venisset, confestim caligas & amiculum induit, jubensque reserari fores, & quasi Rex adesset clamans: hi defuncti Regis patris tui lusus fuere; at me hodiè non ludificabis, utpote jam vestitum, mox sensit, non ludo sed seriò rem agi, cùm deprædata ante oculos domo ipse ab uno ex astantibus crudeliter interfectus est. *Thuan.*

CAROLUS *Rupifulcaudius Randanus* dotibus animi ac corporis fratre suo haud inferior, prima militiæ rudimenta cum eodem Metis posuit, ibidemque cum Equite Hispano, cui nomen *Henrico de Manriquez* erat, quique in certamen lanceæ Gallorum aliquem amasiæ suæ gratia popposcerat, concurrit & victor, prostrato illo & semimortuo relicto, discessit. Orto postea bello civili *peditatus Gallici præfectura*, Francisco Colinio Andeloto adempta, auctus est, hâncque spartam supra hominum opinionem ornavit: namque quia pacem & moram in aula in otii & luxus occasionem verterat, voluptatibusque liberaliter indulserat, utpote pulcher ac omni venustate ac lepore affluens, præterea pfallere & testudinem scitè pulsare doctus, multaque alia quæ instrumenta luxuriæ & rei amatoriæ sunt, mollis neque laborum patiens, à plerisque habebatur; verum talem se re ipsa præstitit, ut labores, difficultates, periculaque omnia facilè superaret ingénsque firmitatis specimen daret, cùm in obsidione Auarici Biturigum ictu sclopeti in capite graviter vulneratus, non solùm cerebrationis dolores aprè & sedatè perferret, sed etiam nondum sanato vulnere copias suas Rothomagum proficiscentes lectica vectus comitaretur, muniaq; officii sui in obsidione urbis istius obiret. Verum dum in oppugnatione propugnaculi, quod nomine *S. Catharinæ* distinguebatur, inter primos vallum conscendisset, prostratus fuit, jactoque super ipsum igne artificiali pedes ejus misere ustulati, ita ut gangræna eos corripiente & latius serpente paucos post dies animam efflaret, maximo sui desiderio apud omnes relicto.

FRANCISCUS IV. *Com. Rupifulcaudius*, Henrico Navarræ & Galliæ Regi fidelem ac fortem operam navavit, & in pugna ad *Aredii fanum* in Lemovicibus, cui à fœderatis obsesso ut suppetias ferret, cum vicina nobilitate accurrerat, infelici fato occubuit. Vid. *Thuan.* L. 101.

JODOCUS *Rupifulcaudius Russius*, eidem Regi, apud *Arcas* acerrime pugnando, spiritum impendit, adolescens egregiæ virturis & amœnissimi ingenii. Is summa familiaritate cum *Carolo Vindocino Cardinali* vixerat, in eoque convictu *Thuanus*, (cujus verba è *Lib.* IV. *de vita sua refero*) qui cum Cardinali assiduus erat, certissimam cum eo amicitiam contraxerat, quam, cùm in itinere quodam occisi corpus ipsi obvium factum esset, hoc carmine ex tempore tunc inter equitandum testatus est:

Russius ut cecidit, flevere lepòsque jocisque,
in Geticum auditi dicere multa Deum.
Improbe Mars nostrum potuisti perdere alumnum,
pro juvene & blandæ nil valuere preces?
Cui festivam hilaris solvebat gratia frontem,
Attica cui linguam melle rigabat apis.
Cernere eum coram vel saltem audire tulisses
imbelli hærebant irrita tela manu.

FAMILIÆ RUPIFUL

COMITES & DUCES DE LA ROCHEFOUCAUD & D
COMITES DE RAND

FRANCISCUS I. COMES DE LA ROCHEFOUCA
1. *Aloïsia, Ludovici Dn. de Cruſſol f. 1478.* 2. Barba

1. Franciſcus II. C. de la Rochefoucaud. *Anna de Polignac Dn. de Randan, Johannis Dn. de Beaumont f.*

1. ANTONIUS DN. DE BARBESIEUX Vid. Tab. IV.

1. Hubertus Dn. de S. Martin † cœlebs.

1. Johannes *Epiſc. Mend.*

1. Ludovicus Bar. d Cellefroin.

Franciſcus III. C. de la Rochefoucaud occ. 24. Aug. 1572. *1. Silvia Pica, Galeatii C. Mirandulæ f. 2. Carola, Caroli Dn. de Roye C. de Rouſſy f. & h. 1557.*

Johannes *Epiſc. Antiſſiodur.*

Franciſca, nup. Friderico de Foix, C. de Candale.

Al

1. Franciſcus IV. C. de la Rochefoucaud, occ. 1591. *Claudia, Ludovici Bar. d'Eſtiſſac f. & h.*

2. Jodocus Com. de Rouſſy occ. 1589.

2. Henricus † juv.

2. *Iſabella, nup.* Joh. Ludovico de la Rochefoucaud C. de Randan.

2. Carolus de ROYE & C. de foucaud C. de ROU *Claudia de Gontaut A Biron f.*

Franciſcus V. DUX de la Rochefoucaud PAR FR. Pr. de Marſillac, † 8. Febr. 1650, æt. 62. *Caroli Dn. de Liancourt f. 1611.*

Gabrielis du Pleſſis,

Benjamin de la Rochefoucaud, BARO D' ESTISSAC. *Anna de Villoutreü.*

Franciſcus de Roye & C. d 1680, æt. 77. *Catharı Dec. 1627.*

Franciſco VI. D. de la Rochefoucaud: † 17. Mart. 1680, æt. 68. *Andreæ de Vivonne, Andreæ Dom. de la Chataigneraye f. ac hær.* † *1670.*

Maria, Iſabella, nup. Ludovico Brulard, M. de Sillery.

Maria Eliſabetha, Abbat. S. Salvatoris Ebroicenſ.

Gabrielis Abbat. Paracleti poſt B. Virg. Sueſſion 1684.

Antonia Johanna.

Ludov *Epiſc Ebor 165*

N. . . . . dictus Eques de la Rochefoucaud occ. in bello Hôrland. 1672.

Maria Catharina.

Henricus Achilles, *Abb. de Vonſfraida.*

Carolus, *Abbas de Maſſmac.*

Franciſcus VIII Dux de la Rochefoucaud, Par & Magnus Venator Fr. *Johanna Camola du Pleſſis, Henrici C. de la Rochepoton fil. Rogeri D. de Liancour neptis ac hær. 1. Novemb. 1659.*

Franciſcus VIII. Dux de la Rocheguyen, Pr. de Marſillac, *Magdalena le Tellier, Franciſci Michaëlis M. de Louvois f. 23. Nov. 1679.*

. . . . . dictus, M. de Liancour.

. . . . . natus m. Apr. 1681.

ILCAUDIÆ TAB. III.

DE LA ROCHEGUION, PRINCIPES DE MARSILLAC, DAN, ROYE & ROUSSY.

ICAUD, Dn. de Marçillac & de Barbesieux, Johannis F.
rlæa du Bois, Johannis Dn. de Tanques f.

1. Jacobina, nup. Francisco Vicecom. de Rochechouart.

1. Anna, ux. Francisci Dn. de Pompadour.

2. Ludovicus BARO DE MONTENDRE. Vid. Tab. V.

2. Claudia, nup. Joachimo de Chabanes B. de Courton.

bissa, Abbat. Santon.

Francisca, Abbat. Santon.

Carolus COMES DE RANDAN. † 4. Nov. 1562. *Mirandulæ f.*

Fulvia Pica, Galeatii C.

Maria Priorissa Pisein,

Johanna Priorissa Pont. Abbat.

& de la Roche-OUSSY † 1605. *t Innandi M. de*

2 Magdalena, ux. Justi Ludovici de Tournon C. de Roussillon.

Maria Silvia, nup. Ludovico de Rochechouart Dn. de Chandenier.

Anna, uxor Francisci Dom. de Pompadour.

Joh. Ludovicus C. de Randan † 14. Mart. 1590. *Isabella patruelis.*

Franciscus, n. 8. Dec. 1558. *Episc. Silvanect. Cardinalis, † 14.* Febr. 1645, æt. 88.

Alexander Dn. de S. Martin † 1599.

& de la Rochefoucaud C. de Roussy, † 3. Jan. *hæa de la Tour Henrici D. de Bouillon f. 13.*

Carola, nup. Ludovico de Champagne, C. de Suse.

Maria Catharina Comitissa de Randan, nupta Henrico de Beaufremont, M. de Senecay † 10. Mart. 1677.

dom Epis Elis 161

Franciscus B. d'Estissac M. de Magné. *Francisca de Gelas de Leberon, Hectoris M. d'Ambres f.*

. . . . . *duæ moniales.*

Fridericus Carolus C. de Roye. *Isabella de Durfort, Guidonis Aldoncii M. de Duras f.*

Henricus, dictus Vidame de Laon. occ. in oppugn. Mussion. 1651.

Elisabetha † juv.

Carola † juv.

dictus Comes de Roussy.

dictus Vidame de Laon, occ. in obsid. Luxemburgi m. Jun. 1684.

dictus, M. de Blanzac.

dictus Dn. de la Ferté.

dictus Dn. de Chesbonne.

Domicella de Blansac.

Domicella de Marion.

Domicella de Chesbonnesme.

Sed tu luminibus sub cassîde torva tuentem,
Spirantémque avido pectore & ore minas
oppressisti ideò juvenem trux belliger, iram
flectere ne posset fronte vel ore tuam.

Erat *festivissimus*, pergo verbis ejusdem scriptoris uti, & *alioqui virtute præstans, quod utrumque in Rupisulcaudia familia gentile est; Latine commodè loquebatur, Italicam linguam perfectissimè callebat, & singulas ejus dialectos pro ratione personarum & gestu & voce imitatione mira referebat, itaque in privatis secessibus cum cognato Cardinali tanta suavitate familiares amicos perfundebat, ut omnes in cachinnos effunderentur, cùm ipse nunquam rideret.*

CAROLUS, *Jodoci* frater, *Royense* cognomen cum avito conjunxit in memoriam scilicet ac honorem maternæ prosapiæ, quæ antiquitate ac splendore nulli Picardiæ secunda cum avo suo materno quoad mares defecerat. Erat ille *Carolus Dynasta de Roye Comes de Roussy*, (quem Comitatum in Campania Remensi situm, & *Pariatus* titulo olim insignem, ex hæreditate matris suæ *Catharinæ Sarbruccensis* acceperat) maritus *Magdalenæ de Mailly Domina de Conty*; ex ea præter gnatas duas marem etiam genuerat, eundémque cognominem, cujus funus turbato mortalitatis ordine vidit atque extulit; hinc ad fœminas omnis ipsius hæreditatis devenit, cujus quidem potiorem partem natu major *Leonora* in *Borbonicam* familiam, nupserat enim ea *Ludovico Pr. Condæo*, transtulit, reliquam *Carolo* crevit, atque ex ea Comitatum *Russiacensem* ad filios suos transmisit.

JOHANNES LUDOVICUS *Randanus* Arvernorum præses, à *Fulvia Pica* parente & Francisco fratre suo persuasus Meduanii & Henoticorum partibus accessit, illorumque res in provincia illa adversus Regem Henricum IV gessit, literis ad urbes regiis partibus addictas datis, quibus eas enixè hortabatur, ut ad religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ conservationem S. Unioni à cæteris urbibus juratæ nomen darent, inde *Issoriacum*, urbem ad radices Gebennarum in magna Arvernorum valle, Limaniam vulgò vocant, sitam, & ad res gerendas peropportunam occupavit; eam cum sequenti anno Regii nominis vindices recipere tentarent, *Randanus* autem adductis copiis auxiliaribus eos oppido jam potitos, ab obsidione arcis depellere conaretur, ventum est ad manus, pugnâque conserta post obstinatum certamen *Randanus* dissipatis suis victus ac fusus in regiorum potestatem devenit, & Issoriam perductus ex vulnere in ilibus accepto statim expiravit. *Thuan.* L. 97 & 98.

FRANCISCUS *Rupisulcaudius Randanus* illius frater, studia pacis ac religionis secutus vix pubescens Tornusiana Abbatia diœcesis Cabillonensis, nec non præfectura Oratorii regii auctus est. Anno ætatis XXVII. Præsul *Claromontanus* electus ab hoc Episcopatu ad *Silvanectensem* gradum sibi fecit. A. 1607 Rege Henrico IV. postulante ad *Cardinalitium* dignitatem à Papa Paulo V. evectus, Romam biennio post adiit, ubi diversatus annos quatuor regni Galliæ negociis invigilans *Presbyter* Cardinalis S. *Calixti* titulum obtinuit. Reversus in Galliam comitiis generalibus à Clero a. 1615 Lutetiæ habitis interfuit, & pro potestate Romani Pontificis ac receptione Concilii Tridentini omni ratione dimicavit. A. 1618 *Magnus Francia Eleemosynarius* à Ludovico XIII. declaratus, sequenti anno Abbatiam S. *Genefievæ* obtinuit. A. 1622 Episcopatu Sylvanectensi & decennio post munere etiam Magni Eleemosynarii cessit, accepta in hujus vicem Abbatia *Remensi*. Obiit Parisius extrema ætate confectus, relictis hæredibus Nosocomio ejusdem urbis infamabili, & Collegio Claromontano Societatis Jesu. *Ciacon. Hist. Cardin.*

FRANCISCUM V. *Com. Rupisulc.* Rex Ludovicus XIII. magnis extulit honoribus, namque a. 1619 inter Equites Ordinum regiorum ipsum cooptavit, a. 1622 præfectura Pictonum, dejecto ea Duce Rohanæo, necnon axiomate *Ducis ac Paris Franciæ* auxit, Comitatu *Rochefaucaud* unâ cum Baronatibus & Dynastiis *Vertëuil*, *Annac*, *Vivier*, *Jousséaume*, *Montignac*, *Charente*, *Tourrieres*, *Bellefroin*, *S. Claude*, *la Mote* & S. *Augeau* in *Ducatum* & *Pariatum* erecto; atque dignitatem hanc assensu suo corroboravit Parlamentum d. 24 April. 1637. Fuit ille de cætero haud exiguæ militaris famæ, enituitque in primis ejus opera in prælio ad Ratensem insulam a. 1625 commissa, qua Subisius Protestantium dux, terra marique superatus est, quóque, ut *Gramondi* verba huc transferam, in Rupisulcaudii viri sanguine & virtute clari, fortitudine haud leve momentum fuit victoriæ obtinendæ.

FRANCISCUS VI. *Dux Rupisulcaudius* regnante Ludovico XIII. & vivente Cardinali Richelio, cujus offensionem atque odium incurrerat, procul ab aula versatus, simulac is ad plures abiit, aulicis fluctibus se commisit, initióque Reginæ viduæ addictus, posteà verò Longavillæ, cujus intimis, *Prioli* verbo, præerat, illecebris ad funditorum partes pertractus, turbarum, quibus illa tempestate Gallia flagrabat, magnum momentum extitit, raptusque d. 8. Januar. ann. 1650. in custodiam Principibus Condæo, Contio & Longavilleo primus inter factiosos arma capessivit, & collecta è Pictonibus ac Engolismensibus agris suis nobilium manu, prætextu justorum, quæ parenti persolverentur, bellum aperta vi gessit. Cùm anno 1652, d. 3. Jul. in suburbio San Antoniano sub Lutetiæ mœnibus regios inter ac funditores obstinatissimis animis concursum esset, summum vitæ discrimen acerrimè pugnando adiit, ictu sclopperi in fronte percussus, & fermè oculorum acie privatus, ita ut semianimis in urbem deportaretur. Pari periculo in illis tumultibus, qui captivitatem Principum antecesserant, defunctus erat: missus enim, a. 1649 cum delecta manu obviam Noirmontio, commeatum è Brienti regiuncula advectanti, atque oppressus à regiis & fusus, ipse multifariam fauciatus ægrè discrimini ereptus fuit. Sopitis demum

& sub-

& sublatis Regis Ludovici XIV. fortuna, factionibus, quieti se dedit, reliquàmque ætatem ita peregit, ut ingenuitas ipsius & studium demerendi homines accepti suspicionem veneni, è subitanea ejus morte, & grassantibus tunc veneficiis quibusdam natam, facilè discuteret. Commentarium, quo historiam turbarum & prensationum post Regis Ludovici XIII. excessum ortarum, stylo signavit, ad Taciti characterem quàm proximè præmodibus Gallorum scriptis accedere, acuti viri ingenii *Amelotus de la Houssaye*, in discursu eleganti de adulatione opusculo præfixo judicat.

BENJAMIN Rupifulcaudius *Stissacensis* cognomen & symbolum (hoc *scuto palis sex argenteis & caruleis distincto* constat) adscivit, & cum avito conjunxit, implendæ scilicet conditioni, quæ parenti suo, *Claudiam Stissacam*, domus suæ hæredem, in matrimonium ducenti, lata fuerat: simili enim lege Stissacensis dominium in *Sparrensem* familiam, ad quam *Claudia* genus referebat, transierat, cum *Amalaricus Fergantius Stissacus*, & *Margarita Harcurtia* ejus conjux, prole carentes, *Johannem de l' Esparre*, ex Amalarici sorore *Johanna* natum, hæredem instituerent. *La Roque Hist. Harcurt. L.* XI. c. 105.

FRIDERICI CAROLI *Rupifulcaudii Comitis de Roye* notum est nomen, ex quo à Rege Galliæ in Daniam missus fuit, ut copias ab hujus regni Monarcha ex fœdere conscriptas, regeret, ibidem a. 1683 insignia *Ordinis Elephantiaci* accepit. Ex ejus filiis, quos in Gallia reliquit, secundogenitus, *Vicedomini Laudunensis* nomine distinctus, in oppugnatione Lucemburgi glande trajectus mortem oppetiit.

FRANCISCUS VII. *Dux Rupifulcaudius* Biturigum gubernator & venationi nec non vestiario regio præfectus, cum filio suo natu maximo affinitatem *Tellieria* domus, florentissimæ in Regis gratia conciliasset, titulum etiam *Ducis* ac *Paris Franciæ* eidem obtinuit, ditione *la Rochegujon* in Vexino, à quo nomen ille gerebat, quámque mater ipsius, hæres domus *Plessæo-Liancuria*, ad Rupifulcaudios transtulerat, denuò in *Ducatum* & *Pariatum* pro utroque sexu erecta: expiraverat enim titulus iste cum *Rogerio Plessæo Liancurio* a. 1674 mortuo, cui a. 1663 concessus fuerat. Fuit ille frater *Gabrielidis*, Francisco V. D. Rupifulcaudio nuptæ & pater *Henrici* qui *Comes de la Rochegujon* dictus fuit, & in obsidione Mardicci a. 1644 occubuit, relicta ex *Anna Elisabetha de Lannoy* filia unica, Ducissa nempe Rupifulcaudia.

AD TAB. IV.

ANTONIUS *Rupifulcaudius Barbesii*, ab avia sua paterna in hanc lineam translati, regulus, strenui viri nomine celebratus, ad varios honorum gradus favente Rege Francisco I. enisus est. Namque inter Equites Ordinis regii adscitus, Parisiis vicaria potestate impositus, munere Senescalli in Aquitania auctus, tandémque postquam Andreas Auria à partibus Gallorum ad Cæsarem transiit, præfectura triremium decoratus fuit, licet, quod *Varillasius in Hist. Francisci* I. notavit, nunquam antea pelago se commiserit: tantam scilicet virtutis suæ existimationem ac fiduciam sibi paraverat; quam etiam egregiè sustinuit Massiliæ, ubi cum imperio agebat illa tempestate, qua Imp. Carolus V. eam intercipere vano molimine tentavit.

Residuum plagulæ spacium hortari videtur, quoniam de reliquis Rupifulcaudiæ stirpis ramis narrandi deficit argumentum, de gente *Vrsea*, è qua Marchio *de Langeac* hodiernus maternum genus ducit, in medium quæ cognovimus, proferre. Claruit ex illa duobus retro seculis *Petrus d. Vrse Petri I. & Isabellæ de Chauvigny* filius; is in Regis Ludovici XI. offensam lapsus quod ejus fratri Duci Aquitaniæ adhæreret, relicta Gallia, peregrè abiit & Constantinopolin usque delatus Bajazeti II. aliquandiu militavit, magnàmque sibi apud eum existimationem peperit. Reversus in Galliam, exempto vivis Ludovico, Regi Carolo VIII. virtutem suam probavit, munusque Magni Galliæ Scutiferi sive Hipparchi promeruit. Filium post se reliquit *Claudium d' Vrsé*, ex *Antonia de Beauveau* genitum præstantissimis ævi sui viris annumeratum, qui honorificis legationibus in concilio Tridentino ac Romæ functus, hæcque in urbe torque equestri ordinis regii ab Horatio Farnesio jussu Regis Henrici II. solemni cerimonia decoratus, & denique ab eodem Rege pueritiæ Delphini cæterorumque ejus filiorum moderator delectus fuit. Habuit in conjugio *Johannam de Balsac d' Entragues*, è qua suscepit *Jacobum Dom. d' Urfé, de la Bastie & de S. Just.* Equitem Ord. S. Michaelis, Præfectum Forensis pagi, splendido matrimonio auctum: ducta enim ei est *Renata Sabauda*, Claudii Com. *de Tende* & *Sommerive* filia, eademque *Marchionissa de Baugé*, è qua numerosæ ac pulchræ sobolis parens factus est, videlicet sequiore in sexu *Margarita*, Antonio *de Brom* Dom. *de la Liegue* nuptæ, *Francisca* quæ Claudii *de Rochefort* Dom. *de la Vallette* uxor fuit, *Magdalena*, Paulo Camillo *Cavalquier*, Nobili Parmensi elocatæ, & *Catharina*, quæ primis nuptiis Johanni *du Planet* Dom. *de Beyviers*, secundis Antonio *de Montfaucon* Dom. *de Montaigu* in manum convenit. Mares quinque fuere, videlicet [1] *Annas Comes d' Urfé*, Præfectus Forensis, & postea dimissa uxore *Diana le*

FAMILIÆ RUPIFU

DOMINI DE BARBESIEVX, DE CHAVMON

ANTONIUS DE LA ROCHEFOUCAUD, DN. DE
Ius Aquitaniæ, Eq. Ord. Reg. Præfectus triremium
Guidonis Dn. de Ravel fil. Jacobi Amboſii Dn. de Buſſ

Carolus Dom. de Barbeſieux, Eq. Ord. Reg. 1578.
Franciſca Chabot, Philippi Dn. de Brion f.

Catharina, nup. 1. Carolo de Chabanes, Dn. de la Paliſſe, 2. Renato du Puy du Fou Dn. de Comberonde.

Ant

- *Carola, nup.* Francisco de Barres, Dn. de Neuvy-Bennegon.
- *Antonia Dom. de Limiers nat.* Antonii Brichanteau Dn. de Nangis.
- *Franciſca Dom. de Barbeſieux, nup.* Claudio d'Eſpinay C. de Duretal.
- Jacobus de la Rochefoucaud Dn. de Chaumont. *Franciſca Dn. de Langeac.*
- Carolus Iſaacus Dn. de Bernoeil † juv.
- Franciſcus *Abbas de la Reau.*
- Antonius *Epiſc. Engoliſm.*

Ludovicus Antonius Baro de Langeac.
Aloiſia de la Guiche, N. Dom. de Bourmonde f.

Johannes M. de Langeac, B. de la Rochegonde †
Maria Franciſca, Emanuelis Laſcaris M. d' Urſe fil.

Henricus Com. de S. Ilpize.

N. dictus Comes
geac.

Johannes Antonius, Comes de la Rochegonde, nunc M. de Langeac.

Emanuel, *Presbyter Oratorii.*

Franciſcus Com. de S. Ilpize.



ILCAUDIÆ TAB. IV.

NT & DE RAVEL, BARONES DE LANGEAC.

IE BARBESIEUX, Francisci I. Comitis F. Magnus Senescal-
um Gallicarum † 1540. *Antonia d' Amboise Dn. de Chaumont,*
ly vid. † 1552.

nonius DN. DE CHAUMONT, Iq. Ord. Reg. *Cecilia de Montmiral, Stephanif.*

Margarita, nup. 1. Petro du Puy, Dn. de Vatan. 2. Claudio de Bourbon C. de Busser.

Franciscus DN. DE RAVEL. *Eleonora de Vienne Ruff.*

Benedicta Abbatissa S. Johan. Augustodun.

Petronella, nup. N. Dom. de Busons & de Montreul.

Gilberta, ux. Johannis Vicecom. d' Elbain.

Carola, nup. Ludovico de Combourfier Dom. de Terrail.

Carola, nup. Gastoni de la Rochefoucaud Dn. de Sales.

Margarita Canonissa Remiremont.

Anna, ux. Johannis Antonii Dn. de Mauleon.

Francisca, nup. Bertrando de Fayoles de Nelet.

Lenora, ux. Marci de Poligiac Dn. d' Adiac.

Maria Abbat. Paraclet.

de Lan-

N. Dom. de Lastic.

N. Dom. de Bourmonde.

N. nupta . . . Dom. de Severac.

Maria uxor Christophori Com. d' Apcher.

Long, Marchion. *de Chateaumorand*, cujus superius in Genealogia Leviæ familiæ mentio facta fuit, Canonicus & Comes Ecclesiæ Lugdunensis, [2] *Christophorus Dn. de Busſy, Comes de Pont de Veyle & de Chatillon*, maritus primò *Carolæ de la Chambre*, postea *Mariæ de la Foreſts de Griſſe*, & genitor *Annæ Mariæ Antoniæ* nec non *Carolæ Emanuelis*, quarum illa Antonio de Roquefueil *Dom. de la Baſtide*, hæc Henrico *de Maillard M. de S. Damien* a. 1621 nupsit, [3] *Antonius* Episcopus SanFlorensis, [4] *Honoratus M. de Valromey*, vir amœnissimi ingenii & *Astræa*, celebris fabulæ Romanensis auctor, cui dispensante Romano Pontifice fratris sui natu maximi soeculo egressi uxor diu deamata *Diana le Long* in conjugium ducta, sed proles nulla genita fuit, & denique [5] *Jacobus March. d' Vrſé & de Baugé*. Is à Duce Sabaudiæ Carolo Emanuele Eques Ord. Annunciatæ creatus, & supremi Hippocomi munere auctus, Forensis etiam regiunculæ in Gallia præfectus, penatibus suis induxit *Mariam de Neuville-Magnat*, è qua suscepit *Genevievam*, Alexandro D. *de Goux*, *C. de Fontenay* nuptam, hòcque mortuo Guidoni *de Harcourt* Com. *de Beuvron* desponsatam, & denique Johanni Bar. *de Mailly* sociatam, nec non *Carolum Emanuelem March. d' Vrſé & de Baugé*, *Com. de Sommerive*. Is cognomentum *de Laſcaris* in memoriam Joh. Antonii de Lascaris, quem Renata de Sabauda avia sua proavum habuit, adsivit, atque è *Margarita d' Alegre* uxore sua a. 1683 mortua filios VI. & gnatas tres genuit; ex his *Maria Franciſca* Johanni Rupifulcaudio M. *de Langeac* nupsit, nuncque vidua est, reliquæ duæ velum sumserunt. E filiis *quatuor natu majores* Ecclesiasticum vitæ genus seculari præstulere, *primusque* ex eis Lemovicum Episcopus est, *secundus* Abbas d' Vrsé dictus *Missionarius*, ut vocant, functionibus gaudet, *tertius* Patribus Oratorii se aggregavit, *quartus* Abbas de *S. Just d' Vrſé* audit, *quintum*, cui nomen erat *Caroli Mauritii Bonaventuræ*, spem familiæ sustinentem, & munere Colonelli equitum in nupero bello Belgico magna fortitudinis laude functum; mors fato propera d. 14 Sept. a. 1682 rapuit, ita ut ad *natu minimum* familiæ propagatio rediret, cui *Marchioni d' Vrſé* nunc dicto parens nuptias *Mariæ Magdalenæ Agnetis de Contaut-Biron* d. 18 Sept. 1684 peractas conciliavit, tandemque d. 2 Nov. a. 1685 octogenario major naturæ debitum persolvit.

GENEA-

FAMILIÆ RUPIFULCAUDIÆ TAB. V.

MARCHIONES DE MONTENDRE & DE MONTGUYON, DOMINI DE SALLES & DE ROISSAC.

LUDOVICUS DE LA ROCHEFOUCAUD DN. DE MONTENDRE, Francisci I. Comitis è posteriore conjugio F. 1. *Jacobina de Mortemer, Francisci Dn. d'Ozillac f.* 2. *N. de Taleyran-Chalais.*

1. Franciscus Baro de Montguyon, *Helena Goulard, Aimondi Dn. de Marsay fil. de hær.*

1. *Francisca, nup.* Alano Baudouin Dn. de Fleurac.

1. Gasto DOM. de SALLES. *Carola agnata, Antonii Dn. de Chaumont f.*

1. Claudio † 27.

Aloisia, nup. Johanni de Montalambert Dn. de Vaux.

Ludovicus DN. de ROISSAC. *Johanna d'Aubeterre.*

Carolus Dom. de Bernardieres. *Claudia de Vallie, hæres du Doupt.*

Judith, nup. . . . . de S. Gelais Dn. de Bouillac.

Isaac Dom. de Roissac. *Johanna de Pons, Jacobi Domini de la Caze f.*

Maria, monialis.

Carola.

Leonora, monialis.

Jacobus Dn. de Salles, Ux. . . . .

Johanna Maria, monialis.

Maria, nup. Josiæ de Bremont Dn. des Ars.

Judith, nup. 1. Antonio du Chastelet. Dn. de S. Amant. 2. Ludovico de S. Georges Dn. de Loubigne.

Johannes † juv.

Henricus Dn. de Marsay † impubes.

Henricus Dom. de Boutiniere occ. in obsid. Ambian. 1597.

Isaac Marchio de Montendre B. de Montguyon. *Helena de Fonsegue, Caroli B. de Surgeres f.*

Sibylla, ux. N. de Beauchamp.

Claudia, nup. Francisco Dom. d'Agd.

Heliodorus Dn. de Roissac. *Lydia de Lames, Caroli Dn. de Rebeffaltief.*

Gabrielis nup. Isaaco de Beaupoil Dn. de la Tour de Paffac.

Judith, nup. 1. Leoni Chesne Dn. de Reaux. 2. Ludovico d'Escoubleau Dn. de Sauligmac.

Carola, Domina de Salles nup. Alexandro Gallard Com. de Brassa.

Judith, nup. . . . . Poussart Dn. de Lonieres.

Catharina, nup. Francisco de Cheverny, Dn. de S. Michel.

Franciscus.

. . . . . *nup. 1.* Godofredo de Durfort B. de Cusac. 2. Cæsari Gorentin Dom. de Tourville.

Maria, nup. Guidoni Chabot, Bar. de Jarnac.

Carolus M. de Montendre & de Montguyon. *Anna Turpin, Francisci Dn. de la Dublière f. 1631.*

FAMILIÆ RUPIFUL

DOMINI D' ANNAC-MELLERAN, DE

WILHELMUS DE LA ROCHEFOUCAUD, DOMIN
F. *Margarita de Torſay, Wilhelmi, Equitis, Domini*

Philipp⁹ Dn. d' Annac-Melleran † ante patrem circa a. 1485. *Renata de Beaumont, Petri Dn. de la Briſſiere f.*

Gujonna, nup. Johanni du Pleſſis Dn. de la Bourgonniere.

Carolus, *monachus Ord. S. Franciſci.*

Johanna, nup. Ludovico Fovillon Dn. du Chaſtenet.

Carola, ux. Jacobi Dn. de la Rochefaton.

Jacobus Dn. d' Annac-Melleran † ſin. lib. *Blanca de Montberon.*

Jacobina, nup. Johañi de la Chambre, Dn. de Villeneuve la Comteſſe.

Johanna, ux. Franciſci d Voluire, B. de Ruffec.

Franciſcus Dn. de Bayers, B. de Noirvan, teſt. 30. Maji 1544. *Iſabella de Lanes, Clineti Bar. de la Rochechalais fil.*

Ludovicus Dn. de Bayers de la Bergerie, & du Chaſtenet. *Angelica Gillier, Bonaventuræ Dom. de Puygarreau, B. de Marmande f. 30. Nov. 1572.*

Franciſca, nup. Godofredo Guy Dn. de Brueil & du Puy-robert.

Margarita, uxor Johannis Jourdain Dn. du Traſleboſt, 1576.

Ludovicus II. Dn. de Bayers & de la Borgerie. *Suſanna de Beaumont, Franciſci Dom. de Bordes f.*

Franciſcus Dn. d' Orbé & du Chaſtenet. *Bertranda des Agez, Dn. de Maumont.*

Renatus Dn. de l'Oumée. *Catharina Laumé.*

2. Franciſcus Dn. du Parc d'Archiac & de la Rigaudiere. *Iſabella Gomart Dn. de Pougne.*

Ludovicus III. Dn. de Bayers. *Maria Boubiers, Reverardi Dn. de Beauregard f.*	Renatus *Equ. Melitenſ.*	Jacobus.	Franciſcus.	*Angelica, nup.* Renato Acarie Dom. du Bourdet.	*Nicola, nup.* N. Audouin Dn. de Balan.	*Margarita.*	*Franciſca.*	*Suſanna.*	*Gabrielle.*
						moniales.			

N. Dom. de Maumont.

Ludovicus IV. Comes de Bayers. . . . . *Garnier.*

. . . . . nupta . . . . Comiti de Blenac.

LCAUDIÆ TAB. VI.

E BAYERS, ET DU PARC D' ARCHIAC.

INUS D' ANNAC, Guidonis II. Domini de Vertueil
i de Mellcran, & Johannæ d' Archiac fil.

Wilhelmus DN. DE BAYERS de la Bergerie. *Franciſca de la Haye, Nicolai Dn. de la Godeliniere f. 16. Jan. 1491.*

Franciſca Ægyptiana monialis.

Johanna monialis.

Catharina, nup. 1. Jacobo de Mathefelon Dn. du Coudreau, 2. Johanni de Beaumanoir Dn. de Lavardin.

Philippina, ux. Caroli de Melun, Dn. de Normanville.

de *Margarita, nup.* Carolo de Voluire Franciſci fratri.

Renatus Dn. de Bayers † 1529. *Margarita de Linieres, Jacobi Bar. de Noirvan & de Neully le Noble fil. 24. Jul. 1516.*

Renatus Dn. de NEULLY LE NOBLE, Vid. Tab. ſeq. VII.

Jacobus, *Eques Hieroſolymitanus* 1454.

Franciſca, nup. Renato Dn. de Preaux.

Petrus DN. DU PARC D' ARCHIAC 1. *Catharina Vigier Dn. de la Rigaudiere, 2. Bona Gillier, ſoratriæ ſoror, 3. Maria du Barry, Godofredi B. de la Renaudie f.*

Magdalena, nup. 1. N. Jay, Dn. de Puypatros, 2. Ludovico Bigot, Dn. de Brion.

Johañes Dn. du Cluſeau. *Johanna de Voluire Dn. de l' Eſpinon.*

Joanna.

Petrus † juvenis.

3. *Johanna, nup.* 1. Carolo de Bourgon, Dn. de Cranois, 2. Joh. Caſimiro d'Arquoy Dn. de Couvrolles.

3. Carolus Dn. de la Renaudie. *Sara de Verrieres, Franciſci Dom. de Fontpatour f.*

Gideon Dn. de Brueil. *Maria Bouhier, Dn. de la Chauſſeliere.*

Iſabella, nup. Caſpari Frolier, Dn. de la Meſſeliere.

Ludovicus. — *Joanna.* — *Catharina.*

Gideon Dn. du Parc d' Archiac. — Ludovicus. — *Maria.* — *Johanna, nup.* Franciſco Prevoſt Dn. de la Piogerie.

Franciſcus. — Caſimirus. — Samuel. — *Iſabella.* — *Maria.*

Maria.

FAMILIÆ RUPIFULCAUDIÆ TAB. VII.

DOMINI DE NEULLY LE NOBLE.

RENATUS DE LA ROCHEFOUCAUD, DN. DE NEULLY LE NOBLE, Renati Dn. de Bayer F. *Franciſca de Chergé, Renati Dn. de Ruanperſil f.*

Renatus II. Dn. de Neully le Noble, du Rivau, de Ruanperſil & de la Roche. *Anna Gillier, Bonaventura Dn. de Puygarreau f.*

Johannes Dn. du Beau.

Margarita, nup. Bonaventuræ Gillier, Dn. de Pors.

Ludovicus Dn. de Neully, de la Broſſe, de Souche de S. Aignan & de l' Isle bovin. *Adriana de Montberon, Heſtorii Bar. d' Avoir f. 1599.*

Angelica, nup. Ludovico de Montberon, Bar. d' Avoir, Adrianæ fratri, 1599.

Renatus Dn. de Neully. *Angelica de Previlé, Antonii f.*

Maria, nupta Thomæ le Simon, Dn. de la Grange.

Carola, uxor Claudii Broſſin Dn. de la Courrolam.

Eſter, nup. 1. Antonio d' Othon Dn. de la Ligue, 2 Alexandro le Simon Dn. de la Chambre.

Bertrandus Dn. de la Chauviniere. *Margarita Broſſart.*

Hector *Eques Melit.*

Triſtanus ſive Johannes Dn. de la Broſſe

Antonius Dn. de Neully, le Noble, de Ruanperſil, de la Roche, de la Chatigniere, & de Chatillon en Sologne. *Renata de Sainte Marthe Georgii Dn. de Charenton f.*

Adriana.

Renata.

Franciſcus I.

Antonius II.

Eliſabetha.

Franciſcus II.

Catharina.

Margarita Dni. de la Chauviniere.

Paulus Ludovicus.

Carolus Joſephus.

GENEALOGIA FAMILIÆ SANSIMONIÆ.

QUæ *SanSimonio* cognomento gaudet inclutafamilia, paternam stirpem à *Ruverensibus* derivat, maternum verò genus ad priscos Veromanduorum Comites, *Caroli Magni* progeniem, refert. Nimirum explorato cum ad liquidum est Genealogis, *Pipino* Italiæ Regi, qui inter gnatos *Caroli* M. secundus nascendi sorte extitit, ejusdemque fata prævertit, filium naturalem fuisse *Bernardum*; is cùm ob egregiam indolem abavo Rex Italiæ in locum parentis constitutus fuisset, defuncto illo adversus Ludovicum Pium Imperatorem, patruum suum, arroganter & contumaciter agere, Imperiumque concupiscere sustinuit; quare bello abipso petitus, moxque in ordinem coactus, vinculis & cœcitate peccatum luit. Huic calamitati haud diu superstes filium post se reliquit *Pipinum*, cui à propatruo Ludovico *Comitatus Veromanduorum* collatus est. Ab eo longa series *Comitum Veromandensium, Trecensium & Meldensium, Suessionensium, Remensium* & denique *Silvanectensium* defluxit, quam omnem *Sammarthani* fratres in *Hist. Geneal. domus Franciæ Lib.* X. enumerando percensuere. Ex illis *Veromandenses* opibus ac ditionibus processu temporum crevisse, atque eò potentiæ pervenisse memorantur, ut Regibus Galliæ obsequium detrectare, & bella cum eis gerere haud dubitarent. Postremus eorum *Heribertus* IV. fuit, *Pipini* trinepos, Regum Henrici I. & Philippi I. σύγχρονος, pater *Eudonis* & *Alisæ*. Ille præferocis animi & truci ingenio, patrique sæpius rebellis, (quemadmodum è veteri tabula a. 1059 scripta *Carpentarius* in *probationibus Historiæ suæ Cameracensis* ostendit) cùm subditorum odium atque aversionem in se concitasset, à successione parentis depulsus, eademque in sororem ipsius *Alisam, Hugoni de Francia* nuptam, translata fuit, impellentibus ac adjuvantibus Heriberti vidua, & Rege Philippo I. Hugonis fratre. Hac via Comitatus Veromanduorum in regiam familiam transiit; *Eudo* autem universo patrimonio exutus in tenui conditione ætatem peregit, relictis tamen post se filiis tribus, quos è fœmina nobili Picardica genuit, videlicet *Eudone, Ellebaldo* & *Sohierio*. Ex his posteriores duo in Cameracensem tractum demigrasse, & alter quidem cœlebs decessisse, *Sohierius* vero progeniem etiam nunc in Belgio florentem edidisse traditur: ab eo etenim *Constantinus Sohierius Toparcha de Warmenhoysen, Crabbendam & Out-Poelgeest* in Batavis, quem Imp. Leopoldus, vigore Diplomatis dati Francofurti III. Nonarum Augusti a. 1658 titulo *Libert Baronis S. Rom. Imperii* decoravit, sanguinem se ducere persuasum habet, eáque propter *Veromandense* cognomentum assumsit, idque cum *Sohierio* communxit, evulgato insuper libro eleganti ac augusto, quo gentis suæ originem ac deductionem ad lustrum vocavit, & firmatum vit. Enim verò *Eudo*, à quo digressus sum, *Eudonis* extoris filius natu maximus, cui cognomen *Farino* fuit, ex amplissimis avi sui ditionibus portiunculam tenuem oppidò & exi-

lem,

FAMILIÆ SAN-S

DYNASTÆ AC DU

MATTHÆUS al. JOHANNES DE ROUVROY, D
Margarita, Jacobi Dynastæ de S. Simon soror ac hæred

Matthæus II. DN. DE S. SIMON du Plessis & de Rasse. *Maria de Harvesquerque de Rasse.*

Galcherius Dn. de St. Simon. *Maria de Sarbruc, Amadei Dn. de Commercy f.* *Johannis de Hangest, Dn. de Genlis vidua.* Ægydius de S. Simon *de Floques &* de

Johañes Dn. de S. Simon. *Margarita de la Tremouille, Johannis Dn. de Dours fil.* *Isabella nup.* Johanni d' Aunoy Dn. d' Orville. *Johanna Blanca, nup.* Johanni Dn. de Berghe. Ægydius Wilhelmus de S. Simon Dn. du Plessis & de Rasse. *Maria de la Vacquerie.* A

Johannes † cœlebs. Ludovicus Dn. de S. Simon *Jolantha de la Rochebaron, Johannis Dn. de Lignon f.* *Francisca, nup.* Ludovico de Hedonville Dn. de Sandricour. Ludovicus de S. Simon Dn. du Plessis & de Rasse. *Antonia de Mailly Roberti Dn. de Rufmenil f.* Mericus de Dn. de Pr *Prat.*

Franciscus Dn. de S. Simon Vicecom. de Clastres. *1. Magdalena de Refuge 2. Francisca de Blecourt.* Johannes de S. Simon Dn. d' Ambainville, & Beaudricourt. *Aloisia de Montmorency, Rolandi Bde Fosseux f.* *Anna, nup.* 1. Petro de Perdriel, Dn. de Boligny, 2. Nicolao de Popillon Dn. d'Anfac, 3. Ludovico de la Fontaine Dn. de Leſches, 4. Carolo de Nollent Dn. de S. Contez. Franciscus Dom Plessis & Rasse. *Susanna de Popi Nicolai Dn. d' Ar fil.*

2. Tito Dn. de S. Simon, de Pons, d' Arenes, Vicec. de Clastres. *1 Antonia de Montmorency, Antonii Dn. de Sect vid. 2. Francisca d' Aumont.* Johannes Dn. d' Amilly. *Johanna ux.* Claudio de Clermont B. de Montoiſon. *Aloisia, nup.* Carolus Dn. de Sandricourt. *Antonia Dom. de Clery.* *Martha, nup.* Petro Dauvet, Dn. des Marets. *Margarita de Crequy.* Ludovicus Dn. d' Amblainville. *Margarita* Johannes Dn. de Hedouville. *Genevieva de Montmorency, Egidii de Pellevé vid.* *Carola, nup.* Adriano de Gallot, Dn. de Fontaine la Guyon. Ludovicus Dn. du Plessis & de Rasse. *Dionysia de la Fontaine, Ludovici Dn. d' Orgeretus f.* *2. Johanna Piquet.*

2. Isaac Dn. de S. Simon Vicecom. de Clastres. *Maria d' Amerval, Nicolai Dn. de Liencourt f.* Ludovicus Dn. de Pons, de Vaux. *N. de Cambronne-Raveret.* Carolus Dn. de Montbleru. *Claudia Dn. de Sandricourt & Clery, nup.* Claudio de Crequy, Bernieulles. Ludovicus Dn. d' Amblainville. *Margarita d' Auxy, de Monceaux.* Carolus dictus Marchio de S. Simon, Dom. du Plessis & Rasse. *Aloisia de Crussol, Antonii Herculis de Budos, M. de Portes vid. 14. Sept. 1634.*

N. dictus March. de Portes † m. Dec. 1651. inf. *1. Gabrielis Aloisia Marchionissa de Portes, nupta* Henrico Alberto de Coisé, D. de Brissac 1663, † 28. Febr. 1684. 1. . . . . *dicta Domicella de S. Simon.* 2. Luc Vi tre

Jacobus de Rouvroy, occ. Vesontii 15. Maji 1674.

SIMONIÆ SCHEMA.

DUCES DE SAINT SIMON.

Y, DN. du PLESSIS & de RASSE, Ludovici Dn. d' Oiſemont F.
here, ducta circa a. 1335.

eraque, Wilhelmus de Rouvroy dictus le Gallois, Dn. de Granville. *Uxor incomperta.*

mon, Dn. du Pleſſis & de Raſſe. *Johanna de Floques, Laurentii Dn. & de Foreſtel fil. ac her.*

Nicolaus de Rouvroy Dn. de Granville, † centenario proximus poſt a. 1464. *Colaſſa de Soyecourt.*

n Antonius de Rouvroy-S.Simon Dn. de GRUSMENIL. *Johanna de Villers.*

Jacobina, nup. Valeriano de Sains Dom. de Marigny.

Margarita, nup Wilhelmo de Preſteval 1446.

Robertus de Rouvroy Dn. de Granville, a. 1449. *Jacobina d' Ouarmaiſe.*

s de S.Simon, e Precy. N. *du*

Arturus de Rouvroy-S.Simon Dn. de Gruſmenil. *Margarita le Cocq Dn. de Guigy.*

Antonius de Rouvroy *Claudina d' Halencourt.*

Breton. *Magnus Hoſpitalerius S. Joh. Hieroſ. Ord.*

nm. du ſſe. *opillon Anſac*

Ludovicus Dn. de Lambercourt. *Jacobina de Comty.*

N. nup. 1. N. Dn. de Raffetor. 2. N. Comiti de Montafie.

Amata, nup. Johanni du Bouſfleurs Dom. de Rouverel.

Florentinus Dn. de Gruſmenil *N. du Meſnil.*

Renaeus. Andreas.

Franciſcus de Rouvroy. *Maria d' Anglos.*

1. … *Johanna Prigece.*

Stephanus Dn. de S. Leger.

N. de S. Simon, Gubernator de Blaye.

Franciſca, nup. Roberto de Collan. Dom. de Rollecourt. 2. Carolo de Grambois Dn. d' Yvrans, 3. Johanni de Sucres Dom. de Belins.

Franciſcus Dom. de Gruſmenil. *Helena de Buſſy.*

Johannes de Rouvroy. *Johanna de Harlay* 13. *Aug.* 1572.

io du ii de 4.

Claudius DUX DE S. SIMON PAR FR. Dn. de Vaux. *1. Diana de Budos, Antonii Herculis M. de Portes f. & h. 1644, † 2. Nov. 1670. 2. Carola de l' Aubeſpine, Franciſci M. de Hauterive f. 12. Oct. 1672.*

Ludovicus † m. Jun. 1679.

Johanna, nup. Ludovico de Fay, Vic. de Creſſonſac.

Aloiſia, ux. Laurentii Chaſtelet Dn. de Frenieu.

Friderico de Rouvroy Dn. du Puy. *Anna de Brouilly, Antonii Dom. de Silly f.*

Johannes.

Antonius.

Ludovicus dictus Vidame de Chartres.

Petrus de Rouvroy Dn. du Puy. *Maria Urſula de Gontery Aimonii Com. de S. Alban f. 14. Feb. 1643. † 1685.*

Philippus.

cin oppugn. 4.

Petrus, *Abbas de Cheage.*

Johannes, *Eq. Melit.*

Philippus de Rouvroy.

Johanna, nup. Petro Felici de la Croix de Chevrieres, C. de St. Valier, 1675.

lem, pagum scilicet *San Simonium*, qui à Simone, Rudolphi Comitis Crespiacensis filio, ob sanctimoniam celebrato, nomen accepit, & in Picardia ad *Samonam* amnem, Hamum inter & Fanum Quintini, situs est, recepit, per testamentum *Aliseæ Crespiacensis* aviæ suæ paternæ; hinc *Eudonis Farini* filius *Johannes de Sancto Simone* cognominari cœpit, in cujus quidem posteritate deficit enumerandi modus. Ultimus ex ea *Jacobus de S. Simon* fuisse perhibetur, *Friderici* F. sine prole mortuus, cernente ipsius hæreditatem sorore *Margarita*, quæ eam marito suo MATTHÆO RUVERENSI attulit, hac lege ut nati ipsorum, & qui nascentur ab illis *San Simonium* cognomen gererent. Atque ab isto familia San Simoniorum hodierna descendit, quemadmodum è tabula nostra, quam, è prælaudata Historia Cameracensi *Joh. Carpentarii* nec non *Guid. Allardo Geneal. famil. Delphinat.* excerpsimus, patet: *Insignia* quibus gens hæc uti consuevit, *crucem argenteam nigro solo inductam, & conchis rubeis quinq; distinctam* repræsentant. Huic gentilitio symbolo addidere MATTHÆI II. liberi maternum, *Havesquerquium* scilicet, quod *fasciam coccineam campo aureo impressam* exhibet; accessit demum in memoriam originis *Veromandensis* hoc etiam *Scutum* videlicet è *cæruleo & auro tessellatum, cum cephalo liliis Francicis sparso.*

CLAUDIUS *Sansimonius* solus ferè è gente sua aliquod nomen sibi paravit, idque gratia Regis *Ludovici* XIII. cujus in familiaritatem post Francisci Batradati casum, de quo in *Hist. Gall. Gramondi* L. XVI. legere est, sese insinuavit, ut nemo ei longo tempore fuerit carior. Hinc ex ephebis egressum, subitò titulo primi cubicularii sui, nec non primi equisonis in minore, uti vocant, equili, auxit, & venationi luporum præfecit. Anno 1631 *Ducem* ac *Patricium* regni creavit, pago *San Simonis* una cum ditionibus *Benay*, *Castres* & *Pontartanes* in *Ducatum* & *Pariatum* erecto. Porrò præfecturam castrorum Blajæ, Fani Germani in Laya, & Versaliarum contulit, eundemque nec non fratrem ejus natu majorem CAROLUM a. 1633 torque Ordinum Regiorum decoravit. Post obitum verò Ludovici XIII. *Claudius* omnia illa officia vendidit, sola præfectura *Blajæ* in Aquitania excepta, qua etiamnunc gaudere dicitur.



GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ CAUMONTIÆ.



Aumontia gens in duas abiit familias, quæ ab uno eodemque stipite, sed nondum explorato, descendisse creduntur, & diversa gerunt insignia. Qui Caumontii *de Lauzun* appellantur, *scuto* uti solent *diagonaliter tripartito ex auro, cocco & cyano*; Caumontiorum verò *de la Force* clypeus *leopardos tres aureos, coronarubea redimitos, falcultrisque ejusdem coloris armatos, in solo cæruleo gradientes*, ostentat. Ambæ hoc seculo connubio coivere, cùm *Gabriel* Comes de *Lauzun* Carolam Henrici M. *de Castelnau*, post Ducis *de la Force*, filiam, uxorem duceret, ceu è tabula apparet, cui etiam liberos ex hoc matrimonio ortos subjunximus, gratia inprimis *Antonii Marchionis de Puyguillem*, secundo loco nati, & vicissitudine fortunæ nostra ætate nobilitati, quem effusa, qua floruerat, Regis gratia, iterumque post tot longas exilii carceris que molestias impetrata venia matrimonium cum Principissa Montpenseria secretò quidem, sed non nescio Rege, peregisse accepimus. Fuit autem *Gabriel* Antonii parens, frater *Carolæ* Friderico Fuxio C. *de Gurson* nuptæ, & gnatus *Francisci* Com. *de Lauzun* ac Catharinæ Grammontanæ; is sorores habuit *Johannam, Henricam* & *Carolam Catharinam*, uxorem Alexandri *de Castelnau Dⁿⁱ de Clermont-Lodeve, M. de Sessac*, parentes *Gabrielem Nompar de Caumont* Com. *de Lauzun* & Carolam Ludovici Dom. *d' Estissac* filiam. Illi *Francisco* & *Carola de la Rochechandry* nato, avus fuit *Armandio*, avia *Catharina de Castelnau* a. 1486 ducta, proavus *Johannes Nompar de Caumont* Dn. *de Lauzun*, proavia *Francisca de Bourdeilles*; altiore deductione destituimur. Caumontiorum *de la Force* qui in Petrocoriis eminent, quibusque hic inter Pares Franciæ locus competit, stirpem inde à *Wilhelmo* Caumontii & Castelnavii regulo, qui regnante Ludovico VIII. circa a. 1226 claruit, repetere solent. Filium huic tribuunt *Wilhelmum Secundum*, eúmque circa a. 1260 vixisse, & patrem fuisse ferunt BERTRANDI, à quo stemma sequenti tabula exhibitum, & ab illustri *Sammarthano* prolixè humanitate suppeditatum, orditur.

NOMPAR II. *Caumontius* cum post Aquitaniam Anglis à Rege Galliæ Carolo VII. ereptam, & regno suo vindicatam, ad illos iterum descivisset, ditionibus suis à dicto Rege multatus est, eædemque in fratrem ipsius BRANDELISIUM translatæ sunt.

GODOFREDUS *Caumontius* uxorem nactus viduam Marescalli Sanc Andreani, viri clari acpræpotentis, opibusque atque honoribus abundantis, partem etiam aliquam bonorum ab eo relictorum, consecutus est, quanculam scilicet mulieris illius procacis, sumptuosæ, & vana spe nuptiarum viri Principis è sanguine regio se lactantis luxuria reliquam fecerat. Hæ verò reliquiæ consistebant potissimùm in Marchionatu Fronsacensi, postea Ducatus ac Pariatus titulo aucto in gratiam Francisci Aurelianensis, cui *Annæ* Godofredi filia unica in manum convenit nuptiis tertiis, ceu quidem *Sammarthani* perhibent: alii enim scriptores duos tantum maritos Annæ tribuunt, *Henricum Scarsium* prætereuntes, cum quibus etiam concinere videtur quod in Historia *Thuani* L. LXXXV. legitur; nimirum Claudio Scarsio Carancio in duello a. 1586 interfecto à Carolo Birono, qui An-

 næ nupti-

FAMILIÆ CAUMO

DOMINI DE CAVMONT & CASTELNAV, DVCES DE LA

BERTRANDUS DOMINUS DE CA
Wilhelmi II, F. Wilhelmi I. N.

Wilhelmus III. Dn. de Caumont, de Samaſon & de Monpo
Miramonda de Mauleon, Ogerii Vicecom. de Saule f.

Wilhelmus Raimundus Dn. de Caumont, Samaſon & Monpouillan.
Eſclarmonda de Pins, Sanxonneti Dn. de Taillebourg f. 1316.

Nompar Dn. de Caumont, Samaſon Monpouillan & Go

Wilhelmus Raimundus II. Dom. de Caumont &c.
ux. . . . . .

Paulus de Caumont Dom. de F

Nompar II. Dn. de Caumont. *Johanna de Durfort* 1434.

Brandeliſius Dn. de Caumont, *nis C. de Penthieure f. 1444.*

Poncetus Dn. Caumont †improlis.

Carolus de Caumont, Baro *gord.*

Franciſcus Dn. de Caumont & Tonneins, B. de Caſtelnau. *Claudia, Maturini B. de Cardaillac f. 1477*

Carolus Dn. de Caumont &c. †1527. *Johanna de Peruſſe, Godofredi Dn. d' Eſcars f.*

Carolus de Caumont †Cl poſt a. 1513.

Franciſcus Godofredus Dn. de Caumont. *Margarita de Luſtrac* †celeb. *Com. de Franſac, Jacobi d' Albon, Dn. de S. André vid.*

Franciſcus Bar. de Caſteinau 1572. *Maria de Beaupoil Franciſci de Vivonne Dn. de ruy vid.*

Anna Comitiſſa de Franſac, nup. 1. Claudio d' Eſcars Pr. de Carency, *2.* Henrico d' Eſcars prioris fratri, *3.* Franciſco d' Orleans Com. de S. Paul, 1594. † 2. Jun. 1642.

Armandus de Caumont

1. Armandus D. de la Force Par & Mareſc. Fr. †15. Dec 1675. *1. Johanna de la Rochefoucaut, Johannis Dn. de Saveille fil. uxor. 2. Aliſia de Belloſane, † 7. Sept. 1680.*

2. Henricus Dn. de Caſtelnau poſt D. de la Force †1678. *Margarita d' Eſcoubleau, Arnoldi Dn. de Boiſſe f.*

1. Jacobus Dn. de Maugeſir, occ. in obſid. Juliac. 1610. celeb.

2. Carolus Dn. de Madran, † 1

Lauzun.

1. Carolus nup. Henricus de la Tour, Vicecom. de Turenne 1651.

Jacobus Dn. de Boeſſe † in obſid. Montis in Lotharing. 1634. *Aliſia de S. Georges Olivarii Dn. de Vare f.*

Henricus de Caumont † juv.

Diana, nup. Carolo Renato du Puy, M. de Montbrun.

Jacobus, nup. N. de Vivans, C. de Peniſc.

Johanna, nup. Gyo de Beſpac Dn. de Montandre.

Petrus M. de Cugnac.

Henrica Innocentia

Carolus Emanuel Wilhelmus fil. Wilhelmi Dom. Boiſſe

Claudia Wilhelmina fil. Godefridi Dom. Boiſſe

Armandus Dom. de Monpouillan, Gubern. Silvæ Ducis.

Jacobus Nompar de Caumont Dux de la Force M. de Caumont, B. de Caſtelnau, Boiſſe & de la Bouſſe. Oliverius de Caumont Dn. de Raſlaye. Caro... Jacobus de Caumont C. de Lauzun.

1. Maria de S. Simon, M. de Courtanvaux, † 1670. 2. Suſanna de Beringhen, Johannis Dom. de Plancy f. 2. Martii 1673.

NTIÆ SCHEMA.

FORCE, MARCHIONES DE BOESSE & MONPOUILLAN.

UMONT ET DE CASTELNAU

illan. *Taleſia, nup.* Armando Dn. de Gironde 1294.

lia, nup. 1. Gaſtoni d' Armagnac Vicecom. de Fezenzaguet 1316. 2. Guidoni de Cominges Dn. de Lombez 1323.

aut. Magna de Caſtelnau, Johannis fil.

nilhet. Johannes de Caumont. Gaſto de Caumont. Franciſcus de Caumont.

Tonneins & Caſtelnau. *Margarita de Bretagne, Johan-*

de Caſtelnau & de Berbiquieres. *Johanna de Benac-Peri-*

Margarita, nup. Johanni de Cardaillac Dn. de Brenges, 1477.

occ. 24. Aug. Johannes Dn. de Mõ-tignac. Petrus Dn. de Monpouillan, *de Gontaut-Biron Petri Pouſſard, Dn. de Briſambourg vid.* *Johanna* *Margarita, nup.* Antonio Hectori de Cardaillac Dn. de S. Circq 1540. *Margarita, uxor* Bertrandi d' Eſcodeca Dn. de Boëſſe.

occ. cum patre. Jacobus Nompar de Caumont DUX DE LA FORCE, PAR, & Mareſcallus Fr. † 10. Maji 1652, ætat. 93. *1. Carola de Gontaut, Armandi Mde Biron f. 2. Anna du Pleſſis-Mornay, Philippi Dn. du Marly f. Jacobi des Nouës Dn. de la Taborie trevid. 3. Aloiſia de Clermont-Galerande, Gideonis Bonzelaer, B. de Langer ac vid.*

Jacobina, nup. Franciſco de Bethune Com. poſt Duci d'Orval. 1. Petro Dn. d' Amet. *Johanna de Favas, Vicecom. des Caſtels.* 1. Johannes Dn. de Monpouillan † cœlebs 1622. 1. Johannes Dn. de Tonneins, † ſine poſteris. 1. Franciſcus M. de Caſtelmoron. *Margarita de Vicoſe Dn. de Caſenaves, Henrici B. de Caſtelnau f.*

Carola, nup. Gabrieli de Caumont Com. de. Jacobus de Caumont † 1661. *Johanna.* *Maria, nup.* Carolo Bordeaux de Rochefort M. de N. M. de Briquemault, 1684. *nupta* 1674. Theobon 21. Februar.

Antonius de Caumont, M. de Puyquillen. N. de Caumont, Vicecom. de Monbas. *Carola Diana, nup.* Armando de Bautru C. de Nogent, 1663. *Carola, monialis.* *Anna, nup.* N. Dn. de Belleſteins. N. dictus *Eques* de Lauzun.

næ nuptias itidem ambiverat, illam viduam admodum juvenculam in Valliguidonia arce manſiſſe, ſed mox à Meduanio, in arcem ab uxore Valliguidonii, Annæ ſocru, perhumaniter recepto, violato hoſpitii jure captam abductam fuiſſe; & paulo ante idem auctor narraverat: illam à Johanne Scarſio Valliguidonio, tutore ſuo, in vitæ matri abreptam & eum filio ſuo conjunctam fuiſſe, ut adeo Anna amiſſo primo marito ipſius fratri nubendi nec ſpatium nec voluntatem habuiſſe videatur.

FRANCISCI *Caumontii*, cui *Forcæa* ditio in Petrocoriis uxorio jure obtigit, filiorúmque ipſius facta referat pro me *Thuanus*; ſic autem ille Hiſtor. Lib. LII fatur: *Franciſcus Nompar Caumontius in lanienâ Pariſienſi cum duobus filiis, quos paterno amore diligebat, in eodem lecto deprehenſus à percuſſoribus, qui eum non tam odio religionis, quam ſpe lucri cum omni prole ad exitium petebant, cum uno ex filiis interfectus eſt: alter exundante ſanguine cruentatus, cum ſe quantum per illam ætatulam licebat, vix enim duodecimum annum attigerat, objectu mortuorum contra ictus defendiſſet, mortuum ſe ſimulans, ab illis poſtremo pro mortuo relictus eſt, mox agminatim complures ad ædes & prædam eodem accurrerunt, quorum alii factum ut egregium laudabant; nam non ferax tantum, ſed cum ſenis etiam ad omne periculum audax; alii humaniore ſenſu in patrem ut ſontem id licuiſſe, ſed innocenti proli, & quæ eadem conſilia minime fortaſſe aliquando ſecutura eſſet, parcendum fuiſſe ajebant. Inter eos ſub veſperam illius diei cum quidam factum ſummopere deteſtaretur, & Deum ultorem tanta impietatis futurum diceret, puer membra lecto molliens, & caput ſenſim attollens, vivere ſe teſtatus eſt, quærentique quis eſſet, illè non imprudentes ſe filium & fratrem occiſorum eſſe, dixit, nomine non edito; de quo cum rurſus interrogaretur, reſpondit editurum nomen, cum eò, quo cuperet, deductus eſſet, rogavitque hominem, ut ſe ad armamentarium regium ducendum curaret, nam ſe adfinitate Bironum ſummum rei turmentariæ præfectum contigere, nec deſore tanti beneficii præmium, quod & ille ſedulò fecit. Ipſe Jacobus Nompar, id ei nomen eſt, hominem ſibi à Deo oblatum ſummâ gratitudine remuneravit, & Bironi ipſius filiam poſteà uxorem duxit, hodieque clariſſima in Aquitaniæ familiâ princeps, Godofredo Caumontio patruo unica filia relicta defuncto, maximis, quibus ſe dignum præbuit, honoribus à Rege cumulatus, ſtipatorum regii corporis tribunus, & Bencarni præfectus rarò Dei beneficio ex tanto periculo ſervatus videtur, ut familiam ad paucos redactam, numeroſa, quam ex ducta ſuſcepit, ſobole propagaret, & virtute ſua majorum titulis ſummum ornamentum adderet.* Hucuſq; Thuanus. Pari autem ac ſub Henrico IV, etiam ſub Ludovico XIII virtute ſe præbuit *Jacobus Caumontius*: quamquam enim aliquandiu adverſus hunc pro religione ſua quam ille everſum ibat, militaverit, eam; propter officii ſui, Benearni ſcilicet & ſtipatorum regiorum præfectura, exutus fuerit, poſtquàm tamen neceſſitate ſeu rationem verſa *ſanum Fidei* Regi a. 1622 dedidit, in gratiam ab eo receptus & *Mareſcalli* dignitate, prætereà ſeptennio poſt anno ſcilicet 1629 *Ducis ac Paris Francia* axiomate auctus eſt; atque ab iſto tempore Regi regnoque in bellis in Infubria, Lotharingia & Germania geſtis magno ac præclaro uſui fuit, donec extrema ſenectute confectus domi ſuæ tanquam in quietis portum ſe recipere coactus eſt.

ARMANDUS *Caumontius Forcæa* militari fama patre ſuo haud inferior, arma pro Proteſtantibus adverſus Regem itidem tulit, & aliquantulum diutius ac ille; hinc cum reconciliato eum Rege patre ſuo *Caſtenacum* in Cadurcis, *Uxellodunum* olim dictum, illi dedere recuſaret, & defenſionem adornaret, indigna us Rex filium obſtinatius reſiſtere, patre nedum in gratiam recepto, ſed dignitate etiam aucto inclinavit in ad ſententiæ, ut Forcæus parer captivus in conſpectum filii traheretur ferro cogtam transigendus, niſi arx dederetur; verùm intercedente Condæo abſecutione temperatum fuit; nec multò poſt Forcæus venia impetrata ſe urbemque Regi tradidit, talémque ex eo tempore ſe præbuit, ut virtutis ac fidei decoramentum ſcipionem *Mareſcalli* Francie a. 1652 tulerit. Extremum vitæ tempus in caſtro ſuo Forcæo peregit, ibidémque nonagenario major deceſſit, dicente fratris ipſius ac ſucceſſore in Ducatu & Pariatu HENRICO, nonageſimum etiam annum tuticagente ſe diu prævidiſſe, fratrem ſuum ad juſtam ætatem neutiquam perventurum, utpote qui rectam rationem valetudinis ſuæ non habuerit.

JOHANNES *Caumontius Mompolianus*, prima ætate Regi Ludovico XIII. inter intimos fuiſſe memoratur, ubi verò adoleviit, ſuſpectus ex perſona patris, aula abſtinere juſſus, arma pro aſſeclis religionis ſuæ induit, eademque ſtrenuè geſſit, donec in propugnatione *Tonenſi*, fidei ſuæ commiſſi, & à reptiis obſeſſi, accepto vulnere levi in ſpeciem (deliberat extimam cranii pellem glans plumbea, neque læſe ulla ex parte membranæ, queis cerebrum regitur) ſed non percurato & exæſtuante ac labore aſſiduo recrudeſcente, tabuit & animam effudit, tyro maximæ ſpei audax & ſapiens (*Giramondi* elogio Lib. XI. Hiſt.) tam laude, ut ſi primum lanugo obduſſet, parùm à veterano diſtingueretur.

JACOBUS Caumontius *Marchio de Boeſſe* dictus, exempto vivis *Henrico* avo ſuo titulum *Ducis de la Force* aſſumſit & d. 10 Febr. a. 1678 in Parlamento tanquam *Par Francia* ſacramentum dixit, locumque ſibi comperentem occupavit, nobilitatus de cætero hiſce annis firmitate ſua in religione, quam tamen paſſus eſt tandem expugnari, dum nuper una cum liberis quatuor quos habet, publicè in templo Pariſiorum cathedrali majorum ſuorum ſacris nuncium miſit. Prior ejus dem conjux *Maria San Simonia de Courtemer* nupta initio fuerat *Renato de Cordouan M. de Langey*, cum quo divortium fecit, ſententia curiæ, apud quam impotentiæ eum poſtulaverat, d. 8 Febr. 1659 lata, approbatum; licet ille deinceps ducta alia uxore, nempè *Diana de Montant de Navailles*, liberos ſeptem genuerit, quemadmodum in Actis forenſibus (*Plaidoyez.*) *Æg. le Maiſtre* legere eſt.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ ESTRÆÆ.

Stræum nomen non uni familiæ proprium, sed diversis commune, neque illius de qua hoc loco agitur, originem comperam satis & ad liquidum perductam esse *Laburerius in Addit ad Castaln. Memor.* refert. Sedem verò fortunarum in Bononiensi regiuncula hæc fixit inde ab eo tempore, quo ANTONIUS II. *Estræus* hæredem domus *de la Cauchie* matrimonio sibi junxit, cujus quidem avos provaósque qui ediderit, nemo mihi autorum visus est, cunctis ab ipsius patre cognomini, à quo nostra etiam tabula orditur, stemmatis Estræi seriem texentibus. *Clypei* gentis hujus *clathros nigros solo argenteo inscriptos, cum capite aureo merulis tribus nigris exarato*, nec non *leonem aureum corona, falculis & linguâ rubentibus in campo aureo quadripartitim* repræsentant; quorum digmatum *prius gentilitium* est, posterius ob prædictam cum domo *la Cauchie* affinitatem adscitum fuit.

JOHANNES *Estræus*, qui nonnullis scriptoribus *Antonius* III. vocatur, militari fama, atque in primis obsidendarum urbium, & omnis militaris machinationis peritia ac solertia præcelluit, ob quam *summus rei tormentariæ magister* à Rege Henrico II. a. 1550 lectus est. Licet verò primus è primoribus Picardiæ Protestantium sacris accesserit, & castrum suum *Cœuvres*, quod acquisiverat, habendis concionibus commodaverit, orto tamen civili bello, regias partes secutus est, munusque suum adversus asseclas religionis suæ, in obsidione Rothomagensi gnaviter obiit.

ANTONIUS III. *Estræus* paternis artibus innutritus, a. 1578 inter Equites regii Ordinis cooptatus, posteà præfectura *Farræ* auctus, tandemque a. 1597 eodem amplissimo munere, quo pater ipsius functus fuit, *Summi* scilicet *machinarum militarium Magistri*, ornatus est, hoc ipso tamen biennio post sese abdicavit. De *uxore* ejus refert *Albignius Hist. Universf.* L. 4. c. 14 ad a. 1596, fuisse ipsi cum *Ivone Alegrio Barone de Millaut*, strenuo aliàs nec imprudente viro, consuetudinem turpiorem ac paterat, ita ut illum *Isoriacum* cui præerat, proficiscentem haud invita sequeretur: verum cùm in omnem aviditatem prona amatorem ad exactiones atque expilationes oppidanorum perpulisset, illos læsa sæpius patientia & in rabiem versa die quadam tempore matutino impetum in ædes præfecti sui feciisse, & ambos eodem in lecto deprehensos pugionum ictibus confodisse; id verò utrum viventem an defunctum Estræo contigerit, haud satis è prædicto aurore liquet.

FRANCISCUS HANNIBAL *Estræus* initio ad Ecclesiasticum vitæ genus destinatus, *Noviodunensem Episcopatum* obtinuit, prætereàque ad *Cardinalitiam* dignitatem nominatus à Rege Henrico IV. fuit; verum posteaquàm frater ipsius natu maior quem Thuanus *Carolum*, cæteri *Ludovicum* vocant, in obsidione Lauduni mortem opperiisset, illicò pedum cum gladio commutavit, & bellicæ laudis cupidine flagrans multa egregiæ fortitudinis specimina edidit. A. 1624

SCHEMA FAM

MARCHIONES DE COEUV

ANTONIUS D' ESTREES
xisse ferrur circa a.1460.

Antonius II. d' Estrees Dn. d
de la Couchie.

Johannes d' Estrees, Dn. de Vallieu & Cœ
nothi Vindocinenſis f.

Antonius III. d' Estrees Dom. de Coeuvres. *Franciſca Ba
bou, Jacobi Dn. de la Bourdaiſiere f.*

Ludovicus Marchio de Cœuvres occ. in obſid. Laudu ni a. 1594.

Franciſcus Hannibal DUX D' ESTREES Par & Mareſc. Fr. † 5. Maji 1670. 1. *Maria de Bethune, Philippi C. de Selles f.* 1622, † 1628. 2. *Anna Habert de Montmor, Caroli de Themines vid. 1634, † 1661.* 3. *Gabrielis de Longueval, Achillis Dn. de Manicamp f.*

Diana uxor ſecunda, Johannis de Monſtluc M. de Balagny, † 1595.

Margarita, nup. Gabrieli de Bournel Dn. de Namps.

1. Franciſcus Hannibal II. Dux d' Eſtrees Par Fr. *Catharina de Themines, Caroli M. de Lauzieres f.* 1647. †

1. Cæſar d' Eſtrees, *Epiſc.* ac Dux *Laudun. Rom. Eccl. Cardinalis.*

1. Johannes dictus miralis & Mar *Maria Marga*

Franciſcus Hannibal III, M. de Cœuvres. *Magdalena de Lyonne, Hugonis M. de Freſnes f.* 10. Febr. 1670, † m. Sept. 1684.

Carolus M. de Themines.

Johannes *Abbas de Conches Epiſc.* ac Dux *Laudun.*

. . . . . dictus March. d' Eſtrees

ILIÆ ESTREÆ.

RES, DUCES D' ESTREES.

S, Dominus de Vallieu, vi-
Johanna d' Aiz.

de Vallieu. *Johanna Domina*

euvres, † 1567. *Catharina de Bourbon, Jacobi*

Franciſca, nup. Philippo de Longueval Dn. de Haraucour.

Gabrielli, nup. Nicolao Damerval Dn. de Liancourt, poſt *amica* Regis Henrici IV. & creata *Duciſſa de Beaufort*, † 1599.

Angelica Abbatiſſa Malbiſſon.

Juliana Hippolyta, nup. Georgio Brancas D. de Villars.

Franciſca, ux. Caroli Com. de Sanzay.

us Comes d'Eſtrees Vice-Admireſcal. Fr.
ita Morin 1658.

2. Ludovicus Marchio d' Eſtrees dictus occ. cum ſolveretur obſidio Valentianæa. 1656.

2. *Chriſtina, nup.* Franciſco Mariæ Lotharingo C. de Lislebonne 1658, † 18. Decem. ejusdem anni.

Johannes. Cæſar † inf. 1671.

Maria.

Maria Catharina Anna.

missus in Rhætiam cum titulo *Vicarii generalis confœderatorum ad liberandam Vallem Tellinam*, impigrè ac feliciter rem gessit, dignumque se reddidit scipione *Mareschalli Franciæ*, quo ornatus est à Rege Ludovico XIII. A. 1632 Mareschallo Deffiato, præfecto copiarum Gallicarum in Mosellana agentium, surrogatus, Philipsburgum frustra quidem tentavit, Augustam verò Trevirorum Hispanis eripuit. Ab hinc quadriennio Romam extraordinaria legatione à Rege missus, togatæ etiam prudentiæ famam reportavit. Quare hoc insuper meritorum suorum præmium tulit, ut a. 1645. ditio ipsius *Cœuvres* in Suessionensi regiuncula sita titulo *Ducatus* ac *Pariatus* sub *Estræo* nomine augeretur, quam dignitatem Parlamentum assensu suo a. 1663 corroboratiorem ipsi reddidit. Ætatem sortitus est longissimam, utpote quam ultra centesimum annum prorogasse fertur. Scripsit Commentarios de regimine Mariæ Mediceæ, de obsidione Mantuana, nec non de historia rerum in Conclavi, quo Gregorius XV. ad Pontificatum pervenit, gestarum.

FRANCISCUS HANNIBAL II. CÆSAR & JOHANNES Estræi, triga fratrum hac ætate clarissimorum amplissimis dignitatibus eminent. *Primus* enim Insulæ Franciæ & Suessionensi regiunculæ præfectus (cujus muneris successionem filius ipsius primogenitus jam tum obtinuit) à multis annis legationem Romæ obit, regiaque apud Pontificem Maximum negotia sustinet. Habuit in conjugio hæredem *Themineæ* familiæ, eandemque novercæ suæ filiam, *Ponti Themineï* Mareschalli Franciæ & Britanniæ præfecti, a. 1627 vita functi, neptem, quæ fratre suo unico *Ponto Carolo Marchione de Themines*, legionis Navarreæ Tribuno in oppugnatione Mardieci a. 1646 occiso domus suæ hæreditatem crevit. *Alter* Ecclesiasticam vitam sectatus, a. 1655 ad Laudunensem Episcopatum, Ducatus ac Pariatus titulo insignem, posteà a. 1672 à Papa Clemente X. ad Cardinalitiam dignitatem evectus, & titulo *S. Mariæ* in via insignitus est; accessit deinceps munus *Camerarii S. Collegii*, Episcopatum verò a. 1681, Rege annuente, nepoti suo è fratre, *Johanni* nimirum, concessit. *Tertius*, longa militia eaque maritima exercitus, *Vicarius Thalassiarchæ Galliæ* audit, (cujus in muneris successionem filius ejus natu maximus a. 1684. designatus est,) atque a. 1681. d. 25. Mart. à Rege inter *Mareschallos Galliæ* clara meritorum testificatione allectus fuit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ GRAMMONTANÆ.

Uæ *Grammontanum* nomen nunc gerit illustrissima familia ab *Asterienſibus Vicecomitibus* oriunda, ad *Convenarum* sive *Comingii* Comites, in Aquitania quondam clarissimos, originem suam refert. Nimirum *Dodoni Bernardo* Convenarum Comiti, *Laurę* Raimundi VI. Tolosæ Comitis gnatæ marito, filios duos tribuit *Johannes Buchetus*, qui familiæ hujus stemma ad vetos fontes revocavit, *Bernardum* & *Guidonem*. Prior *Convenarum Comites* propagavit, alter *Bertrandam*, Odonis Com. *d' Aure* & Vicecom. *de Larbouſt* filiam unicam uxorem accepit ea lege, ut nomen ac digma *Aurenſe* (hoc *canem venaticum rubeum nigra armilla ornatum in area aurea, margine nigro, cui dicto by-antini nummi aurei inſcripti, cinctæ* repræsentat) adscisceret. Ex hoc matrimonio prodiere *Raimundus*, cujus filia una *Aurenſem* Comitatum ad Vicecomites *Barthanos* transtulit) & *Odo* Vicecomes Larbusti, pater è *Beatrice* Lautreccensi *Sanctii Garſiæ*, quo & *Flora*, Centulli I. Astaracensis Comitis filia, natus est *Arnoldus*, genitor è *Bruniſſenda*, Raimundi Vicecom. *de Lavedan* gnata, *Odonis* II. & *Wilhelmi* inter Cardinales Ecclesiæ Romanæ a. 1338 allecti, & a. 1346 mortui. *Odoni* II. uxor fuit *Alpais*, Jordani IV. Domini *de l' Isle* filia, gnatus, præter *Odonem* & *Wilhelmum* cœlibes, GERALDUS; à quo sequens tabula orditur.

Asterienſis Vicecomitatus, quem SANCTIUS GARSIAS III. *Auranus* via matrimonii in familiam suam transtulit, antiquitatem & claritudinem jam tum Regis Caroli Calvi tempore magnam fuisse, *Arnoldus Oihenardus* in *Notitia Vaſconiæ* refert. qui etiam seriem Vicecomitum illorum enumeravit, ita tamen ut *Sanctio Garſiæ Aurano* diversos ab illis, quos è *Bucheto* hîc recensuimus, progenitores tribueret, sibi ipsi haud constans: cum enim pag. 512 dixisset Vicecomitatum *Asterienſem* deficientibus masculis *Agneti* puellæ obvenisse, quæ cum *Sanctio Garſiæ Aurano* matrimonium contraxit, paucis lineis interjectis quasi sui oblitus dicto *Sanctio Garſiæ* uxorem assignat *Agnetem Larbuſtiam*, parem vero *Johannem* III. Vicecomitem Asterienſem. Neque verò dictionem tantùm, sed etiam *inſignia* Vicecomitum illorum ad progeniem suam Sanctius Garsias transmisit, & conspiciuntur ista hodienum in scuto Ducum Grammontanorum eademque repetita secundum & tertium lacerculum implentia, *ſagittæ* scilicet *aureæ tres, argenteis ſpiculis & pennis inſtructæ, & palorum ſitu deorſum verſæ in ſolo rubeo.*

Post Asterienſem Vicecomitatum intercedente brevi temporis intervallo *Grammontanæ* etiam gentis amplissimæ possessiones ad Auranos devenere, eadem qua ille via, per nuptias videlicet MENALDI cum *Clara Grammontana*. Hæc *Francisco* Grammontii regulo & *Catharina d' Andouins* nata, patruum habuit *Gabrielem* Archiepiscopum Burdegalensem & Tolosanum, eundemque Rom. Ecclesiæ Cardinalem, 24 Mart. 1534 mortuum, fratrem verò unicum *Johannem*, cujus in cœlibatu mortui hæreditatem universam ipsa crevit, eandemque ad filium ANTONIUM transmisit; is tanto sibi ornamento maternum genus duxit, ut misso avito cognomine *Grammontanum* adsciscceret, idque posteris suis commendaret. Atque hujus æstimationis causas haud leves ille habuit, erat etenim clarissimum Grammontanorum sive Acrimontanorum nomen, utpote qui è vetusta & illustri in Navarra inferiore stirpe prognati, fortibus factis & feralibus, quæ cum Bello-

SCHEMA FAMILIÆ

GERALDUS D' AURE, VICECOMES DE LARBOUS
Cominges f.æ. Dulcia d' Espagne, Arnoldi II. Dn. de Mont

2. Sanctius Garsias II. d' Aure, Vicecom. de Larbouft.
Bertranda de Juffan.

Sanctius Garsias III. d'Aure, Vicecom. de Larbouft, Seneſc. allus Bigorræ occ. in ob
Agnes hæres Vicecomitatus Aſterienſis 23. Aug. 1417.

Johannes I. d' Aure Vicecomes d' Eſter † poſt a. 1491. *Johanna Gaſtonis C. de Foix fil*
magnac vid.

Johannes II. Vicecom. d' Eſter † cœlebs.

Menaldus Vicecom. d'Eſter † 5. Jun. 1534. *Clara Domina*
de Grammont hæres domus ſuæ.

Antonius I. Vicecom. d'Eſter, DN. DE GRAMMONT
& de Bidache, † 1576. *Helena de Clermont, Franciſc.*
Dn. de Traves f.

Philibertus Dn. de Grammont, Supremus de Bidache & de Guiche, Vicec. d' Aſter † 1580. *Diana Coriſanda d' Andoins, Pauli Vicec. de Louvignier fil. unica 1567.*

Johannes †juv.

Amadeus Com. de Toulongeon per ux. *Carolam de Clermont † ſ. l.*

Antonius II. COMES de Grammont, Toulongeon & de Guiche, Supremus de Bidache, cr. DUX & PAR. FR. † m
Aug. 1644. *1. Aloiſia, Antonii Dnde Roquelaure f. 2. Claudia de Montmorency, Ludovici C. de Bouteville f.*

1. Antonius III. Dux de Grammont Par & Mareſc. Fr. n. 1604, † 12. Jul. 1678. *Franciſca Margarita du Pleſſis, Hen Dn. de Chiruë f. 28. Nov. 1634.*

1. Rogerus C. de Louvignier, occ. in duello apud Flandros.

2. Henricus C. de Toulongeon, † m. Sept 1679.

Armandus Comes de Guiche, n. 1638. † 29. Nov. 1673, æt. *Margarita Alotia de Bethune Maximiliani Franciſci D. de Sully f. 25. Jan. 1658.*

Carola Catharina, nup. Ludovico Grimaldi D. de Valentinois, Pr. de Monaco 30. Mart. 1660, † 4. Jun. 1678. æt. 39.

Antonius Carolus C. de Louvignier, nunc Dux de Grammont. *Maria Carola, Johannis M. de Caſtelnau Mareſcalli Fr. f. 15. Maji 1668.*

dictus Comes de Grammont.

Donicella de Grammont.

E GRAMMONTANÆ.

UST, Odonis II. F. 1320. 1. *Berengaria, Bernardi V. C. de*
Lautrec fil.

2. Geraldus *Episcopus Convenarum* 1422.

obsid. castri Gauris in Navarra. Jordanus *Episc. Mirepicensis* 1434. post *Conserannensis*, † 1443.

S. Johannis V. C. & Ar- Tristanus *Episc. Conserani* post *Arist* † 31. Oct. 1509. æt.
magn. 90.

Catharina, nup. Carolo Dn de Romefort. Jacobus *Primat. Apost.* *Francisca, nup.* Antonio de Carmain Dn de Negrepelisse. *Apost.*

Catharina, nupta Francisco Bar. de Mauleon.

Margarita, nupta Johanni de Durfort, B. de Duras. *Susanna, uxor* Henrici Desprez, M. de Montpezat.

Catharina, nupt. Francisco de Caumont, C. de Lauzun.

2. *Susanna Carola, nup.* Henrico Mitte, M. de S. Chaumond. 1. Philibertus, dictus Eques post Comes de Grammont. *Elisabetha Hamiltonia* 1671. 2. *Anna Aloisia, uxor* Isaci de Pas M. de Feuquieres † Dec. 1666. 2. *Francisca Margarita nup.* Philippo M. de Lons.

Henrica Catharina, nupta Alexandro de Canonville M. de Raffetot. *Filia duo.*

montana domo exercuere, odiis, famam sibi paraverant, & latis in dicta regione nec non in Vasconia citeriore, ubi *Bidassa* aft ad *Vidasum* amnem supremacu gaudens, dynastis imperitaverant. Horum itaque in decora succedens *Antonius Auranus*, ea avitis antehabuit, & symbolo quoque Grammontano *primum* in scuto suo *locum* assignavit, constat vero id *leone caruleo, lingua & falculis rubentibus in solo aureo.* Idem porrò postquam uxori ipsius Comitatus *Toulongeon* ex hæreditate patruelis suæ *Carolæ Clarmontanæ* quæ *Johannam de Toulongeon* matrem habuit, obtigisset, novam *parmulam quadripartitam* toti clypeo imposuit, cujus 1. & 4. interculus *rubei ternas fascias undosas argenteas*, 2 & 3 *rubei tres gemellas argenteas* deferunt; illo *Toulongeon*, hoc S. *Cheron* designatur. Id denique de *Antonio Grammontano* notandum adhuc fortassis est, quod cum divisa discordiis intestinis Gallia Navarræ Regis & Protestantium sacra partesque secutus esset, in laniena SanBartholomæana, qua excidium istis intentabatur, peculiari Regis Caroli IX. gratia cum Duracio, Gamacio & Buchavanio servatus fuerit, eò quod in ejus fide se fore una cum ceteris promisit nec spem fefellit quemadmodum *Thuanus Hist.* L. 52 refert.

PHILIBERTUS *Grammontanus* in castris Regis Henrici III. militans, dum in *Fara Veromanduorum* oppugnatione pro mœnibus fortissimè pugnat, brachium ex tormenti ictu amisit, quo ex vulnere aliquot post diebus in flore ætatis, agebat enim annum XXVIII. extinctus triste sui desiderium omnibus reliquit. Ab uxore ipsius quæ vidua facta Henrici Regis Navarræ & postea Galliæ amoribus inclarsuit, & falsa nuptiarum suarum spe semet delusit, Comitatus Lupanarienfis (*Louvignié*) in Vasconia superiore Grammontanæ familiæ obtigit. Erat ille olim Vicecomitatus, titulumque recentiorem à Rege Carolo IX. acceperat, in gratiam Fuxiorum, penès quos tunc erat, & ad quos cum *Johanna Aydia*, Odeti Aydii Comitis Convenarum & Mariæ hæredis pristinæ Lupanarienfis familiæ gnata, Johanni Fuxio Lautreco nupta, transierat; hujus verò liberis absque progenie extinctis, ad Andoinsios ille devolutus est, utpote à priscis Lupanarii Vicecomitibus per Margaritam Fontanerii III. Vicecomitis filiam, quæ in familiam istam denupsit, oriundos.

ANTONIUS II. *Grammontanus* in exercitu Regis Ludovici XIII. castrametatoris munus obiit, idem inter Equites Ordinum regiorum allectus, Navarræ, Bearniæ & Bajonæ præfecturam gessit, eandemque ad filium suum natu maximum nepotesque transmisit. Idem à dicto Rege non ita multo ante obitum suum diploma *Ducalis* tituli accepit.

ANTONIO III *Grammontano* Rex Ludovicus XIV. titulum *Ducis* ac *Paris Francia* denuò contulit, eandemque Curia Parisiensis a. 1663 d. 25. Decembris ratum habuit. Eximiis ille corporis atque animi dotibus præditus, & omnibus belli ac aulæ artibus imbutus, fama nominis plerasque Europæ regiones implevit. Militiam vix pubescens auspicatus, & magnis eventis ac periculis immixtus ita se gessit, ut an. 1641, postquam exercitui regio titulo *Vicarii generalis* præfectus Ariam, Bassæam, & Bapalman Hispanis eripuisset, *Marescallus Franciæ* crearetur. Anno sequenti gravem cladem, eandémque, ceu autor *commentarii de vita Vicecomitis Turenii* refert, voluntariam, ut scilicet Cardinali Richelio, cognato ac patrono suo, tunc ab æmulis pæne supplantato, velificaretur, apud *Honnecurtium* ab Hispanis passus, posteà victoria Friburgensi, cujus haud exigua pars fuit, illam sarsit. Sed an. 1645 in memorabili apud *Allersheimum* prope Nordlingam prælio, etsi victores Galli discessissent, in hostium manus pervenit & Monachium abductus est. Recuperata libertate enituit eius opera in oppugnatione *Ilerdæ* a. 1647, & in pugna ad *Lentiacum* a. 1648. Præterea quoniam naturali dexteritate & comitate præditus inter togatos etiam facilè & suaviter agebat, ingeniumque & linguam in promptu habebat, civilibus etiam negotiis adhibitus atque a. 1658 *Francofurtum ad Mœnum*, quò Electores eligendo Imperatori convenerant, missus est, quam legationem splendidè quidem & pro dignitate Regis sui obiit, sed irrito rerum, quas in mandatis habebat, molimine. Pulchrius ac felicius altera ipsi evenit legatio, qua a. 1660 *Madritii* Infantem Hispanicam Regi suo conjugem rogans, decorè ac lepidè functus est. Extremum diem *Bajonæ* explevit, ubi calculi doloribus correptus, & specillum passus, inflammationem atque ex ea gangrænam contraxit, qua oppressus est.

HENRICUS Comes *de Toulongeon* cœlebs mortuus Marchionissam *de S. Chaumond* sororem suam hæredem scripsit, munus verò *Locumtenentis regii in Navarra inferiore*, quod gesserat, frater ipsius PHILIBERTUS adeptus est, à quo Comiti *de Rebenac-Feuquieres* venditum id fuisse accepimus. Ex illius filiabus una inter virgines honorarias Delphinæ locum occupat.

ARMANDUS Comes *Guichium* fuit tota Europa celebri hominum fama & multo nomine propter dexteritatem, qua in Martis Venerisque palæstra conspicuum se reddidit; & huic quidem postquam domi plus satis licavit, illum ad Sarmatas usque sectari adactus, ejusdemque cultui integra adhuc ætate immortuus est. Reversus enim post aliquod temporis intervallum in Galliam, dum Regis sui auspiciis in Palatinatu militat, febri continua correptus *Crucenaci* vivendi finem fecit.

GENEA-

GENEALOGIA
FAMILIÆ PORTEO MAZARINIANÆ.

POrteam familiam hoc demum seculo fortuna è tenebris & silentio in lucem famamque protulit, & primatibus Galliæ miscuit. Etiamsi verò vulgatam traditionem, quæ RUDOLPHUM *de la Porte* à quo tabula initium ducit, inde nomen traxisse fert, quod à nutricio suo ad portam ædium repertus fuerit, in calumniæ loco ponamus, nobiliorem tamen gentis originem atque antiquitatem vestigantes, hæremus in falebra; *Insignia* verò ejus *luna falcata maculis mustelinis quinque distincta in scuto rubeo* constabant, antequam *Mazariniana*, ceu post dicetur, assumta fuere.

FRANCISCUS *Porteus* studia Jurisac legum secutus, causarum patrocinium suscepit, & cum celebri in toga familia *Bochartorum* affinitatem contraxit, ducta in matrimonium *Claudia*, quæ *Antonium* Senatorem Parisiensem patrem, *Johannem* Dominum *de Champigny*, in eadem Curia Senatorem & demum Consiliarium Status, ceu vocant, patruelem, *Stephanum* verò Dominum *de Menillet*, qui *Samuelis Bocharti* phœnicis eruditorum Galliæ avus fuit, patruum agnovit; filia verò ex illo conjugio genita & in Richelianam domum elocata fons & origo incrementorum stirpis suæ fuisse dici potest.

CAROLUS II. *Porteus* militiam sectatus prima rudimenta in memorabili ad Susæ fauces pugna a. 1629 posuit, posteaque in conflictu ad pontem Cariniani 1630 strenui viri officio functus, aliquod nomen sibi paravit, commendatione Cardinalis Richelii amitini sui insigniter amplificatum. Hinc eodem impulsore subitò ad altiorem gradum emersit, castro Nannetensi a. 1632 præfectus, inter *Equites Ordinum regiorum* a. 1633 allectus & munere *supremi rei tormentariæ præfecti* a. 1634 auctus. Interfuit exinde oppugnationi *Mothæ* in Lotharingia, prælio *Avenienſi*, obsidionibus *Lovanii* & *Dole*, demùmque a. 1639 *Hesdino* ad deditionem adacto, in ipsa muri ruina scipione *Mareſcalli* à Rege decoratus, quod die 30. Junii factum, quarriduo post munitum hostem ad amnem *Agrium*, qua S. *Nicolai* pagum præterfluit, facta impressione perrupit, & ultra amnem magna clade dissipulit, hancque victoriam mox alia de Comite Ludovico, Croatarum legionem dubitante, reportata, cumulavit. A. 1640 expugnationis *Atrebatii* magnum momentum fuit, sequentibúsque annis *Ariam*, *Basseam* & *Bapalmam* in Flandria, *Coluviriam*, *Perpinianum* & *Salsas* in Rusci-nonensi Comitatu Hispanis eripuit. A. 1644 sub Duce Aurelianensi *Locumtenentis Generalis* munia obiit; a. 1646 exercitum Gallicum in Italia moderatus *Plumbinum* & *Portum Longum* occupavit; horumque meritorum mercedem a. 1649 legationem Britanniæ & titulum *Ducis ac Paris Franciæ*

accepit,

SCHE

DVCVM DE LA MEILLERAYE

RUDOLPHUS DE LA POR

Franciſcus de la Porte, Ux. 1. *Claudia Boch*

1. *Suſanna, nup.* Franciſco du Pleſſis Dn. de Richelieu.

2. Carolus de la Porte, Dn. de la Meilleraye. *Claudia de Champlais, Franciſci f.*

Carolus de la Porte, DUX de la Meilleraye, PAR & Mareſcal 1664. æt. 62. 1. *Maria Ruzé, Antonii M. d' Effiat., Mari de Coſſé, Franciſci D. de Briſſac f.*

1. Armandus Carolus DUX DE MAZARIN, de Mayenne Beffort, Marle, & Secondigny, Baro d' Altkirch, M. de *Hortenſia Mancini, Laurentii & Hieronymæ Mazarina f.*

Maria Carola, n. 28. Mart. 1662. nup. Ludovico du Pleſſis de Vignerod M. de Richelieu m. Dec. 1682.

Maria Anna, n. 1663, m. Majo, nup. Ludovico Chriſtophoro Gigault, M. de Bellefons, 30. Sept. 1681.

PETRUS MAZARINI Panormo Romam delatus dux *filiam, 2. Portiam ex Urſinis.*

Julius Mazarini, n. 14. Jul. 1602, *Rom. Eccl. Cardinalis Diaconus*, Franciæ Supr. Miniſter Status, Dux de Mayenne & de Nevers, † 9. Mart. 1661.

Margarita Mazarini, nup. Hieronymo Martinozzi Comiti, Patricio Fanenſi 6. Jul. 1634. † 9. Jun. 1685.

Laurentia Martinozzi nup. Alphonſo Ateſtino D. Mutinæ 1655.

Maria Anna Martinozzi, uxor Armandi Borbonii Pr. de Conty 1654, † 4. Febr. 1672.

N. Mancini, Comes, occ. in pugna ad portam S. Antonii Pariſ. 1652.

Laura Mancini nup. Ludovico Duci de Vendome 1651 † 7. *Febr. 1657.*

Olympia Mancini, nupta Eugenio Mauricio de Sabaudia Com. de Soiſſons 1657.

Filius natus Venetiis m. Majo 1675.

EMA

AYE, DE MAZARIN & DE NEVERS.

ORTE, vixit circa a. 1492.

chart, Antonii F. 2. Magdalena Charles.

2. Amador de la Porte, *Eques Melit. Magnus Prior Franciæ* † 31. Oct. 1644.

2. *Leonora, nup.* Franciſco de Chivré, Dn. du Pleſſis.

ſcallus Fr. Eq. O. R. † 8. Febr. *Mareſcalli Fr. f. 1630.* 2. *Maria*

Magdalena, Abbatiſſa de Chelles, † 4. Sept. 1671. æt. 74.

ne, & de la Meilleraye, Par Fr. Comes de Ferrette, Tannes, de Montcornet, Pr. de Chateau-Porcien.
f. 28. Febr. 1661.

Maria Olympia, n. 1665.

. . . . . Dux de la Meilleraye, n. 25. Jan. 1666.

. . . . . *de Durfort, Jacobi Henrici D. de Durat filia, menſ. Dec. 1685.*

uit 1. *Hortenſiam Buffalini, Joh. Baptiſtæ & Dianæ Mancini*

Michael Mazarini, dictus in baptiſmo, Alexander, *Ord. Dominican. monachus*, poſteà *Generalis, Sacri Palatii Magiſter, Archiepiſc. Aquenſis, Cardinalis Presbyter tit. S. Ceciliæ* cr. 7. Oct. 1644, Prorex Cataloniæ, † 31. Auguſt. 1648. æt. 43.

Hieronyma Mazarini nup. Laurentio Mancini, Nobili Romano.

Clerta Mazarini nx. Petri Antonii Muti, Nobilis Romani.

N. Mazarini, monialis Romæ ad B. Virginem in campo Martio.

Philippus Mazarini Mancini DUX de NIVERNOIS & DONZIOIS, Eq. O. R.
Diana Gabrielli de Damas, Claudii Leonori M. de Thianges f. 15. Decem. 1670.

Maria Mancini nup. Laurentio Columnæ, Pr. de Palliano, Comeſtab. Neapol. 1661.

Hortenſia Mancini, nup. Armādo Carolo de la Porte D. de Mazarin 1661.

N. dictus *Abb. Mancini*, † juv. 15. Decem. 1654.

Maria Anna Mancini, nup. Godofredo Mauritio de la Tour D. de Bouillon 1662.

d. 15 Dec. a. 1663 à curia Parisiensi confirmatum. Obiit etiam supremam sacri ærarii præfecturam, eamque annuo tantùm spatio, illa scilicet tempestate, qua *Michael Particelli* in offensam aulæ lapsus ea abstinere cogebatur.

ARMANDUS CAROLUS avitum nomen ac digma cum *Mazariniano* commutavit, ex quo à *Cardinale Mazarino* post ductam in matrimonium ipsius neptem, in nomen armaque familiæ suæ adoptatus, & Legatarius universalis constitutus fuit. Itaque *Dux Mazarini* in præsentia audit, quod nomen Rethelensi provinciæ, à Cardinali, inito cum Mantuæ Duce contractu, emtæ & in ipsius gratiam denuo *Ducali* titulo ornatæ, impositum fuit, & loco lunæ cornuæ maculis mustelinis distinctæ, *fasces consulares, securim* scilicet *argenteam, virgis auro tinctis & argento colligatis cinctam in scuto cæruleo, quod fascia rubea stellis tribus aureis distincta permeat*, gerit. Eidem affinitati Ducatum *Meduanensem* dotis loco sibi traditum, nec non supremam Alsatiæ præfecturam debet. Officiis verò cum paterna hæreditate sibi delatis rei nempe tormentariæ curatione & Britanniæ legatione se abdicavit.

Resipsa portari visa est, quoniam de Mazarino Cardinali ejusdemque consanguineis occasio admonuit, aliquam eorum *ἀγερώνων* huic tabulæ subjungere, inprimis gratia *Ducis Nivernensis*, qui licet Italicæ originis Paribus Galliæ a. 1660 adscriptus fuit. Gens *Mazarinorum* è Liguria oriunda sedem in Siciliam transtulit; inde PETRUS *Mazarinus* Panormi natus, Romam demigravit, uxoremque ibi duxit. JULIUS filiorum ejus natu maximus in oppido *Piscinæ* apud Samnites, in ædibus avunculi sui, Abbatis *Busalini*, felices natales fortitus, signa singularis ac præcipuæ alicujus fortunæ è matris utero (referente *Ciaconio Historia Pontif. & Card.* T. IV. p. 612) protulit, non nudus ut cæteri homines, sed tunica quadam quasi veste circumdatus, præteréaque duobus in ore dentibus armatus, in lucem egressus. A prima pueritia studio ad literas latus iisdem Romæ, postèaque Compluti in Hispania operam dedit, inde parentis sui de parricidio postulati periculo Romam revocatus, ipso discrimine exempto militiæ nomen dedit, & cum exercitu Pontificio motuum Tellinæ vallis ergò conscripto in Insubriam profectus est, ubi postquàm Francisco Sacchetto Commissario Pontificio postèaque Antonio Barbarino Cardinali innotuisset, atque ab iisdem ad reipublicæ negotia cum ministris Gallicis, Hispanicis & Sabaudicis pertractanda adhibitus fuisset, magnam brevi claritudinem, ingenio & facundia, quibus valebat, consecutus est, eandemque *pace Cherascensi*, sua maxime dexteritate, cum Galli Hispanique ad atrox prælium intenti instructa acie apud Casalium starent, concluså, insigniter auxit, usque adeò ut Romam reversus à Papa Urbano VIII. inter Canonicos Basilicæ Lateranensis & *Referendarios utriusque Signaturæ* legeretur, deinde *Prolegatus* Avenionem & *Nuncius Extraordinarius* ad Regem Ludovicum XIII. mitteretur. Hac opportunitate ad pernoscenda Gallici regiminis mysteria omnemq; regni hujus Statum utens, & ingenium in promptu habens, Regis nec non Cardinalis Richelii animos mirè sibi devinxit, ita ut utriusque commendatione ad *Cardinalitiam* dignitatem d. 15 Dec. a. 1641 evectus fuerit. Exempto paulò post vivis Richelio, in vices ejus succesit, à Rege verò haud diù illi superstite inter Executores testamenti sui nuncupatus, rerum Gallicarum arbitrium indeptus est, hocque difficillimo in apice ad obitum usque perstitit, omnia, licet diversis à Richelianis rationibus, contrarioque morum tenore uteretur, nutu versans, Regis, Reginæque matris amorem sartum ac tectum obsequio ac solertia sibi servans, magnatum invidiam, Parlamenti malevolentiam, plebis odia, tolerans, tandemque mansuetudine, constantia ac benignitate superans, discessionem è regno aliquando prudenti velificatione factam, glorioßissimo & triumphali reditu pensans, ultimam denique vitæ suæ periodum pacis inter Gallos Hispanosque sanctione coronans. E summis, quas accumulaverat, opibus maxima pars in Regem, cujus beneficiis eas debebat, redundavit, quippequem hæredem ex asse scripsit, *Armandum Carolum Porteum* in familiam nomenque, ceu superius dictum, adoptavit, PHILIPPUM MANCINIUM sororis suæ filium Ducatibus *Nivernii* & *Donziaci*, à Mantuæ Duce una cum Rethelio emptis, præterea præfecturis & pecunia locupletavit, neptesque omnes, splendidißimis à se matrimoniis auctas luculentis legatis impertivit. Characterem cæteroquin ejus graphicè Priolus de reb. Gall. L. I. §. 10. expressit.



GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ NEOVILLEÆ.

Neovilleo nomine vix ullum reperitur communius ac magis promiscuum, & numeravit *Carpentarius* plus quinquaginta per Gallias familias ac ditiones id nominis gerentes, quemadmodum in *Historia sua Camerac. Parte III.* affirmat. Illa, de qua hoc loco sermo est, distinguitur, à cæteris cognomine *Villaregio* nec non *dignate cantherii aurei in cæruleo solo positi & crucibus anchoratis tribus ejusdem metalli stipati.* De ejus incunabulis nihil mihi hucusque lectum est, nec autor oculis usurpatus, qui NICOLAI, à quo sequens tabula initium ducit, genitores ac majores ediderit; neque tamen ea propter obscuro ipsum loco natum fuisse crediderim, utpote qui in luce Galliæ, in oculis florentissimi regni munia *Secretarii sanctioris consilii* obiit, & clari ac nobilis viri, officio præfecti primi domus regiæ sub Francisco I. ejusdémque nomine legatione apud Helvetios functi, gnatam in matrimonio habuit.

NICOLAUS II. *Neovillus* munus, quod parens ipsius ornaverat, nec non officium *Thesaurarii Ordinis regii* gessit. Idem cognomento *le Gendre* aliquandiu usus est, postquam scilicet ab avunculo suo magno *Petro le Gendre* Thesaurario Galliæ, & ditionum *Villeroy*, *Alincourt*, *Magny*, *Bouconvillier* aliarumque domino hæres ex asse institutus fuit, ea lege, ut nomen armaque familiæ *le Gendre* adsciscere; atque huic legi morem gessit, usque dum per literas à Rege Henrico II. è Cancellaria ipsi mense Majo a. 1554 concessas, ab illa absolutus & in nomen insigniaque generis sui restitutus est. Hæ literæ a. 1679 renovatæ & corroboratæ sunt per sententiam à Curia Parisiensi latam adversus nonnemínem, qui possessiones è dicti Petri *le Gendre* hæreditate ad Neovillos devolutas apperere & Marescallo Villaregio ex capite non præstitæ conditionis à testatore præscriptæ, dicam impingere sustinuit, quemadmodum *Laroquius* in Tractatu *de l' origine des noms* refert.

NICOLAI III. *Neovilli Villaregii* admirandam ingenii dexteritatem & cautam prudentiam, longo rerum agendarum usu partam eximiis laudibus *Thuanus* in *Historia sua* vehit: a. ætatis quinto & vicesimo socero suo in amplissimo munere *Secretarii status*, seu vocant, surrogatus, rebus regendis ista jam tum ætate haud impar, procuravit negotia Galliæ ad senectam usque magna nominis sui gloria, & insigni vitæ morumque innocentia, quatuorque Reges videlicet *Carolum* IX. *Henricos* III. & IV. nec non *Ludovicum* XIII. emensus est, haud equidem prospera semper fortuna, neque cursu honorum planè inoffenso: namque *Henrico* III. apud quem plurimum autoritate valuerat, falsa suspicione, quasi Guisio occultè faveret, nec sincerè in pacis cum illo & fœderatis negotio versatus esset, alienatus, tandem ab eodem a. 1588 pro prono suo ad fastidia animo, ab aula remotus, & domum suam relegatus est; quod ipsi præter omnem spem atque exspectationem accidisse *Thua-*

SCHEMA FAMIL

MARCHIONES D' ALINCOU

NICOLAUS DE
Dimissis du Muse

Nicolaus II. de Neufville Dn. de Villeroy, Alincourt, Mag
Wilhelmi Dn. de Fontenay f.

Nicolaus III. de Neufville, Dn. de Viller
helpine Claudii Dn. de Chateauneuf f.

Carolus de Neufville, Marchio d' Alincourt, Dn.
1. Margarita de Mandelot, Francisci fil. un, 15
1596.

1, Magdalena, nup. Petro Carolo Brulard Dn. de Puisieux.

1, Catharina, ux. Johannis de Souvré, M. de Courtenvau, † 1657.

2. Nicolaus D. de Villeroy PAR & Maresc. Fr. † 28. Nov. 1685, æt. 88. *Magdalena de Crequy, Caroli D. de Lesdiguieres f. 1617. † 31. Jan. 1675.*

2. Carolus C. de Bury, † 1. 1628. *Francisca Phelippeaux Raimundi Dom. d' Herbaut f.*

Francisca, nup. 1. Justo Ludovico II. C. de Tournon, 2. Henrico Ludovico d' Albert, D. de Chaunes, 3. Johanni Vignier M. de Hauterive 1667.

Catharina, ux. Ludovici de Lorraine C. de Harcourt-Armagnac ducta 1660.

IÆ NEOVILLEÆ.

URT, DUCES DE VILLEROY.

I NEUFVILLE.
ou, Petri filia.

igny, Bonconvillier &c. † 1599. *Johanna Preudhommes,*

roy, † 12. Nov. 1617. *Magdalena de l'Au-*
17. Jun. 1559.

. de Villeroy, Eques Ord. Reg. † 18. Jan. 1642.
it † 2. Jacobina de Harley Nicolai Dn. de Sancy fil.

2. Camillus *Archiep.* & Comes *Lugdun.* 1653. Commendator Ord. Reg.	2. Ferdinandus *Episc. Maclov.* 1644. *Carnut.* 1657.	2. Lyon Franciscus *Eques Melit.* occ. in oppugn. Turini 3. Aug. 1639.	2. *Maria, nup.* 1. Alexandro de Bonne C. de Tallart. 2. Ludovico de Champlais Dn. de Courcelles.	

Carolus M. d'Alincourt † 25. Januar. 1645. æt. 19.

Franciscus Dux de Villeroy.
Maria Margarita de Cossé, Ludovici D. de Brissac f.
28. Mart. 1662.

Franciscus M. d'Alincourt.	*Magdalena.*	*Camilla † inf. 7 Jul.* 1671.	N. de Neufville, natus 15. Sept. 1677.

nus Lib. 92 refert, quippequi à Regis benignitate, & reginæ commendatione dignitatem ampliorem sibi pollicebatur, utque ejurato munere, quod totos XX. annos summa laude administraverat propter eximiam rerum agendarum peritiam longo usu contractam, negotiorum regni velut arbiter constitueretur. Restitutus sub *Henrico* IV. in pristinum locum, illo mortuo opera Ancræi, præpotentis tunc viri, & Regis pueritia ad libidinem suam abutentis, iterum a. 1616 eo dejectus est, sed autore injuriæ sublato eundem recuperavit, & ornavit ad extremum usque vitæ tempus, quod quidem sequenti statim anno confecit octogenario proximus. *Tenues illi*, ut *Gramondi* verba è *Lib. 3. Histor.* subjungam, *opes pro longa administratione, quo patuit res Gallicas procurasse ipsum magis, quam suas, quod rarum in aula eique magis laudabile.*

CAROLO *Neovillo Alincurio* offensa Regis Henrici III. patri suo è falsis, ceu dictum est, suspicionibus conflata, itidem fraudi fuit, & præfectura Lugdunensi privavit: eam enim idem Rex, cum *Alincurius* ejus permissu *Francisci Mandelotii*, qui eandem tenebat, & diu magna prudentiæ ac moderationis opinione rexerat, filiam in uxorem duxisset, ipsi destinaverat, sed postea Villaregio domum relegato in Nemorosium transtulit, ceu *Thuanus Lib. 93.* memorat. Verùm mutatis sequenti tempestate rerum vicibus, non Lugduno tantùm, sed & circumjectæ regioni, præterea Forensibus & Bellijocensibus præfectus est, idque muneris ad posteros suos transmisit. Functus porro legatione apud Pontificem Romanum, tandem sexto & septuagesimo ætatis anno Lugduni fatis concessit.

NICOLAUS IV. *Neovillus Villaregius* cum Rege Ludovico XIII. *infantis honorarius*, ceu vocant, educatus, simulac belli patiens fuit, in castris Marescalli Lesdiguieri militiam didicit, primaque rudimenta in Pedemontio posuit: postea in bello intestino pleraruinque expeditionum adversus Protestantes magna pars, illoque iterum in Italiam translato victoriarum apud Susam & Carignaoum haud exiguum momentum fuit, Pignerolium & Catalium rexit, & oppugnationi Valentiæ interfuit. Exinde in Comitatu Burgundiæ, tum in Catalonia, tandem in Lotharingia strenuè ac prudenter rem gerendo, præterea in aula etiam atque inter togatos valdè acutum, & multùm providentem sese præbendo meruit, uta. 1646 *moderandæ pueritiæ Regis Ludovici XIV.* unus ex omnibus proceribus deligeretur, & paulò post Scipione *Marescalli Francia* decoraretur. A. 1651 postridiè quam Rex suæ tutelæ factus gubernacula suscepit, titulo *Ducis ac Patricii regni* auctus est, quem suprema Curia a. 1663, d. 15 Dec. confirmavit. A. 1661 munus *Præsidis in Consilio regio ad curam ærarii instituto* accepit, sequentisque anni initio torque Ordinum Regiorum decoratus, ad ultimam senectutem ætatis suæ terminos produxit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ RUPICHOARTIÆ.

AD *Vicecomites Lemovicenſes* originem gentis *Rupichoartia* referunt ſcriptores, inter quos eminet laudatiſſimus *Johannes le Laboureur*: is exquiſitis & ſæpè nobis citatis additionibus, quibus *Michaelis de Caſtelnau, Domini de Mauviſſiere*, viri & ſago & toga regnante Carolo IX. præſtantiſſimi, commentarios ſive *Memorialia*, illuſtravit, & clarorum ſeculi ſuperioris virorum facta domi ac foris memoriæ prodidit, cum aliarum Caſtelnoviæ domui cognatarum familiarum, tum inprimis Rupichoartiæ genealogiam ſubtexuit, eiſdemque à dictis Lemovicum Vicecomitibus deductionem veterum tabularum & Hiſtoricorum fide corroboravit, atque ad liquidum perduxit. Nimirum *Geraldo* Vicecomiti, quarto à *Fulcherio*, quem Eudo Pariſiorum, Aurelianenſium & Lemovicum Comes, Roberti Fortis filius, ad regium apicem evectus, vicaria poteſtate Lemovicibus Impoſuit, complures tribuuntur gnati, quorum *duo*, ut verbis è *Chronico Godefredi* a Laburerio allegatis utar, *Pontificatum Lemovicenſem adepti ſunt*, Hildegardis *ſeilicet & Alduinus: alter* Guido *vocatus eſt, qui Tuſturicenſem Abbatiam conſtruxiſſe narratur*, AIMERICUS DE RUPECAVARDI, *qui cognominabatur* OSTROFRANCUS & Geraldus *de Argentonio*, Gaufredus *aliique*. Ex his *Guido* Lemovicenſem Vicecomitatum tenuit, eundemq; ad filium ſuum *Aimarum* II. transmiſit, quo natus *Aimarus* III. *Guidonem* II. genuit, parrem *Guidonis* III. præmaturo fato abrepti, & *Humbergæ* cum qua Vicecomitatus ille ad *Archambaldum le Barbu Vicecom. Combornenſem*, & ab hujus progenie cum *Maria Guidonis* VI. qui *Archambaldi* abnepos fuit, *filia* in *Britannicam* domum tranſiit. A *Geraldo*, qui alter Geraldi Vicecomitis Lemovicum filius, & *de Argentonio* cognominatus eſt, orti ſunt *Vicecomites de Broſſe*, quorum hæreditatem *Hugonis*, octavo à Geraldo gradu remoti, gnata unica *Johanna Antonio de Chauvigny Domino de Chaſteau-Roux*, marito ſuo attulit; ſtirpem verò propagavit *Rogerus*, Hugonis frater natu minor, Dominus *de Sainte Severe* & de *Bouſſac*, cujus poſteritatem *de Britannia* & Comitum *de Penthievre* cum avito conjunxerunt, poſtquam *Johannes* Dom. de *S. Severe, Johannis* Mareſcalli Franciæ filius, *Rogeri* atneptos, *Nicolaum de Blois & Bretagne*, quæ Johannam *de Bretagne*, Comitiſſam de *Penthievre* proaviam habuit, uxorem duxiſſet, & Bleſenſis domus prætenſionem in Ducatum Britanniæ (de qua *Parte prima* ad *Tab.* Ducum hujus nominis dicta quædam ſunt) renovaſſet. Poſtremus ex hac ſtirpe *Johannes* fuit, Johannis modo memorati pronepos, *Comes de Penthievre* dictus *Dux d' Eſtampes*, ab uxore *Anna de Piſſeleu de Heilly*, Regis Franciſci I. amica, quam ad reſtaurandas fortunas ſuas, in tennem conditionem per defectionem *Renati* parentis ſui, & confiſcationem bonorum ejus redactas, duxit, ſed nullam ex ea prolem ſuſcepit, hæredémque reliquit ſororem ſuam natu maximam *Carolam*, Franciſco Lucemburgio Vicecomiti de *Martigues* nuptam. Jam tandem ad AIMERICUM ſive ALMERICUM, cui cognomentum OSTROFRANCO fuiſſe dictum eſt, redeundum: is titulum *Vicecomitis de Rupecavardi*

FAMILIÆ RUPICI

VICECOMITES DE ROCHECHOU

AIMERICUS DE LIMOGES, cõgn. Ostrofrancus
a. 1018. Ux. *Ave, Wilhelmi Com. Engolismensis fil.*

Aimericus II. Vicecom. de Rochechouart, occ. post
Ermesina Fulcaldi Dn. de Champagnac f.

Aimericus III. Vicecom. de Rochechouart 1069. — *Alpais de Salagnac.*

Rothbergâ, nup. Archi
born.

Aimericus IV. Vicecom. de Rochechouart, vixit adhuc a. 1120. uxor *incomperta.*

Aldebertus. Boso

Aimericus V. Vicecomes de Rochechouart, vixit 114

Aimericus VI. Vic. de Rochechouart. *Lucia Dn de Peru*

Aimericus VII. Vicecomes de Rochechouart. *Aloisia, Wilhelmi Dn. de Mortem*

Aimericus VIII. Vicecomes de Rochechouart, Dn. de MORTEMAR & de Perusse
V. Vicecom. Lemovic. f. † 1259.

Aimericus IX. Vicecom. de Rochechouart. *Johanna, Godofredi Dn. de Taunay-Charente f. & her.* 1251. *ipsa* † 7. *Jan.* 1263.

Wilhelmus DOM. de MORTEMAR. Vid. Tab. VI.

Guido *Archidiac. L*
movic.

Aimericus X. Vicecom. de Rochechouart, † ante a. 1292.

Simon Dn. de TAUNAY CHARENTE, post Vicecom de Rochechouart, † 1316. *Laura de Chabanois, Jord*
III. Pr de Chabanois f. ac her. Raimundi VI, Vic. Turen

Aimericus XI. Vicecom. de Rochechouart † sine lib. circa a. 1306. *Germasia, Elia Rudel Dn. de Pons f.*

Johannes I. Vicecom. de Rochechouart, Dom. Taunay Charente occ. in pr. Pictav. 10. Sept. 13
Johanna Dom. de Corbeffy, Henrici Dom. de S
f. 1336.

Ludovicus Vicecom. de Rochechouart, Dn. de Taunay Charente, Brion, Maupas & Mosay. 1. *Maria de Trig*
dicta de Javarcy, 2. Isabella de Partenay Dn. d' Aspremont.

1. Johannes II. Vicec. de Rochechouart Dn. de Taunay Charente &c. *Æmor de Mothe-felon Dn. de Jars, Theobaldi Dn. de Mothe-felon fil.*

2. Fulqueſius, Dom. de Brion † impro-lis.

1. *Isabella, nup.* 1. Wilhelmo Albert, 2. Johanni Vicec. de Vilemur, 3. Wilhelmo Guenant Dn. des Bordes.

2. Ludovicus Dom. Aſpremont, Az Brion & Clervau

Godofredus Vicec. de Rochechouart Dom. de Mauzé & Taunay Charente. *Margarita Chenin, Renaldi Dn. de Mauzé f.*

JOHANNES DN. DE JARS & CHARROU &c. Vid. Tab. III.

Simon Dn. d' Ancou *Philippa de Sully Dn. Beaujeu.*

Fulcaldus Vicec. de Rochechouart Dn. de Taunay Charente & Mauzé. 1. *Isabella de Surgeres, Jacobi Dn. de la Floceliere f.* 2. *Margarita de la Rochefoucaud.*

Johanna, nup. Fulcaldo Dn. de la Rochefoucaud 1427.

Agnes, nup. Leonardo S. Chriſtophle Dom Liborneau.

Anna Viceconitiſſa de Rochechouart, Domina de Taunay Charente, Mauzé &c.
Vid. Tab. ſeq. II.

HOARTIÆ TAB. I.

UART, PRINCIPES DE CHABANOIS.

s, VICECOMES DE ROCHECHOUART, vixit circa

ta. 1047. Geraldus de Rochechouart.

aimbaldo Vicecom. de Com- Hildegarius Dn. de Champagnac. *Arfenda.*

n Dn. de la Sale. Mauritius. Petrus. Aimericus.

sse.

er, Availles & S. Germain fil. ac her.

e. † 1245. *Margarita, Guidoni* Fulcaldus Dn de Saint Germain. Simon Dn. d'Availles.

Le- Simon *Archiepisc. Burdegal.* 1275, † 1280. Aimardus Dn. de Chastelus, sine lib. Fulcaldus *Canon. Lemovic.* *Agnes, nup.* Guidoni VI. Dn. de la Rochefoucaud, † 1261, 6. Jan. *Margarita, ux.* Aimari Dn. d'Archiac. *Alisa, nup.* N. Dn. de l'Esparre.

nes Fulcaldus *Episc.* & *Comes Noviodun.* 1318, *Archiepisc. Bituric.* 1330, † 7. Aug. 1343. *Johanna, nup.* Ponto de Mortagne Vicecom. d'Aunay 1318.

de *Johanna monialis Piscinii* 1336. Aimericus de Rochechouart PRINCEPS DE CHABANOIS, Dn. de Confolant. *Alisa de Chateaunens.*

Johannes *Episc. Sanpontan. Archiep. Bituric.* post *Arelat. Cardinalis* † 1398. Eschivatus Pr. de Chabanois Dn. de Confolant. *Sibylla de Bousse.* *Lora de Chabanois.*

2. Johannes Dn. de Galardon. *N. hæres de Baucay.* ⊙ *2. Johanna Abbatissa S. Dionys. d'Oleron.* Johannes Pr. de Chabanois, † cœlebs. *Johanna Pr. de Chabanois, Dom. de Confolant, nup. 1.* Wilhelmo IX. Dom. de Surgeres, 2. Miloni de Thouars, Dn. de Pausauges.

ur, Ludovicus Dn. de Breviande. *Maria, nup.* Ludovico Dn. de Pierre Buffiere. Jacobus Dn. d'Aspremont & Brion. *Margarita de Montfaucon.* *Isabella Dn. de Galgrdon Baucay & Brion, nup.* Renaldo Chabot, Dn. de Jarnac.

Philippa Dn. de Beaujeu, nup. 1. Johanni Dn. du Melnil-Simon 1445, 2. Georgio Haliburton, Scoto, 3. Joannoto Douglas, itidem Scoto. *Maria, ux.* Johannis Faulcon Dn. de Thorost.

cavardi sive *Rochechouart*, & *scutum fasciis undosis rubeis & argenteis tenuis exaratum* adscivit; atque ut unique ad posteros suos, qui in multas diffusi lineas etiamnunc florent, & sequentibus tabulis enumerantur, transmisit.

AIMERICUS II. *Vicecomes de Rochechouart* à quodam inimico suo nocturno tempore jugulatus fuisse memoratur.

AIMERICO VIII. & *Margaritæ* uxori suæ, quæ secundis nuptiis *Archambaldo* I. *Comiti Petrocoriorum* in manus convenit, monumentum in loco *S. Irier* dicto positum fuit, hac epigraphe insignitum: *A. Domini 1245. in die S. Aredii, obiit Aymericus Vicecomes de Rupecavardo, maritus Margaritæ filiæ Guidonis Vicecomitis Lemovicensis. Margarita bona, patriæ pretiosa, matrona felix, miseris dans plurima, una ad parvos humilis, ad magnos corde difficilis, prudens, discreta, generosa prole repleta, det ei Deus requiem. Obiit 9 Septembris anno 1259.*

SIMON, qui antequam frater sui filio in Vicecomitatu Rupichoartio succederet, *Dominus de Taunay Charente* dictus est, vir strenuus fuisse, & fortem operam Regi Philippo Pulchro in bello adversus Flandros præstitisse prædicatur. Idem luculento matrimonio auctus Principatum *Chabanois* & dominium *Confolant*, nec non jus in Comitatum *Bigorrensem* in domum suam intulit: hæc enim omnia ad *Lauram* ex hæreditate fratris ipsius *Eschivati* III. Principis de *Chabanois* & Comitis *Bigorræ* per donationem aviæ suæ maternæ *Petronellæ Comitissæ* istius loci, sine prole defuncti, pervenere. Verùm Bigorrensem Comitatum Johanna Navarræ Regina, Philippi Pulchri Regis Galliæ uxor sibi vindicavit, in reliqua *Simonis ac Lauræ* filius natu minor AIMERICUS successit, nomenque & dignitatem *Cabanensis* adscivit; posteritatem verò masculam longam non habuit, utpote in nepote ipsius extinctam; hinc Cabanesiæ ditiones in familiam Thuarsiam atque ab ea in Vindocinensem transiere.

JOHANNES I. *Vicecomes de Rochechouart* in prælio, quod apud Pictaviam cum Anglis commissum, quoque post grandem Gallorum stragem Rex ipse in hostium potestatem devenit, inter conferti simos pugnans non degeneri funere jacuit.

LUDOVICUS *Vicecomes* Consiliarii & Cubicularii munia apud Regem Carolum V. obiit, Lemovicum rexit, cumque excusso Anglorum jugo, illi ad recuperandam Aquitaniam strenuam operam commodaret, ab Eduardo Principe Walliæ a. 1368. captus est.

Postquam Vicecomitatus Rupichoartius ad fœmellam devolutus esset, ad ANNAM scilicet *Fulcaldi* Vicecomitis gnatam unicam, eâque ex voluntate Regis Ludovici XI. JOHANNI de PONTVILLE, Equiti, Vicecomiti de *Breulhez*, Senescallo Santonum, Præfecto Fani Engeriaci in manum convenisset, hæc lata est conditio, ut liberi ex hoc matrimonio nascituri nomen ac insignia Rupichoartia adsciscerent, inde est quod Barones *du Bastiment* & Comites *de S. Ouen*, qui ex illa progenie supersunt, Rupichoartiæ familiæ etiamnunc accenseri soleant: potior enim linea, quæ ab *Anna* & *Johanne Pontvillico* descendit, & penes quam *Vicecomitatus Rupichoartius* fuit, extincta est, isque ad *l'ompadurios* translatus, ceu è sequenti tabella liquet.

AD

FAMILIÆ RUPICHOARTIÆ TAB. II.

VICECOMITES DE ROCHECHOUART ex Pontvilleis, DNN. DU BASTIMENT, COMITES DE S. OUEN.

ANNA VICECOMITISSA DE ROCHECHOUART, *Dn. de Tauna y Charente, Mauzé, &c.* Fulcaldi Vicecomitis *fac her. unica nup.* JOHANNI de PONTVILLE, Vicecomiti de Breulhez, Senescallo Santonum.

Franciscus de Pontville dictus de Rochechouart Vicecom. de Rochechouart & Breulhez 1. *Renata de Anjou, Ludovici du Maine Bar. de Mezieres f. 1493. 2. Jacobina, Francisci C. de la Rochefoucaud f.*

Johanna, nup. Aimerico de Rochechouart Dn. de Mortemar 1494.

1. Bonaventura Vicecom. de Rochechouart, † s. l. circa a. 1525.

1. *Francisca, nup.* Reinaldo Dom. de la Touche.

2. Claudius Vicec. de Rochechouart. *Blanca Justi Dom. de Tournon f.*

2. *Aloisia, posthuma nup.* Wilhelmo Tinteville Dn. de Cheners.

Ludovicus Vicecomes de Rochechouart, Bar. de Mauzé. *1. Aloisia Clerambaut, Jacobi Dn. de la Pleſſe f. 1573. 2. Magdalena, Renati Dn. de Bouillé f. 1579.*

Maria, nup. Claudio Dn. de Chasteauvieux, † 1602.

1. Johannes Vicec. de Rochechouart, n. 18. Oct. 1575. *Franciſca Stuard de Cauſſade, Ludovici Dn. de S. Maigrin f. 11. Dec. 1595.*

2. *Anna moniales.*

2. Johannes de Rochechouart, DN. du BASTIMENT, *Anna Tiercelin.*

2. *Iſabella, nup.* Gabrieli Dn. de Lambertie B. de Montbrun 1605.

2. Renat 9 de Rochechouart COMES de S. OUEN & Montmoreau. *Antonia de Malinguehem.*

2. Joachimus † 27.

Maria heres Vicecomitatus de Rochechouart, nupta Johanni Vicec. de Pompadour 13. Oct. 1640.

Johannes B. du Baſtiment. *Maria de Mars, 1635.*

Maria, nup. Jacobo du Pin Dn. de Buſſiere 1651.

Johannes C. de S. Ouen. *Maria Regnault.*

Jacob 9 B. de Montmoreau. *Anna* † *inmupta.*

Johannes de Rochechouart.

Ludovicus.

Maria.

Johannes C. de S. Ouen.

FAMILIÆ RUPICHO

DOMINI AC MARCHIONES

JOHANNES DE ROCHECHOUART DOM. DE JARS
fil. Vicecomitis F. vixit adhuc a. 1429. *Johanna de Crav*

Godofredus Dom. DU BOURDET & d' Ivoy. *Isabella Brachet.*

Johannes II. Dn. de Jars. *Anna d' Chandenier f. ac her. 27. Jan*

Jacobus Dn. de Charroux & du Bourdet, *1. Aloisia d' Aubusson, Antonii Dn. du Monteil f. 2. Anna, Ludovici Dn. de la Tremouille fil. Wilhelmi de Rochefort Dn. de Pleurvaut vid.*

Isabella, nup. Johanni d' Estampes Dn. de la Ferté-Imbaut.

Catharina, ux. Ludovici I. d' Aubusson Dn. de la Feuillade.

Guido Dn. de Charroux & Fontmoreau † improlis.

Bonaventura Dn. de Bourdet, † *Magdalena d' Azay.*

Andreas Dom. du Bourdet nup. Merico Acarie Dn. de Cressancois.

Renatus Dn. de Chandenier † cœlebs in obsid. Met. 1552.

Claudius Dn. de Chandenier, occ. in pr. S. Quint. 1557. *Jacobina de Bauldot, Lazari Dn. de Crissy f.*

Christophorus Dn. de Chandenier, occ. in pr. Bassac. 1569.

Ludovicus Dn. de Chandenier † 1590. *Maria Silvia de la Rochefoucaud, Caroli C. de Randan f. 27. Oct. 1579.*

Philippus Dn. de Javarzay † cœlebs.

Antonia, nup. Ludovico de Barbezieres Dn. de Nougeret 1570.

Petronella, nup. 1. Francisco de Pérzay Dn. de Perzay, 2. Antonio Chambge Dn. de la Jarrie.

Johannes Ludovicus Dn. de Chandenier. *Aloisia de Montberon, Ludovici Dn. de Fontaines Chalandry f. 11. Sept. 1609.*

Anna † innupta 1609.

Franciscus Marchio de Chandenier. *1. Maria le Loup, Claudii Dn. de Bellenave fil. ac h. † 1650. 2. Maria de Gueuegaud, Henrici M. du Plessis f.*

Carolus, *Abbas d' Aunoyse & Tournus, † 1653.*

Ludovicus *Abbas de S. Jean & Tournus.*

1. Carolus Franciscus de Rochechouart, Marchio de Bellenave, n. 11. Apr. 1649.

2. *Filia unica.*

OARTIÆ TAB. III.

ES DE CHANDENIER.

RS, Charroux, Ivoy, Bourdet & Barbary, Johannis
m.

le Chauney, Franciſci Dn. de Johannes dictus Junior Dom. d' Ivoy † 7. Nov. 1468.
n. 1448. *Anna des Noyers.*

Franciſcus DN. de CHANDENIER. *Blanca Dn. de S. Amand, Jacobi Dn. d' Aumont f.* — Johannes DN. de JARS. Vid. Tab. V. — *Margarita, nup.* 1. Johanni Cleret, Dn. de Meray, 2. Petro Foucault, Dn. de la Salle. — *Catharina, in- nupta.*

Chriſtophorus Dn. de Chandenier † 1549. *1. Suſanna Dom. de Blezy & de Couches, 1508. 2. Magdalena de Vienne, Philippi Dn. de Clervant f.* — Antonius Dn. de S. AMAND. Vid. Tab. ſeq. IV. — *Johanna, nup.* Georgio Damas, Dn. de Marilly & Thianges.

Philippus B. de Couches *dicta de Beaufort.* — *Johanna de Montboiſſier* — *Gabrielis, nup.* Franciſco Por, Dom. de Chaſſingri- mon.

e Cur- a de la — *Franciſca, ux.* Wilhelmi de Colonge Dn. de la Motte. — *Franciſca Junior, nup.* 1 Jacobo de Luxembourg Vicec. de Lonnois, 2. Antonio de Guillermy Dn. de l' Arruſie. — *Antonia Junior nup.* Wilhelmo de Dree. Dn. de Beire. — Philippus B. de Couches. — Johannes Dn. de Marigny † ao. 1621.

Joh. Elias *Eq. Melit.* † 1637. — Claudius Carolus *Abbas du Monſtier S. Jean.* — *Maria.* — *Aloiſia Catharina, moniali.* — *Henrica, moniali.*

FAMILIÆ RUPI-

DOMINI DE S. AMAND, ET DE CLERMONT D' ISAL-

ANTONIUS DE ROCHECHOUART, Francisci Dn. de Chandenier F. DN. DE S. AMAND.

Carolus B. de S. Amand, *1. Francisca de Castelnau, Petri Dn. de Clermont Lodève f. 2. Claudia, Johannis Dn. de Hermieres f. 3. Francisca de Maricourt, Johannis B. de Monchy-le Chastel f.*

Francisca, nup. Ludovico du Plessis Dn. de Richelieu.

Joh. Georgius Dn. des Plieux. *Aloisia de Montpezat. Alanei Dn. de Laignac fil.*

Anna, nup. Johanni B. de Bazillac 23. Jan. 1544.

Claudia, ux. Johannis du Chesnay, Dn. de Neufvy.

Maria Claudia Dn. de S. Amand, nup. Helionoro Chaboc B. de Jarnac.

Carola Dn. de S. Amand ux. Ægydii du Bruneil Dn. de Theon.

Johañes † inf.

Johañes † juv.

Catharina, nup. Johanni de Lambes B. de Savignac.

Johanna, nup. Antonio II. M. de Roquefueil 1584.

Petrus Beraldus Bar. de Faudoas, *Henrica de Foix, Johannis Georgii C. de Rabat f. 1613.*

Johannes Ludovicus B. de Barbazan. *Margarita de Rocquefort, N. Baronis d' Arignac fil.*

Joh. Ludovicus † juv.

Henricus Gasto † juv.

Johañes Phœbus Marchio de Faudoas. *Maria de Rochechouart patruelis, 8. Febr. 1644.*

Isabella Maria, Carola obiere in juventa.

Joh. Rogerus Bar. de Barbazan. *Constantia d' Espinas, N. Dn. de Caladriie f.*

Adrianus † juv.

Armandus Johannes Dn. de Moncla.

Joh. Rogerus.

Joh. Jacobus.

Josephus.

Joh. Josephus.

Maria.

Johanna.

Constantia.

CHOARTIÆ TAB. IV.

GUIER, BARONES DE BARBAZAN & FAUDOAS.

Catharina, Beraldi Baronis de Barbazan & Faudoas fil. ac hær. 25. Oct. 1517.

Jacobus, B. de BARBAZAN & FAUDOAS. *Maria, Bertrani d'Isalguier fil. ac her. Sebastiani Vicecom. de Serre vid. 10. Aug. 1564.*

Johannes B. de Montagut, † æt. 15.

Franciscus *Eq. Melit.*

Magdalena, nup. Paulo de Foix Dn. de Rabat.

Philiberta, monialis.

Henricus B. de Faudoas & Montagut. *Susanna, Blasii Dn. du Montluc Mareschi. Frf. 12. Dec. 1581.*

Johannes Ludovicus Dn. de CLERMONT D'ISALGUIER. *Johanna de Beon, Berardi Dn. du Masse ? f.*

Joh. Andreas Dn. du Grés † cœlebs.

Isabella, nup. N. de la Motte Dn. d'Isault.

Henrica, ux. N. Baronis de la Mazere.

Johannes Franciscus Dn. de Clermont d'Isalguier. *Johanna de Foix, Henrici Gastonii C. de Rabat fil.*

Johannes Ludovicus *Abbas de la Casedieu.*

Maria, nup. Joh. Phœbo M. de Faudoas patrueli suo.

Johanna, ux. Jacobi de Cheverry B. de la Reole.

FAMILIÆ RUPICHO

DOMINI DE JARS, DE LA BROS

JOHANNES DE ROCHECH
DE JARS & de Breviande
roli Dn. d' Aisnay f. 22. Jan. 14

Wilhelmus Dn. de Jars & Breviande, † 1568. *1. Aloisi*
Roy fil. ac hæres † 1539. *2. Antonia d' Taucourt,*
1544.

1. Franciscus Dn. de Jars. † 1576. *1. Antonia de Pisseleu, Antonii Dn. de Marceilles f. 1565. 2. Anna de Berulle Dn. de Nancray, Edmei de Prie Bar, de Montpon vid. 30. Sept. 1568.*

1. Aloisia Dn. de Boiteaux, nup. Carolo de Grange Dn. de Montigny 1541.

2. Joachima nup. 1. Antonio du Mesnil-Simon Dn. de Paracy, 2. Carolo Martel Dn. de Ranes.

1. Franciscus Dn. de Jars, † 31. Dec. 1596. *Anna, Guidonis Dn. de Monceaux fil. 23. Maji 1579, † 1620.*

1. *Johanna, nup.* Francisco Thibaut Dn. de Villegenon 1591.

1. Maria, ux. Caroli de Paviot Dn. de Boissy le Sec d. 1601.

1. Aloisia. 1. Johanna. 1. Francisca. moniales.

2. Ludovicus Dn. de la n. 1569, † 2. Nov. 162 *na Maria de Castelna Dn. de Mauvissiere f. 1 sia Piedefer, Jacobi d' A d' Estauges vid. 1614*

Gabriel Dom. de Jars, n. 26. Sept. 1580, † 14 Dec. 1649. *Christophora le Goux Dn. de Maizieres 1611.*

Wilhelmus Dn. de Marceilles, n. 18. Jul. 1590. †

Francisc9 *Eq. Melit.*

Jacobina, n. 11. Nov. 1587, † 25. Februar. 1620.

Ludovicus Dn. de la Brosse, 6. Oct. 160 1. † 20. Febr. 16 *Aloisia Lamy, Isaaci B. de L ry f. 15. Oct. 1628.*

Gabriel † ante patrem.

Jacobina Dn. de Marceilles, nup. Francisco de Carvoisin Dn. de Froecourt 1643.

Susanna, n. 22. Jun. 1630. nup. Petro de Challudet Vicec. de Lisfermeau 1650.

Aloisia Maria, n. 7. Ju Francisco de Co Changy 1653.

IOARTIÆ TAB. V.

SSE, & DE CHATILLON LE ROY.

CHOUART, Johannis F. DN.
de, †1497. *Anna de Bigny, Ca-*
1494.

isia d' Autruy, Ithierii Dn. de la Broſſe, & de Chaſtillon le
, Antonii de Piſſeleu Dom. de Marceilles vid. 23. Jun.

Anna, ux. Claudii de la Porte Dn. de Peſſelieres, 1564.

2. Guido Dn de CHASTILLON LE ROY †16. Maji 1591. *Gabrielis d' Allonville Dom. de S. Cyr, Franciſci Dn. d' Oiſonville vid. 5. Sept. 1577.*

2. Johanna, nup. Adriano des Noyers Dn. de Mainvillier 1566

2. Margarita, nup. 1. Wilhelmo Allegrin Dn. de Valance, 2. Wilhelmo Perdriel Dn. de Baubigny.

la BROSSE, 17. 1. *Catharinus Michaelis 1595. 2. Aloi- Anglure Vic.* 4.

2. Carolus Dn. de Nancray occ. in pr. Cutrac. 1587. æt. 20.

Gabrielis, nup. Joh. Jacobo de la Grange Vicecom. de Soulangis 1583.

Guido II. Dn. de Chatillon le Roy, n. 27. Maji 1580, †13. Jun. 1621. *Aloiſia d' Eſtampes Ludovici Dn. d' Autruy f. 1. Sept. 1611.*

Franciſcus Dn. de S. Cyr †1652. *Antonia de Beauclerc, Caroli Bar. d' Archeras f. 1619.*

n. Anna, n. 11. Febr. 1597, nup. Gideoni Sanguin des Mazis, Dn. du Tronchet, 1613.

Gabrielis, n. 9. Junii 1599. monialis.

Maria, n. 19. Apr. 1610. nup. Claudio des Moulins Dn. de Sepoir 1629.

Carola, n. 19. Decembr. 1611, monialis.

Maria Margarita Dn. de Chaſtillon le Roy, nup. Alexandro de Seve Dn. de Chaſtignoville 1637.

un. 1631, nup. urtenay Dn.

Iſaac Ludovicus Dn. de Montigny & du Monceau, B. de Loury, n. 25. Novem. 1632.

Ludovicus, n. 5. Oct. 1635. *Eq. Melit.*

Joſephus Dn. de la Broſſe, n. 17. Jun. 1644.

AD TAB. III.

IOHANNES *de Rochechouart* dictus est Dominus de JARS à prædio hujus nominis quod in partitione ditionum paternarum, cum fratre suo natu majore a. 1419 inita, sortitus est, unà cum dominiis *Charroux* (id *Charrots* deinceps appellatum & postquam ad Berhunios transiit, *Comitatus* titulo auctum est) *Ivoy* in Biturigibus, *Bourdet* in Santonibus & *Barbary*. Idem apud Johannem de Francia Ducem Bituricensem Consiliarii & Cubicularii munus exercuit.

JOHANNI II. *Dom. de Jars* per matrimonium obtigere dominia *Chandenier, Javarzay* & *la Motte de Beaucay*. Virtus ejusdem atque opera in expeditionibus Regis Caroli VII. adversus Anglos, inprimis in Aquitania & expugnatione Fronsaci a. 1451 eximia fuisse prædicatur, qua propter etiam ab illo equestri dignitate honestatus, à filio verò ejus ac successore Ludovico XI, in Consiliarios ac Cubicularios suos coopratus est.

FRANCISCUS *Chandenerii* Dominus apud Ludovicum Ducem Aurelianensem primi Camerarii officio functus, ab eodem ad regnum evecto munere Senescalli Tolosanorum & Pictonum, posteàque præfectura Genuæ, Rupellarum, Pictaviæ & Alnensis regiunculæ auctus fuit. A. 1518. in Angliam missus pacis d. 2 Oct. illic conclusæ ingens momentum extitit.

CHRISTOPHORO *Chandenerio* cum prima uxore *Susanna* non tantùm Baronatus *Bleny* & *Couches* obvenere, sed etiam portio è Baronatu *la Tour* in Arvernis, nec non aliquid juris in Comitatus Bolonæ & Arverniæ; id verò arcessebatur à Susannæ matre, quæ fuit *Aloisia de la Tour*, Bertrandi Comitis gnata, & Magdalenæ, quæ dictos Comitatus Laurentio Medicæo marito suo attulit, soror patruelis.

CHRISTOPHORUS II. *Chandenerius* Principis Condæi & Protestantium partes amplexus in prælio Bassacano, quod & Jarnacense dicitur, cum promptissimis manum conserens morte etiam ducem suum consectatus est.

LUDOVICUS *Chandenerius* dum Regi Henrico IV. fidelem & strenuam adversus fœderatos operam navat, & nocendi tempora captans istorum copias in Pictonibus dispersas levibus præliis crebro lacessit ac fatigat, tandem post præclara edita facinora ex vulneribus interiit, quemadmodum præter *Laburerium* etiam *Albiguius Hist. Univers. L. 3. c. 11* refert.

FRANCISCUS *Chandenerius* titulo *Marchionis* auctus, & post extinctam Vicecomitum de Rochechouart lineam *caput familiæ* suæ factus, *arma* gentilitia *plena*, ceu *feciales* loqui amant, gestare cœpit, omisso discerniculo limbi cœrulei, quem fator rami sui adsciverat. Idem inducta penatibus suis Claudii *le Loup de Bellenave* gnata, quam is è priore conjuge *Magdalena d' Authun* unicam suscepit, novas possessiones domui suæ acquisivit.

AD TAB. IV.

ANTONIUS *de Rochechouart* in partitione cum fratre natu majore *Christophoro* prædium S. *Amand*, à matre sua allatum, sortitus, facultates suas per matrimonium cum opulenta *Barbasaniæ* domus hærede insigniter auxit. Illud verò *Peraldus Baro de Barbazan & Faudoas* & *Johanna de Cardaillac*, Catharinæ parentes, ea conditione ratum habuere, ut progenies ex eo oritura nomen ac *symbolum Barbasanium* (id *cruce aurea solo cæruleo impressa* constat) cum Rupichoartio conjungerent. Cæterùm *Antonius* vir strenuus ac Regibus Ludovico XII. & Francisco I. charus fuisse prædicatur. Erat *Senescallus Tolosanorum & Albigensium, præfectus Lomanii, Capitaneus L hominum armatorum, & Eques Ordinis Regii.* Cum Imperator Carolus V. Massiliam intercipere tentaret, pro ejus defensione legionem mille peditum regebat, in prælio Cerisolano a. 1544 commisso fortiter pugnando saucius multifariam factus est.

AD TAB. V.

IOHANNES *Dom. de Jars* ejusque posteri scutum Rupichoartium *discerniculi* ergò *limbo cæruleo, cui octo nummi Byzantini aurei inscripti,* cinxerunt.

WILHELMUS *Dom. de Jars* in familia Francisci Ducis Engolismensis puer nobilis institutus ingenuè, postquam ille ad regnum pervenit, erecto ad majoris fortunæ spem animo, ad bellum Insubricum cum Renato Sabaudo notho profectus est, ibidemque prima militiæ rudimenta posuit; inde in Belgio sub Carolo Lucemburgio Bri-

gio Briennæ Comite equitum alam moderatus non Francisco tantùm sed etiam filio ejus ac successori Henrico II. virtutem suam probavit atque à posteriore officio Cubicularii regiorum filiorum honestatus fuit. Mortuo Henrico II. è cubiculario gubernator fratrum Francisci II. factus viri boni, prudentis & multarum rerum usum habentis famam sustinuit, fideique præmia à Reg. Carolo IX. munus scilicet primi præfecti domus suæ & insignia *Equitis Ordinis regii* accepit, vitamque ad venerabilem senectam produxit.

FRANCISCUS *Dom. de Jars* in ala equitum cataphractorum Comitis de Chaunes primi Locumtenentis munia, apud Regem verò Dapiferi & Magistri domus officia obiisse, a. 1569 inter *Equites Ordinis Regii* allectus esse, atque in bello civili, in primis in oppugnatione Sancerræ a. 1573 strenuè se gessisse memoratur.

GUIDO *Dom. de Chatillon le Roy* in Novioduni oppugnatione pro Rege fortissimè pugnans vulnera accepit, è quibus paulò post *Compendii* decessit.

GUIDO II. *Dom. de Chatillon le Roy* in exercitu Regis Ludovici XIII. cohortem quinquaginta equitum gravioris armaturæ rexit, & in oppugnatione *Fani Engeriaci* mortem oppetiit.

FRANCISCUS *Dom. de S. Cyr* amisso filio, quem unicum genuit, hæredem scripsit *Guidonem de Seve* neptis suæ è fratre gnatum secundogenitum, ea lege ut is nomen & arma Rupichoartia adscisceret.

AD TAB. VI.

REcensenda supererat è Rupichoartia stirpe linea *Mortemaria*, quæ licet naturæ ordine postrema, dignitate & splendore reliquas omnes antecedit, quæque titulo *Ducali*, quo eminet, mentioni hujus familiæ locum inter regni Galliæ Pares dedit. Autori ejus WILHELMO in partitione possessionum à parentibus relictarum, quam ille a. 1256 cum fratribus suis inivit, obtigisse memorat *Laburerius* prædia S. *Vertunien, Peruſſe, Salagnac & la Mortagne*, additque fuisse eundem etiam dominum *Mortemarii*, à quo lineæ nomen.

AIMERICUS I. *Mortemarius* nomine Regis Philippi VI. dicti Valesii Pictones, Lemovices & Santones titulo *Capitanei Supremi* procuravit, eidemque adversus Anglos fidelem ac strenuam operam navavit, verùm a. 1346, haud dubiè post Cressiacensem cladem, in illorum potestatem devenit. Vitam in oppugnatione castri, quod *Surgeres* vocant, amisisse fertur.

AIMERICUS II. munere *Senescalli* Lemovicum nec non Consiliarii & Cubicularii apud Regem Carolum V. functus est, eidemque pellendis Pictavia & Aquitania Anglis operam suam gnaviter commodavit. Uxorem primam *Johannam d' Archiac*, cum qua ipsi prædia S. *Germain & Vivonne* obvenerant, adulterii suspectam, custodiæ in castro *Veracensi* mancipavit, ubi a. 1378 illa decessit, postquam confessa fuisset, se è concubitu cum quodam nobili famulo fœtum concepisse, quem fœmineum sed [illegible] in carcere enixa est. Secunda Aimerici uxor dominium *Montpipeau* prope Aurelianum, ab avunculo suo *Almarico Peau* Canonico Carnutensi dono sibi datum, in hanc domum intulit.

JOHANNES *Mortemarius* per cessionem *Wilhelmi* fratris sui consanguinei, sed primogeniti, & obitum *Guichardi* germani sui, non parentum tantum suorum, sed etiam à noverca relictas facultates nactus, in prælio *Azincurtio* ab Anglis captus, nec nisi lytro IV mille librarum persoluto libertati redditus fuit. Postea à Rege Carolo VII. Consiliarii & Cubicularii sui officio, demumque a. 1426 præfectura Rupellarum auctus est.

LUDOVICUS *Dom. de Montpipeau* adversus Anglos in pugna, die in tabula notata, commissa fortiter dimicans, nobili fato concidit.

AIMERICUS III. *Mortemarius*, qui in paternas ditiones præterito fratre suo primogenito, & ad Ecclesiasticam vitam ex certis, ceu *Laburerius* ait, causis mancipato, successit, apud Reges Carolum VIII. & Ludovicum XII. munia Consiliarii, Pincernæ, & Camerarii obiit, postea *Senescallus* Santonum creatus, tandemque a. 1500 Fano Engeriaco præfectus est. Uxor ejus quæ maternum genus à Vicecomitibus de Rochechouart derivabat, dotem XX. mille librarum una cum prædio *Mosay* ipsi attulit; id ille postea Francisco Vicecomiti affini suo iterum titulo permutationis cessit, & vicissim ab eo partem dominii *Taunay Charente* accepit.

FRANCISCUS Mortemarius insignibus Ordinis regii honestatus sortem operam Regi Francisco I. præstitisse, atque a. 1542 in oppugnatione Perpiniani, irrita quidem, nobilitatem Pictavicam ad arma evocatam (Galli *l' arriereban* appellant) ductavit. Deconjuge ejus, quæ prædiorum *Lussac*, *Verrieres* & *du Bouchet* in Brennensi tractu domina septimum ætatis annum agenti condicta fuit, narrat *Laburerius*, quod gravi aliquando morbo implicita, atque usque adeò debilitata, ut expirasse credita humaretur, sed à quodam è domesticis, qui adamantem sepulcræ in digito relictum furaturus tumbam effregit, viva deprehensa & in ædes mariti reversa, longo

FAMILIÆ RUPICHO

DOMINI AC DUCES DE MORTEMAR & VIVON MARCHIONES DE MONT

WILHELMUS DE ROCHECHOUART, Aimerici VII nien, Peruſſe, Salagnac & la Mortagne. Ux. *Margarit*

Wilhelmus II. Dom. de Mortemar † improlis. — Fulcaldus Dn. de Mortemar,

Aimericus Dn. de Mortemar. *Aidia de Pierrebuffiere, N. de Pomiers vid.* — Fulcaldus *Eques* †Cl. — Simon *Præpoſitus Eccleſ. Turon.* — Aimarus *Canon. Lemovic.*

Fulcaldus Dn. de Mortemar † ∵ — Aimericus II. Dn. de Mortemar & Cercigné. 1. *Johanna d' Guichardi d' Angle f.*

1. Wilhelmus Dn. de Mortemar, † ∵ — *1. Margarita, nup.* 1. Bertrano de Chanac Dn. de Bourg. 2. Ægydio de Briſay 1394. — 2. Guichardus Dn. de Mortemar, † improlis. — 2. Johannes Dn. de Mortem *1. Johanna Turpin, Lancelot de Torſay, Andreæ de Beaum*

1. Petrus † juv. — 1. Aimericus † ∵ — *1. Aloiſia, nup.* Johanni de S. Maure Dom. de Neelle 1444. — *1. Johanna, nup.* Jacobo de Beaumont Dn. de Breſſuire 1451. — 2. Johannes II. Dn. de Morte *garita d' Amboiſe, Petri D du Bec-Creſpia vid. 1457*

Anna, nup. Wilhelmo Dn. de Vergy 1480. — Johannes *Archidiac. d' Auniz.* — Aimericus III. Dom. de Mortemar. *Johanna, Johannis de Pontville, Vicecom. de Rochechouart f.* — *Magdalena, nup.* Ponto de Gc taut, Dn. de Biron 1498.

Georgius † juv. — Franciſcus Dn. de Mortemar, n. 25. Dec. 1501. *Renata Taveau, Leonis Bar. de Luſſac fil. ac hær.* — *Anna, n. 1506, nup.* Baptiſtæ Dn. de Villequier *1519.* — Ludovicus Dn. de Montpip 1510, † 22. Jun. 1566.

Renatus Baro de Mortemar & Montpipeau, Dn. de Taunay Charente, n. 27. Dec. 1528, † 17. Apr. 1587. *Johanna de Saux, Caſparis Dn. de Tavannes f. 1. Jan. 1570.* — Vivonne &c. — *Gabrielis, n. 27. Oct. 1550.* Volluire B. de Ruffec

Caſpar Marchio de Mortemar, Princeps de Taunay Charente. *Aloiſia Com. de Maure, Odeti de Matignon C. de Torigny vid. 5. Mart. 1600.* — *Iſabella, nup.* Petro de Laval, B. de Lezay 1592. — *Aimerica, nup.* Philippo de Volluire M. de Ruffec 1594. — *Gabrielis Abb. S. Laurent. Bitur.* — Renatus Dn. de MO † 13. Sept. 1644. *aux-oncles, Timoleon ges f. 1606.*

Gabriel DUX de Mortemar PAR Fr. † 26. Dec. 1675. *Diana de Grandſaigne, Johannis Dn. de Marſillac fil.* — Ludovicus Com. de Maure † 9. Nov. 1669. ſ. l. *Anna Dony, Octaviani Bar. d' Attichy f. † 1663.* — *N. notha nup.* N. Tareau B. de Mortemer. — *Johanna Margarita, nup.* Johanni Helies Dn. de la Roche-Aiſnard 1628

Gabrielis, nup. Claudio Helionoro de Damas, C. de Thianges 1655. — *Maria Chriſtina, monialis.* — Ludovicus Victor Dux de Vivonne, Par & Mareſc. Fr. *Antonia Aloiſia de Mesmes, Henrici Dn. de Roiſſi f. 9. Sept. 1655.* — *Franciſca Athenaſia, nup.* Henrico Ludovico de Gondrin, M. de Monteſpan. — *Maria Magdalena, Abbat. Fontis Evraldi, ct. 1671.*

Gabrielis, monialis in monaſt. Font. Evrald. — *Carola, nup.* Henrico Friderico de Lorraine, Pr. d' Elbœuf, 1677. — Ludovicus Dux de Mortemar. *Maria Angelica Colbert, Joh. Baptiſtæ, M. de Segnelay f. 14. Febr. 1679.*

. . . . . na-
rus menſ. Oct. 1681.

OARTIÆ TAB. VI.

NNE, PRINCIPES DE TAUNAY CHARENTE, TPIPEAU & BONNIVET.

III. Vicecomitis F. DOM. de MORTEMAR, Vertu-
ita.

r, *Almodia de Montrocher.* Guido Dn. de Taunay Charente & Cercigné ux. *Sibylla.*

Catharina, nup. Galliardo Dn. de la Motte. | *Lora, ux.* Hugonis de Montausier Dn. de Giac. | Wilhelmus Dn. de Taunay Charente & Cercigné.

Archiac, Johannis Dn. de S. Germain f. 2. Johanna, | *Margarita, nup.* 1. Andreæ de Prie, 2. Hugoni d'Amboise Dn. de la Maisonfort.

mar, Vivonne, S. Germain. | Guido *Episc. Santon.* | Ludovicus Dn de Montpipeau, occ. 11. Febr. 1429. *ux. Johanna du Martreuil* 1424. | *Catharina, nup.* Oliverio de S. George Dom. de Verac 1404.

emar † 30. Mart. 1477. *Mar- Dn. de Chaumont f. Johannis B. 7.* | 2. Ludovicus *Episc. Santon.* 1471. | 2. *Radegundis, nup.* Ludovico de Montberon Dom. de Fontaines 1458. | 2. *Maria, nup.* Johanni d'Estampes, Dn. de la Ferté Imbaud.

on- Carolus Dn. de Montpipeau † improlis. | Petrus Dn. de Vouillé, *Episc. Santon.* | Ludovicus *Archidiac. d' Auniz.* | Johannes *Archidiac. Santon.* | *Johanna, nup.* Johanni de Chatillon Dn. de la Greve 1484.

peau, n. Claudius n. 1511, †1522. | Adrianus, n. 1512, †1522. | Albinus, n. 1513. *Episc. Segesteron,* 1535. | Aimericus *Abbas de S. Savin* & post fratrem *Episc. Segesteron.*

. nup. 1. Francisco Dn. de Goulaines 1547. 2. Renato de e, 3. Ludovico de S. Gelais Dn. de Lansac, 1565, † 1594. | *Magdalena, desponsata* Balduino de Goulaines 1554. † *ante nupt.*

NT PIPEAU, *Johanna de Benis Dn. de Sigo-* | *Eleonora, nup.* Guidoni de Rieux, C. de Chateauneuf 1618. | Amadeus Dom. de Taunay Charente M. de BONNIVET. † 1651. 1. *Leonora de Saux-Tavannes, Joachimi de Dinteville f. 2. Octob. 1603.* 2. *Magdalena Mangot Dn. d' Orgeres.* | Johannes M. de S. Victurnien. *Maria de Nesmond, Francisci Dn. de la Tranchade f.*

oh. Helionorus M. de Montpipeau. *Aloisia, Petri Dn. de Bullion f. 20. Nov. 1640* | Petrus *Eq. Melit.* † juv. | Franciscus Dn. de Rocheux, dictus Comes de Rochechouart. | 1. Franciscus M. de Bonnivet. *Leonora de Faudoas d' Averton, Francisci C. de Belin f.* | 2. Joh. Claudius Dn. de Taunay Charente & d' Orgeres. *Maria Phelipeaux, Ludovici Dn. de la Vrielliere f.*

Ludovic9 † juv. | Franciscus occ. in pr. ad Senefam 11. Aug. 1674. | Carolus M. de Montpipeau. N. *Aubry ducta mens. Mart. 1683.* | *Renata Aloisia.* | *Leonora M. de Bonnivet nup.* Jacobo de Mesgrigny Dn. d'Espoisses. | *N. Dn. de Taunay Charente & Orgeres nup.* Julio Armando Colbert, M. de Blainville 1682.

adhuc temporis spatio illi convixerit, liberosque genuerit; ortam vero exinde esse fabulam, hodienum in Pictonibus pervulgatam, ac si ille è dæmone succubo vultum habitumque conjugis suæ defunctæ usurpante liberos illos sustulerit.

RENATUS *Mortemarius* à prima adolescentia militiam auspicatus, & ad oppugnationem Perpiniani patrem secutus, impavidi spiritus neque ad discrimina segnis famam inde reportavit. Ex eo tempore ad supremum usq; vitæ halitum semper inter arma versatus, & plerisq; magnis eventis ac periculis immixtus, viri plurimis inter omnes suæ ætatis bellatores obsidionibus & pugnis perfuncti, summarumque militiæ dignitatum dignissimi laude floruit. A Rege Carolo IX. inter Equites Ordinis regii allectus, postea ab Henrico III cum is Ordinem S. Spiritus condidisset, inter primos ejus insignibus decoratus fuit.

CASPAR *Mortemarius* titulo *Marchionis* auctus, paternis vestigiis, Regibus Henrico III. & IV. fideliter inserviendo, institit, & ducta Caroli Comitis *de Maure* è Diana Scarsia gnata ac hærede Comitatum istum in domum suam transtulit scutumque suum non *Maurano* tantum *digmate, (id crescentem lunam vario vellere pictam in area rubea refert)* sed etiam aliquot aliarum illustrium familiarum, Mauranæ cognatarum, symbolis, videlicet *Borbonio, Rohaneo, Rupifulcaudio, Mediolanensi, Navarræo, Scarsio, & Britannico* auxit.

GABRIEL *Mortemarius* axioma *Ducis* ac *Paris Franciæ* à Rege Ludovico XIV. a. 1653 obtinuit, quod decennio post Parlamentum corroboravit. *Equitis Ordinum regiorum* insignia a. 1633 à Rege Ludovico XIII. acceperat, munus *primi Nobilis Cubicularii regii* sub utroque exercuit, idque a. 1669 cum præfectura urbis Parisiorum commutavit.

LUDOVICUS VICTOR *Vivonæus* è gratia, qua soror ipsius *Montespaniæ* apud Regem valet, eximia hactenus commoda, amplissimasque dignitates percepit: videlicet a. 1669 officio *Præfecti triremium Galliæ* & *Locumtenentis generalis in mari orientali* & quadriennio abhinc procuratione Campaniæ & Brisensis regiunculæ honestatus, neque ita multò post ad Siculos Hispanis rebelles titulo *Proregis* missus, demum a. 1675 *Marescallus Franciæ* creatus, & novo *Ducis* axiomate, quod in filium suum illicò transtulit, auctus fuit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ BELLOVILLERIÆ.

INter illustres Carnutum familias *Bellovilleria* (quæ *tesseræ* loco *fascias argenteas & virides ternas* defert, ita ut *in argenteis* conspiciantur *sex merulæ rubeæ*) caput hoc seculo extulit, utpote ad *Ducalem* & *Patriciam* dignitatem a. 1663 evecta. Datum id fuit meritis eximiis FRANCISCI *Bellovillerii*, tunc *Comitis* nunc *Ducis Fani Aniani*. Is cùm elegantia morum, tùm amœnitate ingenii, atque admirabili quodam lepore dicendi & scribendi soluta, pedibúsque adstricta, oratione florens, non tantum Academiæ Gallicæ, à Rege Ludovico XIII. a. 1637 excolendo vernaculo idiomati conditæ, præclara pars est, sed etiam ab elegantissimis omnis Franciæ ingeniis summa observantia colitur, atque observatur atque ab Arelatensibus protector Academiæ, quam a. 1669 ad exemplum Regiæ instituére, honorificentissimè adoptatus fuit. Idem multis fortibus factis & gloria militari, superioribus bellis parta, illustris cluit: namque a. 1634 alæ equitum rector in Alsatia atque inprimis in pugna Steinbronnensi strenuè egit, sequenti anno victoriæ à Bernardo Duce Vinariensi de Galassio reportatæ ingens momentum extitit, atque è Gallicis ductoribus pænè solus superstes, sed luculento in facie vulnere affectus, evasit. Inde in obsidione *Dolæ* & recuperatione *Corbiæ* opera ipsius enituit, auctusque a. 1644 titulo *Castrametatoris* oppugnationi *Gravelinæ* interfuit, & nova ibi vulnera, eaque gravia, accepit. Orro posteà bello intestino a. 1649 Regi ad Fanum Germani quadringentos nobiles ex amicis suis adduxit, missusque sequenti anno ad Bituriges, capto *Avarico*, & turri, quæ Palladium urbis istius habebatur veneranda antiquitate, non operibus valida, ad Regis obsequium omnia passim redegit. A. 1655 insigne præsentis ac confidentis animi & prævalidæ manus specimen edidit, cum ipse unus & solus impetum quatuor latronum stricto ferro in se irruentium sustineret ac retunderet: tribus cæsis, & quarto in fugam acto: atque hujus facinoris honorificum testimonium à suprema Curia Parisiensi obtinuit. Illis itaque aliisque quibus Herili genio velificatus est, officiis, gratiam Regis & intimam familiaritatem summosque honores sibi paravit: videlicet initio inter quatuor primos Nobiles, qui Regi à cubiculo sunt, allectus, & posteà procuratione Turonensis regionis & castri oppidique Lochensis insignitus est; ea postquam a. 1661 se abdicasset, quinquennio abhinc præfecturam *Portus Gratiæ* accepit, interibi etiam, anno scilicet 1663, *Dux & Par Franciæ* creatus fuit. Hoc axioma cum a. 1679 d. 14 Febr. in filium PAULUM, quem è primo matrimonio unicum superstitem, & in munere *primi Cubicularii* sibi substitutum habet, transtulisset, paucis post diebus diploma à Rege obtinuit, quo honores omnes, quibus ut Patricius regni antea gavisus erat, ipsi confirmati sunt. Majores natu ex ejus filiis FRANCISCUS & PETRUS in Ungaricam militiam a. 1663 profecti ibidem voluntarii egregia fortitudinis specimina edidere, eorum posterior in memorabili ad *Fanum Gothardi* prælio sclopeti glande percussus mortem oppetiit, alter ad penates reversus triennio post ex morbo in flore ætatis decessit. Patet, posteàquam primam uxorem morte amisit, ad secunda vota cum virgine domestica & ab illo educata transiit, haud præscio, ceu par erat, Rege, cujus rei veniam posteà

SCHEMA FAMILIÆ

COMITES & DVCES

GODOFREDUS DE BEA
Hubert. *Catharina de F*

Johannes de Beauvilliers Dn. de la Ferté-Hubert. *A*
haro,

Michael de Beauvilliers D

Margarita nup. Roberto d' Eſtampes Dn. de Salbris 1433.

Mericus de Beauvilliers Baro de la Ferté-Hubert Dn. de
ſon Dn. de S. Aignan Caroli C. Tonnerra fil. & cohær

Renatus de Beauvilliers COMES de S. AIGNAN, Ba
Hubert, Dn. du Bouchet. *Anna de Clermont, Berna*
Tallard f.

Claudius de Beauvilliers Comes de S. Aignan, legionis
Gubern. Andegav. occ. 15. Jan. 1583. in tumultu A
ref. 1560.

Anna, nup. 1. Orrico du Chatelet, Dn. de Deuilly, 2. Petro Forget Dn. de Freſne.

Honoratus de Beauvilliers C. de S. Aignan Biturigu
Subpræfectus. *Jacobina de la Grange Franciſci D*
de Montigny f.

Franciſcus DUX de S. Aignan, PAR FR. Dominus ditionum & Baronatuum la Ferté-Hubert, S. Aignan, la Sal
les Clery, Lucé in Belſia, & prædiorum Aix, Angillon, Sery, Humbligny, Chemery, la Grange, Montign
Foullé, Chanterenes & Neuvres, Vicecomes de Valagnes in Nortmann. infer.
1. Antonia Servient, Nicolai Dn. de Montigny f. 1634, † 20. Jan. 1680. 2. N. de Rancé, 9. Jul. 1680.

1. Anna Abbat. de Lieu Dieu † 1669.

1. Anna Abbat. de la Joye ap. Nemurium.

1. Franciſcus C. de Sery, † 1. Octob. 1666. æt. 26.

1. Petrus dictus Eques de S. Aignan, occ. in pr. ad S. Gotthard. in Ungar. 25. Jul. 1664.

1. Eliſabetha, Abbat. du lieu N. D. ap. Romorant.

1. Gabriel Abbat. a Beauvo

E BELLOVILLERIÆ.

S DE SAINT AIGNAN.

AUVILLIERS Dn. de la Ferté-
Prunelé.

lisia d' Estouteville, Roberti Dn. du Bouchet fil. primog. & co-

Dn. du Bouchet. *Anna de Tillé.*

le Cheray & du Bouchet, Gubern. Blesarum, *Aloisia de Huf-* *Simona, nup.* Richardo de Bailleul.

aro de la Ferté- *Magdalena, nup.* Carolo du Bec Bar. de
rdi Vicecom. de Boury.

Alenzoniæ Legatus in oppugnatione Rupellarum a. 1573.
Antuerpiensi. *Maria de Babou, Philiberti Dn. de la Bourdaisie-*

Maria, Abbatissa Montis Martyrum † 21. Apr. 1657. *Claudia Abbat. du Pont aux Dames.*
et. 84.

Anna Maria, nup. Hippolyto de Bethune Com. de Selles 29. Nov. 1629. *Anna Bertha innupta.*

1. Paulus dictus Dux de Beauvil-liers. *Henrica Colbert, Joh. Baptistæ M. de Seignelay f. 21. Jan. 1671.*	*1. Maria Antonia nup.* Ludovico Sanguin M. de Livry 10. Jan. 1678.	*1. Anna Catharina, Abbat. de Nioiseau* 1684.	2. . . . . Comes de S. Aignan, n. 4. Oct. 1682.	2. . . . . dictus Eques de S. Aignan. n. . Nov. 1684.	

ab eodem oravit atque exoravit, elegantibus literis, quas in *Mercurio Polito* mensis *Mart.* a. 1681. recensitas implendo folio subjungere fortassis juvabit:

Sire

Que les Sujets sont heureux, qui vivent sous le regne d' un Monarque juste, puissant, victorieux & dont les grandes qualitez attirent l' admiration de toute la terre ! Mais, Sire, que les domestiques de V. M. sont bien encor plus fortunez, puisqu' ayant l' honneur d' approcher de Sa personne sacree, ils peuvent voir de plus pres ses lumieres, les bien considerer quoy qu' ils en soient, éblouïs, & luy voyant joindre des bontez si tendres avec un pouvoir infiny, ils trouvent dans la Majesté d' un grand Roy, le meilleur de tous les Maistres ! C' est, Sire, parceque j' en suis bien persuadé, que je prens la liberté de luy rendre compte de la plus importante affaire de ma vie. Je scay, Sire, qu' à parler sincerement, je ne sçaurois estre tout à fait excusable d' une faute que j' ay commise. Je devois malgré les raisons qui vont sans doute la diminuer de beaucoup, me tenir plus exactement dans les formes, & donner lieu à la justice de V. M. d' approuver avant l' execution de mon dessein, ce que je croyois bien, qu' Elle approuveroit ensuite; mais Sire, le plus solide esprit du monde peut-il raisonner tousjours également; & quand on a comme moy le cœur tres-sensible à la gloire, & assez tendre pour l' amour, souffre-t-on patiemment de voir la premiere outragée, & l' autre sans esperance ? V. M. Sire, à laquelle j' avois osé en faire mes justes plaintes à son voyage de Fontainebleau, sçait bien avec quelle douleur je pris congé d' Elle, & avec quel desespoir je vis Mademoiselle de Saumery, que je n' avois pas moins esperée que distrée, en la possession d' un autre, par un mariage fait en si peu de jours, Ce ne fut pas avec ce seul deplaisir que j' allay voir mes terres. V. M. Sire, a connu tous ceux qu' on y a adjoustez, & son incomparable bonté y a fait apporter tous les remedes que je pouvois raisonnablement desirer; mais l' effet en ayant cessé, la cause n' en estoit pas effacée. Une raison bien plus forte s' y joignit encor. Le ciel acheva de vaincre ce que les raisons de la terre combatoient desja avec peu de succés, & la vigueur de mon temperament venant à se joindre aux chagrins de mon esprit, je ne crûs pas qu' il fust en mon pouvoir de vivre bien long temps comme j' avois fait depuis six mois; & craignant d' estre contraint d' offencer Dieu, je jettay les yeux sur une Demoiselle que par des raisons de famille feüe Madame de Rancé sa mere avoit mise dés l' âge de cinq ans aupres de ma femme dans un rang bien au dessous de sa naissance, d' une fille que plus de quinze ans avant sa mort, feue ma femme qui la connoissoit parfaitement, & qui l' aimoit avec tendresse, m' avoit souhaitée si je venois à la survivre; de qui la pieté est exemplaire, la vertu solide, l' esprit doux & agreable, le naturel tendre: Et V. M. Sire, va connoistre sa moderation, d' une personne connüe & estimée de moy de plus de 20 ans, de qui l' esprit est meûr, & qui en passant trente, n' est plus susceptible de ces legeretez qui emportent quelque fois la grande jeunesse, apres s' estre long temps formée sur un modelle plein de vertu; d' une fille que j' ay eu peine à resoudre à me donner la main, de crainte que son choix ne me nuisit aupres de V. M. qui a si peu d' ambition & tant de modestie, que quand elle auroit pû esperer les honneurs du Louvre, elle auroit demandé à genoux à V. M. de ne les luy pas accorder; qui l' assûre par moy qu' elle n' y veut jamais pretendre, & qui bien loin de vouloir faire la Belle-mere de Monsieur & Madame de Beauvillier; & de Monsieur & Madame de Livry, ne veut que les estimer, les honorer, & vivre avec eux comme auparavant; qui ne veut songer enfin qu' à me rendre la vie agreable, & par sa complaisance & par ses soins pour mon menage & qui veut trouver toute sa felicité dans l' establissement de la mienne. Ce fut Sire, le 9 de Juillet dernier que ce mariage se fit à la Ferté St. Aignan, avec toutes les Ceremonies de l' Eglise. Le Ciel le benit incontinent apres, par sa grossesse, & le temps de ses couches m' a pressé même d' en informer V. M. comme je prens la liberté de faire aujourd' huy. On connoist, Sire, le nom & les armes de Rancé, celuy de Lucé qu' elle portoit n' étant pas le sien, & elle joüit paisiblement de cette terre. La lâche envie de ceux qui ont fait pour elle, une Genealogie ridicule qui la fait sortir des plus grands Princes du monde, a eu pour eux dans la verité un succés encor plus ridicule que ce qu' ils en avoient inventé. Elle n' est donc, Sire, ny d' une naissance à me faire beaucoup d' honneur, ny d' un rang à me causer aucune honte. Ceux qui malgré leur merite & leurs dignitez ont épousez des femmes dont la seule vertu & la beauté faisoient toute la noblesse, n' ont pas laissé de les voir vivre dans le monde avec beaucoup d' éclat. Celle-cy ne demande que l' obscurité, quoyqu' il n' y en ait point dans sa race. J' ose donc me persuader, Sire, que je ne seray blâmé de V. M. que pour avoir été un peu trop viste, & non pour avoir couru mal à propos. Si pourtant quelque chose luy a desplû en cette occasion, je luy en demande pardon avec une soûmission egale au zele avec lequel je suis tousjours

Sire

de V. M.

Le tres-humble, tres-obeissant tres fidele Sujet & Serviteur

Le 15. Mars 1681.

Le Duc de S. Aignan.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ PLESSIACO-LIANCURIÆ.

PLessiacensem familiam, quæ cognomento *Liancurt* ab homonymis distingui, atque *insignium* loco *crucem scintillantem rubeam cæteris coloribus atque auro paratis in solo argenteo* uti consuevit, Tabulæ Genealogicæ in usum Serenissimi Delphini æri incisæ ad HUÆUM du Plessys, Regis Philippi Audacis *στρατηγον* referunt, à quo nostrum etiam schema ordiuntur. E posteris ejus inclaruit, primúsque generi suo aliquod nomen decusque peperit JOHANNES III. qui Johannis *de Popincourt*, Præsidis *inquisitionis* in Suprema Curia, filiam unicam, eandémque divitem dominiorum *Sarcelles* & *Liencourt* hæredem uxorem nactus, præterea que locum inter Consiliarios & Præfectos domus Regum Ludovici XI. & Caroli VIII. consecutus est. Ad ampliores posteà honores virtute sua CAROLUS illius è filio natu minimo nepos sese extulit, utpote dignitate *Comitis* atque *Equitis Ordinum Regiorum*, munere primi Regis Scutiferi, nec non præfecturis Mediomatricum & Parisiorum auctus, insupérque splendido matrimonio, ipso Rege Henrico IV. pronubo, locupletatus: *Antoniæ Pontiæ* scilicet, Antonii Dynastæ Pontii & Comitis de Marennes filiæ, antiquo & incluto in Santonibus genere, quod ad *Elium Pontium*, Pompeji Magni nepotem, referre amant, prognatæ. Hanc integra adhuc ætate ac forma priore marito *Henrico Sillio Rupis Guidonis Comite* viduatam dictus Rex cum per Neustriæ confinia iter aliquando faciens in ejus ædes divertisset, ut erat egregius formarum spectator ac cultor, desamare cœpit; licet verò illa inflammati amatoris cupiditati non responderit, sed repulsæ haud assuero copiam sui constanter denegaverit, non potuit tamen non ille virtutem ejus laudare & condigno in pretio habere. Hinc cùm post secundas cum *Carolo Plessæo* nuptias Liancuriæ nomen aversaretur: eò quod *Gabrielis Estræi*, Nicolai Dominvallis *Liancurii* uxor, ita appellabatur, titulo *Comitissæ de Gueresville* eam ornavit, & denique eamquam perspectæ honestatis matronam gynæcéo Mariæ Mediceæ conjugis suæ præfecit. Fidem haud exigua facultatum accessio obvenit, postquàm gnatus, quem è priore marito susceperat, videlicet *Franciscus Sillius Rupigaidonius* ante Rupellam a. 1628 mortem oppetisset, nulla è Catharina Maugnonia uxore sua prole relicta; ejus enim hæreditatem illa crevit, eandémque in posterioris viri familiam transtulit. Cæterum refertur de eo, de *Carolo* nempe *Plessæo Liancurio*, apud *Gramondum Hist. Gal. Lib.* II. quod à Rege Ludovico XIII. cùm is a. 1616 in Aquitaniam sponsæ suæ Annæ Austriacæ obviam proficisci decrevisset, sed Senatui Parisiensi diffideret, veritus, ne studio in Condæum Principem res novas se absente olirentur, explorator illi additus,

FAMILIÆ PLESSIACO-I

DOMINI DE SAVONNIERES, DE PERIGNY & DE LIANC

HUE DU PLESSEYS, vixit
Charnaſſe

Johannes du Pleſſeys Dn. de la

Johannes du Pleſſeys II. Dn. de la Ch

Maceus du Pleſſeys Dn. de la Chaiſe.

Wilhelmus
de Rede

Michael du Pleſſeys Dn. de
Dn. d' Ouſchams.

Johannes du Pleſſeys III. Dn. de Perigny, la Perme, d' Ou
pincourt, Johannâ Præſidis Parl. Pariſ. f. 21. Nov. 1510.

Carolus du Pleſſeys Dn. de Savonnieres, d' Ouſchams.
Sidonia de Sieurieux.

Petrus du Pleſſeys Dn. de Perigny. *Margarita des Barres.*

Johannes du Pleſſeys IV. Dn. de Savonnieres, d' Ouſchams & de la Perine.
Renata de Teligny de Lierville.

Carolus du Pleſſeys Dn. de Perigny & Malicorne, *Claudia d' Eſtampes.*

Ageſilaus du Pleſſeys Dn. de la Perine, *Anna de Courcillon.*

Lycurgus du Pleſſeys Dn. de Savonnieres. *Anna Grifon.*

Edmeus du Pleſſeys Dn. de Perigny. *Judith de la Chataigneraye.*

David du Pleſſeys Dn. de la Perine.
Helena de la Place, Elia Legati
ap. Batavos f.

Carolus du Pleſſeys Dn. de Perigny.

Ludovicus du Pleſſeys Marchio de la Perine. *Suſanna de Courcillon de Dangeau.*

LIANCURIÆ SCHEMA.

OURT, M. DE LA PERRINE, D. DE LA ROCHE GUYON.

circa a. 1280. *Petronella de*

Chaisse. *Tiephania Doirey.*

aisse. *Johanna de l'Espine de Clereau.*

du Plessey Dn. de la Perine & d' Orgieres. *Johanna*
ville, de Mellé - Frouuentieres.

a Perine. *Isabella du Plessey*

thams & Savonnieres, † 15. Maji 1484. *Claudia de Po-*

Anna, nup. Galcherio d' Inteville.

Wilhelmus du Plessey Dn. de Liencourt & de Sarcelles.
Francisca de Ternay.

Catharina, nup. Petro de Lamet Dn. de Beaurepaire.

Carolus du Plessey Dn. de Liencourt, Com. de Beaumont.
Antonia de Pons, M. de Guercheville, Henrici de Silly C. de la Rochegiyon vid.

Rogerus du Plessey D. DE LA ROCHEGUYON, PAR FR. M. de Liencourt, † 1. Aug. 1674. æt. 75. *Johanna de Schomberg, Henrici C. de Nantueil f. † 20. Jun. 1674.*

Gabrielli, nup. Francisco V. Duci de la Rochefoucaud.

Henricus du Plessey Com. de la Rocheguyon oct. 1646. † 13. August. *Anna Elisabetha de Lannoy, Caroli C. de Lannoy f.*

Johanna Carola filia ac hæres unica, nup. Francisco de la Rochefoucaud, Pr. de Marsillac, nunc Duci de la Rochefoucaud 1659.

& quamquam homo militaris inter togatos extra ordinem sedere jussus fuerit; atque sic habita insuspenso suffragia, amocumque per longam Regis absentiam metum ex Parlamento fuisse.

ROGERI *Plessæi Liancurii* luculentæ opes, quas ex utriusque parentum hæreditate percepit, augenti incremento auctæ sunt per conjugium, quod cum *Johanne Schombergia*, è Francisci Cossæi Brissaci matrimonio per divortium egressa, contraxit: hæc enim *Caroli Schombergii* fratris sui germani, absque prole mortui, hæres facta, Comitatu *Durestal*, aliisque bonis, è familiis *d'Espinay* & *de Scepeaux*, ad quas Caroli & Johannæ genitrix paternum maternúmque genus referebat, ad Schombergios devoluris, Liancurium locupletavit. Ipse verò ad pares tantis facultatibus honores solertia sua se penetravit: namque patri suo in præfectura Parisiorum nec non munere Primi Regis Scutiferi suffectus, & torque Ordinum Regiorum à Rege Ludovico XIII. a. 1633 ornatus, locum insuper inter quatuor primores, qui Regi à cubiculis sunt, obtinuit, & denique à Rege Ludouico XIV. a. 1643 titulo *Ducis* ac *Pariis Francia* amplificatus est, Comitatu *Rupis Guidonis* ex fratris sui uterini hæreditate, ceu dictum fuit, accepto, & in Normannia parte, quam *Vexinensem regionalem* appellant, sito, in *Ducatum* & *Pariatum* erecto, cui tamen post viennium demum Supremæ Curiæ confirmatio accessit. Id igitur unicum felicitati *Rogeri* defuit, quod tantorum titulorum & fundorum hæredem masculum, qui nomen familiámque suam propagaret, nullum post se reliquit, & unicum quem genuit filium HENRICUM turbato moralitatis ordine ante se, gloriosa quidem morte in Mardicqi oppugnatione defunctum, exulit. Ne tamen extraneo mellificassa apis dici possit, neptem suam è dicto filio ortam, & facultatum suarum hæredem futuram, in Rupifulcaudiam domum sibi affinitatis nexu junctam, elocavit, eandemque Principi Marsillacensi, qui nunc Dux Rupifulcaudius audit, è sorore sua prognato, nuptui dedit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ POTERIÆ.

ERat *Poterii* in ipsa regni Galliæ metropoli felices natales sortita, nulli reliquarum nobilium familiarum inibi florentium vetustate originis, honorum fulgore, affinitatumque splendore concedit. Quod verò ejus monumenta Caroli VI. ætatem non superent, id *Franciscus Blanchardus* in *Hist. des Presid. au Mortier* imputari vult variis casibus ac perturbationibus, quibus per bella Anglica privatæ quarumvis familiarum res una cum republica jactatæ atque exercitæ sunt. *Insignium* gentilitiorum loco uti consuevere Poterii *duabus palmis dextris auro tinctis in area cærulea, cúique distincta quadrante honorario* (Gallici feciales *francquartier* vocant) *ex argento & cyano tessellato.*

NICOLAUS I. *Poterius* Regi Ludovico XI. à consiliis & remonetaria fuit, atque ab eodem a. 1473 inter Quatuor viros restaurando & à perversis usibus repurgando ærario sacro lectus est.

Schei dynastæ, quorum linea *tabula dicta* recensetur, D. Lotharingiæ operam suam frequenter commodarunt: ANTONIUS II. enim Henrico Duci à cubiculo fuit, ejusdemque nomine Bassiniaco pago nec non castro *la Motte* præfuit; GABRIEL ejus filius natu minor *Hippocomi* munus apud eundem Ducem obiit, primogenitus verò ANTONIUS III. non tantum Motham & Bassiniacum rexit, sed etiam cohortem prætoriam Ducis Caroli III. moderatus est, vitamque pro eo profudit, cum Mothæ à Marescallo Forcæo auspiciis Regis Ludovici XIII. oppugnatæ & tandem expugnatæ defensioni pro virili invigilaret, fragmento domus tormentorum ictibus eversæ casus. Tribuitur eidem à *Johanne Busserio in Hist. Franc. L.* XXIV. aliisque historiæ secularis scriptoribus frater *Eustachius*, isque religiosus, quem vel *Renatum* vel *Christophorum* in tabula notatos fuisse, conjecturam facio, solemne enim est monasticam amplectentibus nomina mutare; ille verò *Eustachius* in dicta obsidione haud compressis, quod ajunt, manibus sedit, sed obsessis saxorum ingentium molem in subjectos Gallos provolvendo se tuentibus gnaviter operam præbuit, semel intra sex horas decem saxorum plaustra in legionem Tonneriam effudisse observatus: *Jupiter novus*, ut *Busserii* verbis utar, *qui lapidibus plueret*, atque is post necem fratris obsessos à deditione diu inhibuit.

FAMILIÆ CHŒSELIÆ TAB. V.

BARONES D' AIGREMONT & D' AMBONVILLE.

PETRUS DE CHOISEUL dictus GALLEHAUD, DOM. D' AIGREMONT & de FRESNOY, Renieri III. F. † 1401. Ux. 1. *Margarita de Pailley, 2. Alisa de Choiseul, Guidonis fil. Gerardi de Dinteville vid.*

1. Wilhelmus. | 1. Petrus. | 2. Petrus Gallehotus II. Dn. d'Aigremont & Fresnoy † 12 Jan. 1465, *1. Rolina Dn. de Clemont, Girardi de Choiseul vid. 1418, 2. Richarda, Johannis Dn. d' Oiselet f. † 14. Dec. 1597.* | *2. Johanna, nup.* Wilhelmo Dn. de S. Loup.

Johannes Dom. d'Aigremont & de Meuze † 17. Aug. 1485. *Isabella de Choiseul, Wilhelmi Dom. de Clemont f. 1471.*

Petrus DN. de DONCOURT ET CHEVIGNY. Vid. Tab. VII.

Margarita, nup. Johanni de Villiers Dom. de Montigny 1506.

Petrus III. Baro d' Aigremont & de Meuze † 15. Septembr. 1527. *Anna de S. Amadour Johannis Dom. de Beaupré fil. ac hær.*

Antonius, *Prior* Semurii.

Philibertus B. d' Aigremont & d' Ambonville. *Antonia Foucher de Favevieux.*

RenatusDN. de BEAUPRÉ. vid. Tab. VI

Franciscus B. de Meuze † Cl. *Barbara de Chatenay, Joachimi Dom. de Villars f.*

Joachim 9 *Eq. Melit.*

Franciscus 9 *Protonot. Apostol.*

Margarita nup. Africano Dn. de Haussonville. 1556.

Philibertus B. d' Aigremont, Eq. Ord. Reg. *Johanna de Dinteville, Ludovici de Lenoncourt vid.*

Franciscus B. d' Ambonville. *Jacobi Dom. de Bazoilles f.*

Manna de Lux,

Franciscus B. d' Aigremont. Cl. *Adriana de la Vaux.*

Johannes B. d' Aigremont, Dn. de Rozieres. *Anna Francisca d' Angicour,*

Aloisia, nup Gilberto de Rigny Dn. de Prevevange.

Jacobus d' Ambonville. *Mariana de Mauleon, Joh. Blasii Dom. de la Bastide f.*

Wilhelmus dictus *Abbas d' Aigremont, Monachus Cluniac.*

Carolus B. d' Ambonville. *Maria de Porcherot, Germani Dom. de Billy f. 1638.*

Carola. | *Anna Catharina.* | *Gabriela.*

Alexander B. d' Ambonville, *Mariana de Bologne Claudii Dom. de Bonnecourt f.*

Carolus. | Franciscus. | Petrus. | Claudius Bernardus, | Ludovicus. | *Anna.* | *Magdalena.* | *Christina.*

FAMILIÆ CHŒ

BARONES AC MARCHIONES DE BEAUP

RENATUS DE CHOISEUL BARO DE BEAUPRE
Reg. 1568. *Mathildù, Laurentii Dom. de Francieres*

Christianus B. de Beaupré † 3. Maji 1593. *Antonia de Dinteville, Wilhelmi Dom. de Polisy f. 2. Franciscad' Anglure, Johannis M. de Coublans f. 10. Dec. 1591.*

Edmeus Africanus † cœlebs.

Franciscus † cœl.

Maximilianus B. de MEUZE. *Catharin de Chastelet, Antonii Dom. de Sorcy B. d Chateauneuff. 10. Dec. 1591.*

1. Ludovicus Franciscus B. de Beaupré, Dn. de Polisy. *Claudia, Wilhelmi Marzel B. de Brauback f.*

2. Antonius B. de Beaupre Dn. de Bourdon & Daillecourt occ. in pr. Lenciac. 1648. *Maria de Ravenel, Jacobi Dom. de Verdelot f. 12. Febr. 1627.*

Gabrielù, nup. Alberto de Savigny Dn. de Sailly.

na, nup. Petro Ludovi-co Dom. de la Grange le Roy B. de Murauvaux.

Maria Angelica, moniali.

Anna Germana.

Jacobus Franciscus dictus March. de Beaupré, Dn. de Daillecourt. *Anna Maria du Chatelet, Laurentii Dn. de Francieres f. 1. Jul. 1619.*

Antonia.

Catharina.

Christina, nup. Carolo B. de Stinville.

Barbara, ux. Waltheri de Synotte, Hiberni.

Johanna, nup. Johanni de Rozen, Sueco.

Margarita, ux. Francisci Dom. de S. Leonard.

Stephanus Dn. de Fremanville.

Henricus *Abb. de Villiers.*

Christianus occ. in Germ.

Franciscus Albertus Dn. de Fremesdorf. *Maria de Lorraine-Mouy.*

Ludovicus B. de Beaupré, occ. in bel. Palat. *Clara Henrica de Maulcon, Francisci Dn. de la Bastide f. 3. Jul. 1646.*

Maximilianus occ. in obsid. Spir. 1644.

Carolus. [illegible] *Christina de Warin.*

Carolus.

Franciscus Josephus.

Cleriardus de Choiseul Beaupré.

Franciscus Josephus Bar. de Beaupré.

N. . . . de Choiseul.

N. . . . de Choiseul.

Henrica Aloisia, moniali.

HŒSELIÆ TAB. VI.

AUPRE, DE MEUZE, & DE FRANCIERES.

AUPRE & de Meuze, Petri III. Bar. d'Aigremont F. Eq. Ord.
ncieru fil. ac her.

tharina *Claudia, nup.* Francisco Dn. de Malpierre. | *Francisca, nup.* Hectori de Frannay B. d'Avisy. | Johannes B. de FRANCIERES. *Anna de Sautour Dom. d' Ivouer, Francisci Supr. Dom. de Montreuil f. Johannis de Rochefort vid.* | *Nicolaa Canonissa Remiremont.*

ro Maria, nup. Friderico de Ligneville C. de Tantonville. | Franciscus B. de Meuze & Meuvy, Dn. de Sarcy, † m. Aug. 1669. *Catharina Margarita de Florainville, Johannis Dom. de Cousance f.* | Ludovicus March. de Francieres, Dom. d' Ivouer. *Catharina de Nicey, Stephani Dom. de Romilly f.* | Theophilo † juv.

Claudia Margarita Clarissima, nup. Petro Ludovico Dom. de la Grange *Franciscus*

Margarita.

Catharina † cel.

Maria Dominica Canonissa.

Maria Francisca, nup. Arnoldo B. d' Ardigoily 1655.

Henricus Annas, dictus *Eques de Meuze.*

Maximilianus II. March. de Germey.

Claudius de Choiseul de Francieres, Dn. de Fontainebecon, dictus Comes de Choiseul. *Catharina Alphonsina de Remy, Gastonis B. de Lasdelles f.*

Franciscus *Prior de Randevilliers.*

Ludovicus † juv.

Gabrielis, nup. Antonio de Prade Balesteau Dn. de Pezeaux.

Catharina, Abbat. de Beaumont.

Maria, Abbat. de Poulangy.

AD TAB. V. ET VI.

EBaronibus *d' Aigremont* & *d' Amburville* PHILIBERTUM I. ejusque filios PHILIBERTUM II. & FRANCISCUM Regibus Galliæ Carolo IX & Henrico III. operam suam locasse, militaribusque munis admotos, nec nón dignitate equestri bonestatos fuisse memorant.

CHRISTIANUS *Chæselius Belloprati Baro* Regi Henrico IV. adversus Henoricos militavit, vitamque ei in oppugnatione castri *Montecler* impendit. Filiorum ipsius natu minor ANTONIUS itidem stipendia Gallis fecit, & in legione Gastonis Ducis Aurelianensis alam equitum levioris armaturæ duxit, atque apud *Lentiacum* adversus Hispanos fortiter dimicans occubuit. Ea in pugna gnatus ejusdem JACOBUS FRANCISCUS quamquam vix pubertatem egressus, eximia animi impavidi & ad pericula impigri specimina edidisse dignumque se reddidisse prædicatur, qui parenti in equitum ala subrogaretur. Ab illo tempore omnium Regis hodierni expeditionum pars, ad munus Primi ductoris catervæ selectæ (Galli *le plus ancien Brigadier* vocant) nec non Tribuni legionis equestris pervenit, demúmque ineunte anno 1685 titulo Legati regii in Campania auctus est.

Chæselii de Francieres Regibus Galliæ ad exemplum Bellopratensium stipendia facientes, fortiterque se gerentes, officiis & honoribus aucti ornatique sunt. JOHANNES etenim alæ quinquaginta equitum & Lingonum civitati à Rege Henrico IV. præfici meruit; LUDOVICUS *Marchionis* titulo decoratus, initio in legione Principis Condæi Magistri equitum munus obiit, posteà legionem pedestrem moderatus, tandem axiomate *Locumtenentis Generalis exercituum regiorum* dignum se reddidit, patri prætereà in Lingonum præfectura subrogatus, quam nunc filius ejus natu maximus CLAUDIUS obtinet; is sub *Comitis de Choiseul* nomine inclaruit, munere Tribuni legionis equestris & Castrametatoris hodierni Regis auspiciis functus, atque ab eodem cum copiis auxiliaribus in Candiam a. 1669 missus, ubi in funesta illa eruptione à popularibus suis d. 27 Jun. facta aciem subsidiariam rexit, incolumisque evasit. Idem, quantum ex nomine conjectare licet, copias Electoris Colonienſis duxit, cùm ab eo Leodiensis civitas a. 1682 sub jugum mitteretur

AD

AD TAB. VII.

DE *Chaſelis Cevinis & Esgullii Dynaſtis* harrendi deficeret argumentum, niſi CLAUDII ALEXANDRI mors bellica, quam ad *Nigrampeliſſam* obiit, qualecunque ſuppeditaret. Eam *Gramondus*, in *Hiſtoriis* tam *Galliæ*, quàm *proſtratæ rebellionis* notavit, in poſteriore (*Lib. 7. c. 4. ad a. 1622*) oppugnationem loci illius enarrans: *Res ipſe ducente primum agmen Condæo in Nigrampeliſſam ſigna convertit; urbs erat quatuor à Montalbano milliaribus. Ducis Rullionii illuſtre feudum, valido præſidio, munimentisque præter vetera novis firmata, ut diutinam poſſet obſidionem eludere; tam dono ſuperioris Medanvio Duci deditam, Proteſtantes non ita multo poſt conſpirantibus oppidanis, cæſa coborte Valiacea ſeguium excubante receperunt. Ad VII. Id. Jun. admotis incruentâ pugnâ non urbe procul legionibus, munimentis tormenta undecim ſuccedunt, diutinâque diſplosione ruinam edunt, quantum in oppugnationem ſatis: præſidiarii quamquam auguſtiore loco quadringenti, dedicionis conditiones expoſcunt quibus ſalvâ vitâ, reliqua Regis arbitrio ſtabant. His Condæus reſpondere, meminiſſent jugulati nuper ad interneccionem præſidii Regii, neque ſalutem obſeſſis, niſi quam ferro vindicarent. Veſperaſcente ad IV. Kid. Jun. die, poſt editam quadragintà pedum ruinam, univerſâ in urbem oppugnatione actum, ubi vix dici poteſt quàm ſtrenuè manum conſeruerit prætoriana cohors, ſternuntur primi propugnatores, expugnatur munitum, muri occupantur, non parcitur ſexui, ad unum nuper à internecionis memoriam adeò miſericordia exulat, ut ipſimet infantes nullo innocentis ætatis exceptione rapiantur ad mortem. Dum præda, incendio, & ruinis avidiùs incubant Regii milites, in arcem, quæ urbi ſupereminebat, reliquis prælii decurſi circiter Rebelles evadunt, qui poſtridiè deficientibus commeatu & animo, nullâ lege credunt ſe Miſericordiæ Regis: at nullâ in laniſtæ clementiâ, patibulo ſuffiguntur ad unum, penaſque luunt jugulatæ prodicrè Valiacæ cohortis. Ferunt præſidiariorum quemdam, dum ſocios, ad circumjectas urbeis ſuffigebant carnifices, rogaſſe enixiùs capitalium præfectum, daretur id meritæ gratiæ, ut ad arborem non procul hinc ſitam, quam manu ipſe propriâ ſeviſſet, haud implacida morte finire daretur. Nec difficuit præfecto acumen ingenii ad Orci ſauces tam blandum garrientis, facilumque voto ſatis. Arce conſervatâ, quæ Baillionæ ditionis erat, urbem abſumpſit ignis, ut vix ejus hodie ſuperſint veſtigia, adeò ipſis muris fatale eſt, ſi quando in Regem ſuum oppidani rebellant; neque incruenta noſtris victoria fuit; BARO quippè ESGULLIUS Navarreæ cohortis centurio, Fontenaius, Villanovanumque nobiles deſiderati, ſanciatus Tonlongionus, gregarique non pauci.*

FAMILIÆ CHŒS

DOMINI DE CHEVIGNY, DC

PETRUS dictus GALLEHAUT DE CHOISEUL DO
d'Aigremont & de Fresnoy F. † 6. Febr. 1510. C
bery f. 1. Jul. 1479.

Theobaldus de Choiſeul, *Eq. Rhod.* 1512. † 1529.

Johannes Dominus de CHEVIGNY & Doncourt. *Anna de Choiſeul, Philiberti B. de Lanques f. 4. Maji* 1504.

Nicolaus DOM. Vid. Tab. I

Johanna, nup. Johanni de Salins, Dom. de Carabœuf.

Marcellus Dn. de Chevigny † 23. Mart. 1595. *Johanna de Brancion Dom. de Meure, Stephani fil. 28. Mart. 1539.*

Jacobus Canonic. Lingon.

Antonius Dn. de Doncourt. † ſ.l. 1551. *Margarita de Granſon Dom. du Puis.*

6 filiæ moniales.

Franciſcus Dn. de Chevigny. *Franciſca d'Eſguilly, Jacobi Dom. d'Eſguilly fil. ac har. 7. Febr. 1578.*

Claudius Dn. de la Meure † ſ.l.

Ludovicus Dom. de Doncour occ. in oppugn. Verzelac. 1569

Jacobus Baro de Chevigny & de Chaſſy Eq. Ord. reg. *Magdalena de Malain Bar. de Lux, Edmei f. 9. Maji 1617.*

Antonia, nup. Antonio de S. Belin Dom. de Vaudre mont 1628.

Franciſcus II. B. de Chevigny & de Lux. *Paula, Humberti B. de la Riviere fil. unica 31. Jan. 1665.*

Catharina Canoniſſa Remiremont.

Balthaſara Maria, monialis.

Johanna, nup. Hugoni Antonio de Rouvray C. de Chaudenay 1657.

SELIÆ TAB. VII.

ONCOURT ET D' ESGUILLY.

OM. DE DONCOURT & de Fresnoy, Petri II. Dom. *Catharina du Plessis Dom. de Chevigny, Theobaldi Dom. de Bar-*

DE PRASLAIN. liq. IIX.

Agnes, nup. Ludovico de Brichanteau Dom. de Gursy.

Theodoricus Dn. de Geomainvilliers. *Desideria de Kavendesay, Philiberti Dom. de Chaudenay f.*

Franciscus Dn. de Geomainvilliers f 1551.

Johanna, nup. Antonio de Hautbois 1533.

Francisca, ux. Gerardi de Hautbois 1538.

Johanna, nup. Marco Dom. du Houst 1540.

Nicola, uxor Claudii du Houst 1551.

Audax *(Hardy)* de Choiseul *Eq. Melit.* occ. in obsid. Fani Fidei 1563.

Francisca Canonissa Remiremont.

Claudius Alexander Dn. d' Esguilly occ. in obsid. Nigropelissi. *Maria Brisson. 4. Jun. 1617.*

Johannes BARO d' ESGUILLY. *Anna de Franay, Hectoris B. d' Anisy fil. 1622.*

Claudia, nup. Georgio de Reugny Vicec. du Tremblay 1636.

Franciscus Helionor9 Com. d' Esguilly. *Francisca de Malatesta Dom. de Vaudenay, Georgii de S. Belin, C. de Brelle vid. 1653.*

Antonio9 Dn. de Bussieres. *Maria de Pernes, Ludovici Dn. de Rochefort f. 1655*

Jacobus Dn. de Villars per ux. *Annam Branches Ægydii Dom. de Villars fil. duct. 4. Jul. 1655.*

Jacobus II. *Abbas.*

Carolus *Eq. Melit.*

Johañes *Eq. Melit.*

2. mort. ala.

Franciscus,

Johannes.

Dominicus.

AD TAB. IIX.

Heſſelii Pralinii & *Pleſſii* gentilium ſuorum naturæ ordine poſtremi, (quamobrem *inſignia* gentilitia *haud integra*, ſed *plinthidibus duabus ex inferioribus quadris excerptis, mutilata* gerere conſueverunt) opibus ac honoribus præclaris facinoribus partis primi evaſere. Ad illos FRIDERICUS I. poſteris ſuis viam præeundo oſtendit: is enim Regis Caroli IX. aulam militiamque ſecutus, utrobique famam ac dignationem ſibi peperit, atque illic munere Cubicularii regii honeſtatus, hicalæ quinquaginta equitum præfectus, cum ad ampliora enitereturſ. fatorum malignitate raptus eſt: nimirum poſtquam in prælio *Baſſacano* ſive *Jarnacenſi*, omnia non militis tantum ſed & ducis fortiſſimi munia impleviſſet, multaque vulnera accepiſſet, ex illis paulò poſt in flore ætatis, agebat enim annum octavum & tricesimum, deceſſit.

CAROLUS Pralinius *Marchionii* titulo auctus in bellis civilibus, quibus ſub ſuperioris ſeculi finem Gallia flagravit, ſtrenui ac maximè pugnacis nomen adeptus eſt, enituitque ejus virtus a. 1580 in oppugnatione *Fanæ Veromanduorum*. A. 1589 cùm Pariſii accepto de cæde Guiſiorum nuncio rebellionem cœpturent, à factioſis ſuſpectos ſibi per urbem inveſtigantibus comprehenſus fuit. A Rege Henrico IV. ſtipatoribus ſuis & *Auguſtobonæ Trecaſſiorum* præfectus poſteà *Campaniæ* vicaria poteſtate impoſitus atque a. 1595 torque Ordinum ſuorum decoratus eſt. A Ludovico XIII. longa laudabilique militia emeritus *Mareſcalli* ſcipionem nec non præfecturam Santonum & Alnetenſis regiunculæ a. 1619 accepit, regiaque exinde arma in obſidionibus Fani Engeriaci & Montalbani moderatus eſt, usque dum morbo oppreſſus ſupremum diem anno climacterico obiit.

FRIDERICUS II. *Pleſſii Comes* manu ſtrenuus & bellator bonus equitatum levis armaturæ titulò *Colonelli Generalis* rexit, torquemque Ordinum regiorum promeruit.

ROGERUS *Pralinii Marchio* tum ſuopte ingenio bellicoſus, tum paterno exemplo ad arma ſtimulante, plerisque Regis Ludovici XIII. expeditionibus interfuit, itaque ſe geſſit, ut laborum decoramentum, titulum *Caſtrametatoris* & *Vicarii regii* in Campania tulerit. Poſtquam verò a. 1626 cum Vardio Marchione duello conflixiſſet, ob legem in monomachos recens latam Campaniæ legatione juxta & Trecenſium Bailivia multatus fuit, quemadmodum *Gramondus Hiſt. Gall.* L. XVI. refert. Proceſſu tamen temporum impetrata à Regedelicti gratia Tribunatum equeſtris militiæ levis armaturæ geſſit, atque in prælio prope *Sedanum* cum Comite Sueſſionenſi arma patriæ inferentecommiſſo, inter confertiſſimos pugnans cæſus eſt.

FRANCISCUS *Pralinii Marchio* bellica laude fratre *Rogero* haud inferior legione equeſtri dignum ſe reddidit, tandemque titulum *Locumtenentis generalis armorum regiorum* conſecutus eſt. Gaudet præterea munere *Legati regii* in Campania, & ſpeciatim in Lingonibus ac Trecaſſiis, nec non præfectura Auguſtobonæ.

CÆSAR *Pleſſi-Pralinius* à prima pueritia à Rege Henrico inter *Infantes honorarios*, ceu vocant, Ludovici XIII. tunc Delphini coopratus eſt, inde erecto ad majoris fortunæ ſpem animo ſimulac exephebis exceſſit, in militiam ſe contulit: eaque fortis & impavidi ſpiritus ſpecimina edidit, ut brevi præfectura legionis equeſtris inſigniretur. Auctus deinde munere *Caſtrametatoris* & poſt aliquod intervallum titulo *Locumtenentis generalis exercituum regiorum* a. 1624 in Italia, & ſequenti anno in Catalonia rem proſperè ac prælarè geſſit, ibidemque expugnationis *Roſæ* præcipuum momentum fuit; multis propterea gratulationibus in aula, cum eò redviſſet, exceptus, & *Mareſcalli Franciæ* dignitate decoratus. Exinde iterum ad bellum Inſubricum miſſus, cum Sabaudicis copiis Gallicas conjunxit, variaque fortuna uſus eſt, ſed adverſa maximè in obſidione *Cremonæ* à Duce Mutinæ, qui tunc ſupremam armorum Gallicorum præfecturam gerebat, cœpta: eam enim non tantum ſucceſſus deſtituit, ſed & ingens Gallorum ſtrages & præcipuè ipſius *filii ſecundogeniti* ejusdemque *cognominis* cædes funeſtavit. Hanc verò adverſitatem penſavit novus honos, quem Regina mater in aulam reverſo contulit, conſtituendo ipſum *moderatorem juventæ Philippi Ducis Aurelianenſis*. Hanc ſpartam ita ſuſcepit atque obiit, ut vacationem à militia haud peteret, ſed quotiescunque Regis regnique rationes poſtulabant, ad ſagum rediret, cumque inteſtinis diſſidiis afflageretur Gallia, ſummæ erga Regem fidei ac conſtantiæ documenta daret, atque a. 1650 d. 15 Dec. memorabilem illam ad *Sompium* pagum haud procul Rethelio ſitum, victoriam de Vicecomite Turenio, factioſorum copias tunc ductante, reportaret, quam tamen filii ſui primogeniti CAROLI, (is cum promptiſſimis in dextra ala manum conſerens occubit,) funus lugubrem ipſi reddidit. Horum

rum aliorumque meritorum ergò a. 1662 torque Ordinum regiorum decoratus, triennioque post, nempe anno 1665 ad dignitatem *Ducis* ac *Paris Francie*, à Senatu Parisiensi d. 2. Dec. eiusdem anni confirmatam evectus est, titulo *Ducali* prædio ipsius *Poliæy*, in Burgundia sito, sub nomine *Choiseul* attributo. Accepit præterea præfecturam diœcesis Tulensis, & adulto Duce Aurelianensi, atque adeò munere quo apud eum functus fuerat, expirante, axioma *primi* sui *Nobilis Cubicularii* nactus est, tandemque extrema senectute confectus naturæ debitum *Lutetiæ* persolvit postquam quarto ante obitum suum anno filium etiam tertiogenitum simili ac priores duos fato & Regis gloriæ deserviendo amisisset. Iscui ALEXANDRO nomen erat, patriis in munere primi Nobilis Cubicularii Ducis Aurelianensis substituturus, & Tribunatu legionis equestris honestatus, Regi in prima adversus Batavos expeditione præstò adfuit, *Arnhemiumque* expugnandum sibi sumpsit, verum dum restaurando ponti operam dat & mandata dispertit, pauliper se nudanti & circumspicienti tormenti ictus, qui unicus fuit ex obsessâ urbe jactus, brachium percussit & à corpore divellit, itaut paulò post expiraret. Conjux ejus *Claudio Lupo Bellonavio* è secunda uxore *Mariæ de Guenegaud* nata fuit, transiitque ad secunda vota cum *Julio Marchione de Clerambaud*, Philippi Marescalli Franciæ gnato, priori verò marito Comiti Plessio scilicet filium pepererat CÆSAREM AUGUSTUM titulorum & virtutum avitarum hæredem, sed in flore ætatis fatorum iniquitate abreptum: Regi enim in oppugnatione *Luxemburgi* validissimæ urbis voluntarius militans & glande supra oculum sinistrum d. 28 Maji ictus paucos post dies animam efflavit, cum non ita multò ante Ducis ac Marescalli *de Navailles* filiam primogenitam sibi despondisset, si quidem vera Novellæ prædicarunt. Habuit verò hæredem Ducalis axiomatis patruum suum AUGUSTUM, qui solus Cæsari patrisuo superstes manserat, & militiæ Melitensi nomen dederat, titulo *Equitis de Plessis* clarus factus, & præfectura legionis peditum insignicus; postea verò mutato vitæ genere sustentaturus spem familiæ ad conjugium animum appulit duxitque gnatam *Marchionis de la Valiere* a. 1676, d. 14 oct. mortui, & *Gabrielidis le Gle*. Erat ille frater *Franciscæ Alaisiæ de la Baume le Blanc*, gratia hodierni Regis illustratæ, atque ab eo titulo *Ducissæ de Vaujour* in *Turonibus* a. 1667 decoratæ, nunc verò sanctimonialibus *Ordinis Carmelitici* aggregatæ, filius vero *Layrentii* Baronis *de la Maisonfort* & *Francisci le Preuost*, habuitque patruum *Ægydium* Episcopum Nannetensem, qui a. 1677 dignitate illa in favorem *Ægydii de Beauveau*, è sorore sua nati, sese abdicavit.

ÆGYDIUS *Choiselius*, Vicecomes *d'Hostel* dictus, in Pedemontio mortem oppetiit, cum frater ipsius Cæsar sub Principe Cariniani Santiacum oppugnaret.

FRIDERICUS *Choiselius* Comes *d'Hostel* Bethunam regio nomine rexit, & apud Gastonem Ducem Aurelianensem munere præfecti stipatorum ejus & primi Nobilis Cubicularii functus est; hocque in officio, necnon in Bethunæ præfectura filium cognominem successorem habuit. Hoc natus GASTO JOHANNES BAPTISTA nupero bello Belgico inclaruit, insigniaque strenui nec ad pericula degeneris animi specimina a. 1678 in oppugnatione *Hiprarum* ignitorum granatorum jaculatoribus præeundo dedit.

FAMILIÆ CHŒS

MARCHIONES DE PRASLAIN, COMITES DU PL

NICOLAUS DE CHOISEU
DU PLESSIS, S. Jean, M
Aug. 1537. *Aliſa de Cha*
ques f. 4. Maji 1504.

Friderieus Dn. de Praslain & du Pleſſis † 1569. *Anna de Bethune, Domina d' Heſtel Ravigny & Longeville, Vicec. de Chavignon.*

Johañes *Eques Melit.*

Franciſcus †cœlebs.

Barbara, nup. Carol
vent 4. Sept. 153

Carolus Dn. du Praslain, March. de Chaource, Vicecom. d' Hotel & de Chavignon, B. de Chitry. Mareſc. Fr. † 1. Febr. 1626. æt. 63. *Claudia de Cazillac, Franciſci Dom. de Seſſac f. 7. Dec. 1591.*

Franciſca † innupta.

Rogerus March. de Praslain occ. in pr. Sedan. 6. Jul. 1641.

Franciſcus M. de Praslain. *Carola de Hautefort Caroli C. de Montignac f. 3. Febr. 1653.*

Catharina Blanca, nup. Jacobo d' Eſtampes M. de la Ferté Imbaud 1610.

Claudia Abb. B. Virg. Treceñ. † 1667.

Anna Abbat. poſt ſororem.

Franciſca, nup. Alexandro de Canonville B. de Raffetot 1619.

Eliſabetha, nup. Henrico de Guenegaud M. de Planc 1641. † 9. Aug 1677.

Maria Franciſca dicta Domic. de Praslain.

Carolus C. du Pleſſis, occ. in pr. Rethel 1650, d. 15. Dec.

Cæſar *Eq. Mel.* occ. in pr. Cremon. 1. Jul. 1648.

Alexander C. du Pleſſis, occ. in oppugn. Arnheim. 14 Jun. 1672. *Maria le Loup, Claudii Dn. de Bellanave f. 16 Jul. 1659.*

Auguſtus Eq. Mel. nunc Choiſeul Par. Fr. *N. de la Baume le Blanc, M. de la Valiere f. 30. Jul.*

Cæſar Auguſtus Dux de Choiſeul Par Fr. occ. in oppugn. Lucemburgi, m. Jun. 1684. æt. 20.

SELIÆ TAB. IIX.

PLESSIS ET DE HOSTEL, DUCES DE CHOISEUL.

UL, DN. DE PRASLAIN,
Barbery Bar. de Chitry † 31.
oiſeul, Philiberti Dom. de Lan-

lo de Beauveu Dom. de Paſſa- *Jacobina, nup.* Guidoni de Griffard, Dn. d' Hanencourt 25. Nov. 1541. *Claudia, nup.* Carolo de Malain, Dn. de Miſlery.

Fridericus II. Comes du Pleſſis, B. de Chitry. *Magdalena Berthelemy, Wilhelmi Dom. de Beauverger f. 1593.* Ægydius Vicecomes d' Hôtel † improlis.

. Cæſar DUX de Choiſeul PAR & Mareſc. Fr. † 23. Dec. 1675. *Columba Charron, Germani Dom. de S. Angé f.* † *26. Jan. 1681.* Ægydius Vic. d' Hoſtel, occ. in obſid. de Sainteya 29. Aug. 1644. *Magdalena, nup.* Johanni Malet de Gravile Dn. de Drubec. † m. Jan. 1678. Fridericus Vic. d' Hoſtel. *Gabrielis de Boues, Henrici B. de Coutenan f. 1629.* Gilbertus *Epiſcop. Convenar.* 1669. *Tornac.* 1670. *Franciſca* monialis. *Aloiſia Abbat. des Sauvoir.*

Dux de *Franciſci 1612.* *Franciſca Margarita, nup.* Gaſtoni Joh. Baptiſtæ de Maugiron C. de Mondeans 1653. *Maria Chriſtina, Abbat. de Sauvoir.* Friderico Com. d' Hoſtel † m. Nov. 1667. *Franciſca Menardeau, Gratiani Dn. de Champré f.* *Angelica, nup.* 1. Raphaëli de Tornielle M. de Gerbevillier, 2. Carolo l'Argentier, M. de Esguillon 1650.

Gaſto Johannes Baptiſta Com. d' Hotel. Cæſar. Dionyſius. *Franciſca.* *Angelica.* *Magdalena.*

FAMILIÆ CHŒSELIÆ TAB. IX.

DOMINI DE TRAVES, & DE LA PORCHERESSE.

ROBERTUS DE CHOISEUL, DOM. DE TRAVES
Renardi III. Dom. de Choiſeul F. *Iſabella de Rougemont.*

Bernardus Dominus de Traves. *Margarita Dom. de Brancion.*

Johannes.

Margarita.

Renaldus Dn. de Traves.

Petrus de Traves Eques. *Aliſa de Bourbon f. Archambaud.*

Wilhelmus de Traves Dn. de la Porchereſſe. *Johanna de Rabutin, Wilhelmi Dom. d' Eſpiry f. 1356.*

Johannes Dn. de la Porchereſſe 1370.

Petrus II. Dn. de la Porchereſſe. *Catharina de Rogny.*

Jacobus Dn. de la Porchereſſe. *Catharina de Pocquieres.*

Claudia, nup. Amadeo de Rabutin Dn. d' Eſpiry 1421.

Liebaldus Dn de Dracy. *Iſabella de Chalon.*

Claudius Dn. de Vanteau. *Iſabella Hugonet Wilhelmi Cancell. Burg. f.*

Celcius Dn. de la Porchereſſe. *Anna de Rye Dom. de S. Leger.*

Carolus Decanus Cabilon.

Margarita monialis.

Maria, nup. Johanni Palatino de Dio.

Johannes Dn. de Dracy & S. Wuye. *Aloiſia de Bernaud.*

Jacobus Dn. de la Porchereſſe. *Claudina de S. Leger, Erardi f.*

Antonius Dn. de S. Wuye, & de Dracy. *Renata Girard, Jacobi Dom. de Bazegnes f.*

Celcius Dn. de S. Leger & de la Porchereſſe. *Franciſca de Hambvii.*

Franciſca Dom. de Dracy nup. Franciſco d' Amanzé Dn. de Choffailles.

Johanna Dom. de S. Wuye, nup. Claudio de Foudras Dom. de Corcenay.

Johannes Dn. de la Porchereſſe.

Petrus III. Dn. de la Porchereſſe.

GENEALOGIA FAMILIÆ AUMONTIÆ.

N *Velocassium Francii* à non uno seculo eminuere *Aumontii*, insignium loco *rubentem cantherium, adjecto septem merulæ apodibus, in scuto argenteo* deferentes. Stirpem eorum *Joh. Laboreius* in *Introductione ad Historiam Regis Caroli* VI. deduxit à JOHANNE I. AUMONTII Domino qui a. 1240. vixit & Abbatiam *Bessen* donariis auxit. Uxor eidem tribuitur *Mabilia*, filius *Johannes* II. a. 1300. mortuo marito *Isabella d'Oemont* pater *Johannis III.* & *Reginaldi*. Ille Senescallus Pictonum in pugna Cressiaca a. 1346 occubuit, filiosque tres post se reliquit, videlicet *Petrum*, *Carolum* & *Johannem*: hic pater fuit alterius *Johannis*, qui Regi Carolo VI inserviit, *Carolus* progenie caruit, *Petrus* Aumontii & Bertecurii Dominus Regibus Johanni & Carolo V. à consiliis fuit, atque a. 1381. d. 10 April. ratis conscessit, pater è *Johanna du Delouge* conjuge sua a. 1364. d. 12 Sept. mortua PETRI II. & *Philippi*. Ille *Hutinus* cognominatus Caroli VI. primus cubicularius extitit, fortibusque factis promeruit, ut munere portatoris labari Francici, quod *auriflammam* vocabant, insigniretur. Ab eodem sequens Genealogia initium capit.

JOHANNES V. & FRIDERICUS *Aumontii* fratres a. 1482. familiam herciscentes ita transegere, ut prior ditiones in Campania & Burgundia sitas, cum *titulo Dynastæ Aumontii*, in signum primogenituræ, haberet, alter verò ipsum *dominium Aumontium* cum prædio *Meru* acciperet. Hinc *Friderico* absque prole masculâ defuncto, *Aumontia* dynastia cum filia ejus *Anna* ad *Montmorancios* transiit.

JOHANNIS VI. *Aumontii* viri strenui & nulli seculi sui antiqua virtute ac fide secundi res gestas monumentis suis mandavit, condignisque laudibus ornavit fidelissimus scriptorum *Thuanus*; duo in primis ex eius Historiaioca memoratudigna putamus, quorum uno Aumontii ad dignitatem Mareschalli Franciæ promotio, altero ejusdem extrema vitæ periodus recensetur; prior Lib. LXVIII. contin tur sic se habens: *Anno 1579. Johannes Aumontius perillustri loco natus, sed virtute & fide illustrior, equitum tribunus creatus fuit. Quod Annæ Jousæ illum commendantii gratiæ potius, quàm meritis optimi viri ab indulgentissimo principe datum est, qui cùm tot homines plerumque indignos ingentibus beneficiis cumulaverit, in nullum suæ gratia digniorem beneficium tot a vita contulit, quàm Aumontium, qui turbatis posteà rebus cum aliis cum fortuna diffugerent, unus inter paucos è proceribus fidem servavit & Regi, quamdiu vixit, regnique causam constantissimè protexit.* Alter, quem dixi, locus Lib. CXIII. occurrit: *Joh. Aumontius*, inic Autor, *E. T. & Armoricæ præfectus, in obsidione Comperæ, amplissimæ Lavallorum ditionis arce, quam ab Anna Alegria, Lavalli Comitis vidua, lectissima fœmina, cujus nuptias honorificè ambiebat, rogatus oppugnandam suscepérat, dum in vallo ducendo fatigatur & in sylvam proximam concedit, ictum majoris sclopeti in brachio dextro accepit infra cubitum, quo bina ossa omninò confracta sunt. Tanto vulnere in ea ætate percusso non alia vox excidit, quàm Habeo. Cùm consistere post vulnus non valeret, Monmartinus castrorum præfectus, qui aderat, manum brachio pendenti supponit, insum-*

FAMILIÆ AUMO

DOMINI AC DUCES D' AUMON

PETRUS II. cogn. HUTTINUS, Petri I. F. DOMINUS Neuville d' Aumont, de Lardieres, de Corbeil le Ca Camerar. R. Caroli VI. † 13. Mart. 1413. Ux. 1. *Mar na, Johannis Dom. de Chastillon sur Marne f.* 3. *Joha Givry fil.*

2. Petrus d' Aumont Dn. de Cramoisy.

2. Jacobus d' Aumont *Eques* † 1398.

3. Johannes IV. Dn. d' Aumont & de Chappes Pincerna R. Caroli VI. *Jolanda de Chateauvillain, Johannis Dom. de Thil f. 1409.*

Jacobus Dn. d' Aumont & de Chappes Consil. & Camerar. Ducis Burgundi *Catharina Dom. d' Estrabonne & de Couches.*

Johannes V. Dom. d' Aumont, B. de Couches, d' Estrabonne & de Chappes. *Franciſca de Maillé Dom. de Chasteauroux, Harduini Dn. de Maillé f. 1480.*

Petrus III. Dn. d' Aumont, Com. de Chateauroux, B. de Couches, d' Estrabonne, de Montagu & de Chappes, Eq. O. R. 1561. 1. *Franciſca de Sully, Dom. de Cars.* 2. *Anna de la Baume, Marci C. de Montrevelf.*

Anna Dom. d' Aumont, nup. Claudio Montmorancio B. de Fosseux 1522.

1. Johannes Dn. d' Aumont, C. de Chateauroux &c. Mareſcallus Franciæ, Eq. Ord. Reg. † 18. Aug. 1595. 1. *Antonia de Chabot, Philippi C. de Brion f.* 2. *Franciſca Robertet, Florimondi B. d' Alluye f. Johannis Babou Dom. de la Bourdaiſiere vid.*

1. Renatus d' Aumont † cœlebs 1586.

1. Antonius Dn. d' Aumont, Eq. O. R. † 13. Apr. 1635. æt. 73. ſine lib. 1. *Catharina Hurant, Philippi C. de Choiverny f. Virginalis d' Escoubleau C. de la Chapelle vid.* 2. *Aloiſia Iſabella d' Angennes Ludovici Dom. de Maintenon f.* † *1666.*

Cæſar d' Aumont M. de Nolay † 20. Apr. 1661. æt 62. 1. *Renata, Renati aux Epaules dicti de Laval, M. de Nule, f.* 2. *Maria Amelot de Carnetin, Jacobi f.*

Anna nup. 1. Antonio Potier Dn. de Sceaux, 2. Carolo C. de Lannoy.

Antonius d' Aumont de Rochebaron, 1602. DUX d' Aumont, PAR & Mareſc. Fr. † 1. Jan. 1669. *Catharina Scarron de Vaure † 1629.*

2. Joh. Jacobus † 10. Apr. 1657, æt. 21.

2. *Anna, nup.* Ægydio Fouquet, M. de Mezieres.

Maria, monial.

Eliſabetha † m. Decem. 1668.

Carola dicta Domic. de la Guierche.

Radegunda dicta Domicella de Clervaux.

Ludovicus Maria Dux d' 1632. 1. *Magdalena le Tellier,* 2. *Franciſca Angelica de D. Cardona f. 25. Nov.*

1. *Eliſabetha Magdalena, nup.* Jacobo M. de Bennghen, 14. Oct. 1677.

2. *Anna Carola, nup.* Franciſco Joſepho M. de Crequy 1683.

1. . . . . M. de Villequier.

2. . . . . dictus Eques d' Aumont † 1669.

ONTIÆ SCHEMA.

NT, BARONES DE CHAPPES.

D' AUMONT, de Chars, de Meru, de Neaufle, de la
ef. de Moncy le Perreux, Eques Bannereus, Consil &
garita de Beauvais Dom. de Remangis, sterilis. 2. *Johan-*
na de Mello Dom. de Chappes & de Cery, Guidonis Dom. de

Johanna, nup. Ludovico de Mello Dn. de S. Prise.	*Maria, ux.* Arnoldi de Gavre Dn. d'Hicornaix.	*Blanca, nup.* Jacobo le Brun Dom. de Palaiseau.	*Catharina, ux.* Caroli de Soyecourt Dom. de Sains.	*Blanca Dom. de Montchevreuel.*	
ie Philippi Booi.	Huttinus d'Aumont.	Wilhelmus.	Bonus.		

Fridericus Dn. d' Aumont & de Meru, † 1525. *Franciſca, Wilhelmi Dom. d. Ferrieres f.* — *Blanca, nup.* Franciſco de Rochechouart Dom. de Chandenier.

Aloisia Dom. de Chars, nup. 1. Franciſco Dom. de Rouville, 2. Jacobo d' Archiac Dn. d' Avelles. — *Johanna, nup.* 1. Caſari de Vienne B. de la Roche, 2. Philiberto Dom. de Chaſlaigne.

1. Jacobina, nup. Iveſio M. d' Allegre.

Jacobus Bar. de Chappes † poſt a. 1612. *Carola Catharina de Villequier Renati B. de Clervaux fil. ac har.*	*Franciſca, nup.* Renato de Rochebaron C. de Berzé 1592.	*Maria innupta.*	*Maria, nup.* Franciſco de Chalançon, Vic. de Rochebaron.		
Rogerus *Epiſc. Abrincatiensis* † 25. Mart. 1653.	Carolus C. de Chappes † 5. Oct. 1644. ſ. l. *Margarita Hurant Henrici C. de Chiverny f. Eraſmi Daillon C. de Briançon vid.*	Jacobus Emanuel Dn. d' Aubigny & de la Faye per uxorem N. *Dom. d' Aubigny.*			

umont, natus 9. Decembr.	Carolus *Abbas d'Uſſerches*, n. 13. Novem. 1634.	*Anna Aloiſia n. 9. Nov. 1638. nup.* Carolo Com. de Broglio 1661.	Armandus Johannes natus 1640. † juv.	*Catharina Maria, monialis.*	*Anna Eliſabetha Dom. d' Aubigny & de la Faye, nup.* Erardo du Chaſtellet M. de Thons 19. Jun. 1665
Archelii f. 21. Novembr. 1660.					
Motte Houdancourt, Philippi					
69.					

2. . . . . M. de Chappes, n. 30. Mart. 1671

que ad arborem vicinam sedere jussit. Inde in hospitium suum delatus, postridiè Montfortium, ditionis Lavallæ oppidum, ubi Alegria erat, easu admodum mœsta, ducitur. Ubi cùm in speciem meliùs haberet & de eo chirurgi benè juberent sperare, in lectica Candatum delatus, tandem cum à vulnere 16. dies superfuissent, optimè meritam de Rege & nomine Francico animam placidè Deo reddidit, sexagenario major 14. Kl. Septembris, veris lacrymis non solum à belli ducibus ac milite, qui se fortissimo Imperatore orbatum mœrebant, sed à provincia, quæ ipsum ut alterum parentem coluerat, & à Rege atque adeò universo Regno deploratus, tantoque in pretio, licet scissis studiis, ab utraque parte habitus, ut si nostro ævo quærendus esset, qui antiquum Franco-Galli Equitis, h. e. sine fuco verè fortis ac probi ducis specimen & corpore & ingenio referret, eum Aumontium esse consentientibus suffragiis omnes fatercntur. Morienti adstitit Carolus Turcantius, libellorum supplicum Magister, quem ille ob raram fidem & perspectam morum probitatem summè diligebat, cui & summa mandata dedit, Regem suo nomine oraret, ut liberos, quos juvenes & grandi ære mersos relinquebat, sibi commendatos haberet. Se secundum Deum præcipuam Regni patriæq; causam ac dignitatem semper habuisse, Regiq; fide incorrupta operam constanter navasse, ac sperare, ut filii sui eandem viam insistant. Proinde illis præditis velle, ut Deum timeant, Regem præcipuo honore colant, decus & fidem vitâ potiorem ducant; has vivendi causas esse, quas qui propter vitam perdunt, vitâ indignos esse; de bonis ac honoribus minimè sollicitî sint; tantùm se iis dignos præbeant, virtutésq; potius, quam virtutum præmia consectentur. Hæc si ad illustres natales & non obscurum patris nomen addant, nihil ipsis defuturum. Ipse perillustri familiâ ortus & cum cunctis Regni Proceribus proximâ cognatione conjunctus, ex Antonia Chabotia, Helionori Carnii Comitis sorore, Antonium & Jacobum filios sustulit, patri non inficiandos, inter quos bona sua, quæ amplissima reliquit si æs alienum excipias, summa prudentia ac æquitate divisit. Quod judicium paternum illi pari religione secuti sunt.

ANTONIUS *Aumontius*, Jacobi F. *Rupibaronium* cognomen cum avito conjunxit, postquam ab amitino suo *Francisco Rupibaronio Berzeo* hæres institutus fuisset, cum conditione nominis ac insignium: unde hæc etiam in medullio Aumontii scuti nunc conspiciuntur, *parmula* scilicet *rubea, capite ex duplici vel tripliei ductu tessellarum argentearum & carulearum ornata.* Jam antea verò idem maternam etiam tesseram, *Villequierianam* nempe, clypeo suo inseruerat, ea *crucem liliatam auream adjectis 12 plinthidibus ejusdem metalli per angulos soli rubei sparsis* repræsentat. Fuisse prædicatur *Antonius Aumontius* strenuus militiæ, quam sub Rege Ludovico XIII. cum is Rupellas oppugnaret, auspicatus, nunquam, nisi clausa Jani porta, deseruit, hinc multus fortibus factis prælisque commendatus, præcipuumque victoriæ Rethelianæ momentum, scipionem *Marescalli Franciæ*, virtutis decoramentum, exeunte a. 1650 tulit Calamitate verò Ostendana, vel sumpte vel alterius potentis tunc viri credulitate accersita, per omnem terrarum orbem nomen ejus dejectum fuit: incidit illa in mensem Majum anni 1658, quo postquam à Belga quodam exilio mulctatus, *Spinterleto* nomen fuit, scito sycophanta, diu falsis de tradenda sibi Ostenda promissis lactatus, præstigiisque & offuciis circumductus fuisset, tandem plagis ab Hispanis tensis illaqueatus ac captus est. Immemoriam regredior legisse me in itinere quasi per nebulam libellum hujus argumenti, cui titulus: *Le Cardinal Mazarin joué par un Flamand.* Tetigere idem *Gualdus* in *Historia Leopoldina* & *Gazzottus* in *Hist. delle guerre di Europa Parte I. Lib. IX.* Restitutus in libertatem Marescallus Aumontius operam suam Regi Ludovico domi ac foris continuavit: neque enim castrensia tantum munia, sed etiam alia, quæ pacis tempore obiret, consecutus est. Præerat cohorti prætoriæ tertiæ inter quatuor ad custodiam corporis regii lectas, gerebat præfecturam Parisiorum & pagi Bononiensis, accessitque ad has dignitates a. 1665 axioma *Dutis ac Paris Franciæ.* Vitam ætatis annum LXVIII. agenti apoplexia abstulit.

CAROLUS *Comes de Chappes* aliis *Marchio d' Aumont* dictus, studia militaria ad exemplum fratris sui sectatus, titulo *Castrametatoris & Locumtenentis generalis regiorum armorum* dignum se reddidit, ad supremum gradum haud dubiè enisurus, nisi è medio honorum cursu properante fato raptus fuisset. Trajectus enim pila in oppugnatione *Landavii*, Spiramque deportatus ibidem ætatis anno XXXVIII. expiravit.

LUDOVICUS MARIA *Dux Aumontius* hodiernus sacramentum Ducis ac Paris Franciæ in Curia Parisiensi d. 14 Febr. a. 1669 dixit, munusque præfecti prætoriæ cohortis à parente ad se derivatum, cum officio *Primi Nobilis Cubicularii regii* commutavit, gaudet etiam præfectura oppidi agrique Bononiensis.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ SENETERRANÆ.

Seneterrana gens, à castro *S. Nectarre* in Arvernis sito, *mendosè*, verbo *Adr. Valesii* in *Notit. Gall. pag.* 500, sic dicta, & *tesseræ* familiaris loco *fusos argenteos quinque, in fascia modum locatos, in scuto cæruleo* gestans, ad *Gastonem de S. Nectario*, in Chartario Brivatensi memorato, referri solet. Is enim pater fuisse traditur *Bertrandi*, quo natus *Gasto* II. BERTRANDUM, à quo schema nostrum orditur, genuit. De eo, nec non ipsius filio, nepote ac pronepote narrandi deficit argumentum.

NECTARIUS *Seneterræ Dominus* Arverniam Marchiam & Borbonienſem pagum vicaria poteſtate rexit, & Firmitatem Naberti, (*a tertè Nabert*) quam in Aurelianenſi Diœceſi ſitam uxor ipſius *Margarita Stampeſia* ex hæreditate neptis ſuæ è fratre perceperat, in familiam ſuam intulit.

FRANCISCUS *Seneterra* Metenſem præfecturam geſſit, torquemque Ordinis equeſtris regii meruit.

HENRICUM I. *Seneterram* contumelia in lucem famamque & ampliorem ordinem (referente *Victorio Siri in Mercur. L. 2.* & *Buiſſonio in Hiſt. vitæ Vicecom. Turen. p.* 80) provexit: cum enim è domeſticis Ludovici Borbonii Comitis Sueſſionenſis eſſet, idoneus videbatur Cardinali Richelio, affinitatem illius flagrantiſſimè cupienti, qui proxenetam hoc in negotio ageret, & Mariæ Vignerodiæ Dominæ de Combalet nepti ſuæ è ſorore prædicti Comitis nuptias conciliaret. Verùm non repulſa tantum cum mordacibus verbis conjuncta, ſed etiam colapho à commoto irritatóque Comite dimiſſus atque abactus, uti hic ſummam indignationem, ita ipſe miſerationem Cardinalis movit, meruitque ut id ſibi ab eo gratiæ apponeretur, utque eiusdem ſtudio ac autoritate ad ampliſſimos honores extolleretur. Auctus enim mox fuit titulo *Marchionis*, decoratus torque Ordinum regiorum, honeſtatus munere Vicarii regii in Campania, & denique tantæ dignationis habitus, ut ad Pontificem Maximum, Regemque Angliæ legationibus perhonorificis mitteretur.

HENRICUS II. *Seneterra* prima militiæ rudimenta in oppugnatione Rupellana a. 1628 poſuit, ſequenti anno in Privatii ultima obſidione ſtrenuè una cum fratre CAROLO rem gerens, ſauciati ambo fuere. Novâ illè deinde vulnera in prælio ad Rocroiam a. 1643 commiſſo accepit. Poſteà tumultuante inceſtinis diſſidiis Gallia, adverſus Ducem Lotharingiæ cum exercitu miſſus, aliquot ei loca eripuit, Comitis *de Ligneville* copias ad internecionem cecidit, & promeruit ut Lotharingiæ regio nomine præficeretur, cumque non ita multò poſt in pugna Retheliana novis documentis fortitudinem fidémque ſuam Regi & Cardinali Mazarino probaſſet, *Mareſcalli Franciæ* axiomate decoratus fuit. A. 1654 Monmedium in Ducatu Lucemburgico vivo filio inædificatum ad

FAMILIÆ SENETE

DUCES DE LA FERTE SENETERRE,

BERTRANDUS DOMINUS DE SENETERRE, vel SENETERRI

Armandus Dn. de Seneterre *1389.*

Antonius I. Dn. de Seneterre

Antonius II. Dn. de Seneterre

Nectarius Dn. de Seneterre. *Margarita d'Eſtampes, Johannis Dom. de la Ferté-Nabert fil. ac hær. 2. Jul. 1522.*

Franciſcus Dn. de Seneterre & de la Ferté-Nabert Eq. O. R., *Johanna de Laval, Ægydii II. Dom. de Loué f.*

Margarita, nup. Vido de Mauraumont Dom. de S. Supery.

N. uxor N. Dominici d'Urfeville.

Henricus Dn. de Seneterre & de la Ferté-Nabert † 5. Jan. 1662, æt. 89. *1. Margarita de la Chatre, Claudii Dom. de la Maiſonfort f. 2. Anna de Bethune Maximiliani M. de Roſny fil. natur. 1654.*

Diana, nup. Chriſtophoro de Polignac B. de Chalançon 19. Apr. 1591.

Aloiſia † innupta 1648.

Maria, ux. Franciſci Belvezel Dn. de Joncheres.

Hippolyta, nup. Antonio Blo, Dn. de Laval.

1. Henricus DUX de la Ferté-Seneterre PAR & Mareſcall. Fr. † 27. Sept. 1681. *1. Carola de Bauves, Henrici C. de Contenan f. † ſterilium. Majo 1654. 2. Magdalena d'Angennes, Caroli Bar. de la Louppe fil. ac hær. 25. Apr. 1655.*

Carolus M. de Chateaun *Claudii Vicecom. de l'*

2. Henricus Dux de la Ferté-Seneterre, Par. Fr. n. 23. Jan. 1657. *Maria Iſabella Gabrielis de la Motte-Houdancourt, Philippi D. Cardonæ f. 18. Mart. 1675.*

Ludovicus Dn. de la Louppe, n. 2. Jun. 1659.

Catharina Henrica, n. 1622.

Mart.

Hañibal Julius n. 6 Aug. 1665. *Eq Melit.*

RRANÆ SCHEMA.

, MARCHIONES DE CHATEAUNEUF.

US DE SAINCT NECTAI-
E. *Johanna de l' Eſpinaſſe 1365.*
Alegaja de Montmorin 23. Nov.
erre. *Antonia de Montmorin.*
re. *Maria Jacobi Bar. d' Allegre f.*
Carolus de Seneterre, *Abbas de S. Geraud d' Aurillac.*

. *Maria, nup.* Guidoni du Faur Dom. de Courcelles.

Jacobus Dn. de Grolieres & Brinon. *Franciſca d' Anglars de S. Victour.*

Antonius *Epiſc.* Podienſis (*du Puy*) Comes de Velay.

Johanna, nup. Carolo de S. Marean Vicecom. de Verdice.

n . . . *monialis.*

Jacobus Dn. de Grolieres & Brinon. *Franciſca d' Apchon.*

Carolus Dn. de S. Victour. *Johanna Rabaine, Paulè Dom. d' Uſſon f.*

Joh. Carolus.

Franciſca, nup. Carolo de Boiſſe Dn. de la Forge.

Jacobina, ux. Jacobi de Montal.

euſt 1668. *Maria de Hautefort, Eſtrange & Cheylane fil. ac hær.*

Gabriel, dictus Eques de Seneterre, occ. in obſid. Mottæ in Lothar. 1634. 30. Maji.

. Henricus M. de Chateauneuf, Vicec. de l'Eſtrange † 13. Oct. 1671. *Anna de Longueval, 23. Jul. 1668.*

Joh. Gabriel. *Eq. Melit.*

Henricus *Abbas.*

Maria Aloiſia, dicta Mademoiſelle de Chateauneuf.

Henrica Bibiana, dicta Mademoiſelle de l' Eſtrange.

. . . . . dicta Mademoiſelle de Boulogne.

GENEALOGIA FAMILIÆ SANMAVRIÆ.



INter *Turonum* familias, quæ venerandæ antiquitatis commendatione præcelluot, *SanMauria* eminet; ea ab oppido *Sainte Maure*, cujus caſtrum circa a. 940 à Fulcone Comite Andino condictum fuiſſe ferunt, nomen ſortita, *ſcutum* gentilitium, *argento tinctum, faſcia rubea*, teſſeræ loco, diſtinguere conſuevit. Genealogia ejusdem, tabulis huic exhibita, autorem agnoſcit *Franciſcum Ducheſne*, Andreæ viri ſæpè nobis laudati filium æmulum: is elegantioperi, quo Hiſtoriam Cancellariorum & Cuſtodum Sigilli Franciæ complexus eſt, SanMaurium etiam ſtemma, occaſione *Wilhelmi SanMaurii*, cancellarii munere functi, inſeruit, in multis tamen diſcordans à Patris *Anſelmi* deductione, quam Celeb. *Spenerus Lib. 2. Cap. 77 Op. Herald. ſpec.* recenſuit. Non erit, arbitror, ſupervacaneum notaſſe iſtas differentias: à *Goſſelino* Sanctæ Mauræ Domino initium ſtemmatis utrique ducitur: *Hugonem* I. verò nepotem illius nec filium fuiſſe Spenerus tradit, ambobus *Gildouinum* Dom. de S. Maure, S. Cire & aliorum locorum intercalando. Porro *Hugonis* I. gnatos *Goſſelinum* II. & *Hugonem*, quos a. 1112 vixiſſe, eodemque tempeſtate Fulconi Andino in bello adverſus Regem Angliæ Henricum I. ſtrenuam operam navaſſe, poſteà verò ab incolis Hajæ, quam Goſſelini uxor in patrimonio ſuo numerabat, occiſos fuiſſe Ducheſneus refert; alter jam cum a. 1090 in bello ab ipſis Hugoni Amboſio ob avita bona illato cecidiſſe memorat. & *Goſſelino* è filio *Hugone* II. nepotem tribuit *Hugonem* III. patrem *Wilhelmi* cognominatum *de Percigny*, hocque demum natum fuiſſe ait *Joberti*, fide diplomatis 6 Kalend. Aprilis a. 1223 dati, id probantis ac firmantis: in eo enim *Joberti* patris, qui *Wilhelmus de Percigny* appellatur, duorumque fratrum *Wilhelmi* videlicet, qui primogenitus audit, nec non *Hugonis* Canonici Turonenſis & Prioris de Lochis, evidens fit mentio. Porro *Joberto* Anſelmus uxorem aſſignat *filiam Comitis Vindocini*, gnatoque ejus *Wilhelmo Johannam de Rancon*, matrem *Wilhelmi* Dom. *de* S. *Maure*, & *Petri* Dom. *de Montgaugier*; illo natum fuiſſe ait *Iſabellam Amalrico Dom. de Craon* nuptam, atque a. 1310 defunctam; *Petrum* verò a. 1328 mortuum reliquiſſe *Petrum*, *Wilhelmum* Cancellarium Franciæ, & *Hugonem*; quorum genitori non Petro, ſed *Patricio* nomen fuiſſe Ducheſneus, expreſſis Anſelmum verbis redarguendo, aſſerit. A *Petro* denique *Durmas* cognominato, cui ab uxore *Margarita Amboſia* Comitatus *Benon* & dominium *Neeſle*, quæ iſta ex hæreditate Blancæ de Trie, neptis ſuæ è ſorore Johanna, Carolo Comiti de Dammartin nupta, acceperat, obvenere, genitus fuiſſe Anſelmo fertur *Johannes*, qui Ducheſneo nepos illius audit.

WILHELMUS *de Sancta Maura* munus Cancellarii ſub Rege Philippo Valeſio obiit, ſumma in Jure civili ſcientia præditus, adeò ut publicè leges interpretari haud indignum faſtigio ſuo duceret. Cum poſt conjugis ſuæ, cujus nomen Ducheſneo incompertum eſt, mortem Eccleſiaſticum vitæ genus amplexus eſſet, Canonicus & Cuſtos Eccleſiæ Sancti Quintini in Veromanduis creatus fuit, quod a. 1329 factum.

FAMILIÆ SANM

DOMINI DE SAINTE-MAURE & DE MONTGAU

GOSSELINUS DOMINUS DE

Hugo I. Dn. de Sainte Maure.

Gosselinus II. Dn. de S. Maure. *Quæsinota Domina*

Hugo II. Dominus de Sain

Jobertus Dn. de Sainte

Wilhelmus Dn. de Sainte M

Drocus Dn. de S. Maure. *N. filia Comitis de Tonnerre.*

Patricius de S. M *Johanna de*

Petrus de S. Maure, cogn. Durmas Dn. de Montgauquier, Vicecom. de Bridiers. *Margarita d' Amboise Ingergeri Dom. d' Amboise fil.*

Wilhelmus de S. Maure, Cancellarius Franciæ † 1334.

Margarita, nup. Wilhelmo d' Orgemont Dom. de Mery.

Rudolphus de S. Maure Dn. de Montgauquier. *N. de Beauveau de Precigny.*

Johannes de S. Maure, Eques, Dn. de Montgauquier & *Beaupreau & de la Haye Joulain, Johannis Dom. des*

Johannes de S. Maure II. Comes de Neesle, Dn. de Mo & des Roches. *1. Jacobina de Puisieux. 2. Aloisia nis Dom. de Mortemar f. 1444.*

Carolus de S. Maure Com. de Neesle & de Benon, D Athies, Tuery, Capy sur Somme, & Mouchy *berti Dom. d' Ansebost f.*

Adrianus de S. Maure Com. de Neesle. *Carola de Chalon, Caroli Com. de Joigny fil. ac hær.*

Johannes de S. Maur *Eq. Rhod.*

Johannes de S. Maure Com. de Neesle & de Joigny. *Anna Johannis Dom. de Humieres f.*

Claudius de S. Maure Com. de Joigny, *Equ. Rhod. Juliana d' Euvelchien.* 2. *Claudia de Frie.*

Carolus de S. Maure, † juv.

Ludovicus March. de Neesle & de Joigny, Eq. O. R. † 157 *1. Renata de Rieux, Claudii Dom. de Rieux, f. 1540.* † im *1567. 2. Magdalena Olivier, Francisci Dom. de Leuvi Cancellarii Fr. fil.*

2. Carolus de S. Maure, M. de Neesle, C. de Joigny † 2. Nov. 1576 æt. 6.

Antonius de S. Maure, † in juventa.

MAURIÆ TAB. I.

LIQUIER, COMITES DE NEESLE, & DE JOIGNY.

E SAINTE MAURE, vixit a. 1037.

TAngit jam ordo *Duces de Navailles*, quorum masculà stirps quamvis exaruerit, viget tamen adhuc memoria. Origo eorum à Montaltiis manavit, quorum familia in *Bearnia* jam dudum clara & potens fuit, *tesseraque* loco *mortaria duo argentea in solo cæruleo* gestare consuevit. Integra gentis Genealogia visa mihi nondum est, nec etiam diffiteor, quæ hic exhibentur, humanitati Illustris *Sammarthani* deberi. Inclaruere verò ex illis, quos brevis hæc tabella recenset, inprimis PHILIPPI *pater ac filius*, utpotequos à Protestantium sacris ad Romana transgressos in altiorem ordinem Rex Ludovicus XIV. extulit. *Prior* munere Gubernatoris & Senescalli in Comitatu Bigorritano functus axioma *Ducis ac Paris Francia* a. 1650 obtinuit, idque moriens annuente Hero ad filium *cognominem*, sed natu minorem transmisit. Is per omnes militiæ gradus ad supremum usque se penetravit: Fuit enim initio *signifer*, tum *Centurio*, inde *Ductor legionis pedestris* & posteà *equestris*, porrò *Castrametator*, *Locumtenens Generalis*, *Capitaneus Generalis* & denique *Mareschallus Franciæ*. Rexit exercitum regium a. 1658 in Italia sub Duce Mutinensi titulo Capitanei Generalis, hocque Principe vivis exempto eidem cum summo imperio præfuit, ornatus insuper axiomate Legati Extraordinarii ad Italos Principes. Eadem suprema potestate moderatus etiam est copias auxilianas à Rege in Cretam a. 1669 missas, atque inde reversus illas, quæ per Lotharingiam, Alsatiam & Campaniam stativa habebant; orto verò cum Batavis & post paulò etiam cum Hispanis bello ad occupandos aditus in liberum Burgundiæ Comitatum præmissus, Graya intercepta, omnia victori prona reddidit. A 1674. in Flandria sub Condæo titulo Locumtenentis Generalis militavit, sequenti verò dum præfecturæ suæ Rupellis vacaret, scipionem Mareschalli Franciæ accepit. Ineunte anno 1676 in Cataloniam missus, per triennium regias copias illic summo cum imperio rexit, expeditionesque suas memorabili victoria a. 1677 mense Julio in loco, quem *Espouils* vocant, de Hispanis, quos Comes de Monterey ductabat, reportata, nobilitavit. Cæterùm cùm initio longo temporis intervallo Bapalmæ præfecturam gessisset, impositus posteà fuit Portui Gratiæ, donec ad extremum Rupellis, Alnetensi regiunculæ, Broagio & insulis adjacentibus, nec non Niortio in Pictonibus & Lurdio ad Pyrenæos præficeretur, quam spartam ad supremum usque vitæ diem ornavit. Hunc Lutetiæ Parisiorum anno ætatis quinto & sexagesimo explevit, hæmoptysi subito correptus ac suffocatus. Aperto à chirurgis ejus cor-

BARONUM DE BENAC, I
SCHE

JOHANNES DE MONTAU
Margarita de Bezillac.

Armandus de Montault, Bar
Johanna, Arnoldi Vicecomit

Annetus de Montault Baro d
Iſabella de la Roche de Fonte

Johannes Marcus de Montault, Baro de Ben
Magdalena d' Andoins, Gaſtonis Bar. de Nav

Bernardus de Montault, Baro de Benac & d
Fabiana de Gabaſton.

Philippus de Montault Baro de Benac & de Navailles, priv
†1654. *Judith de Gontaut Dom. de S. Geniez & de Badij*

Philippus de Montault, de Benac, de Foix, Dux de Navailles, Mareſcallus Fr. Eq. O. R. Seneſcallus Bigorræ †5. Februar. 1684. *Suſanna de Beaudean, Caroli Com. de Neuillan f.*

Henricus de Montaul
bernator Fani Auc

. . . . . de Benac, dictus Marchio de Montault, †. . Januar. 1679, æt. 21.

Carola Franciſca Rodegonda, Abbatiſſa ad S. Crucis Pictavienſis 1630.

Franciſca Domicella de
Caroli de Lothar
1684.

DUCUM DE NAVAILLES
IEMA.

FAULT, BARO DE BENAC.

Baro de Benac.
mitis de Lavedan fil.

o de Benac.
nteville.

Benac & de Navailles, Primus Baro Bearniæ.
Navailles f.

& de Navailles, primus Bearniæ Baro.

rimus Baro Bearniæ & Bigorræ, creatus DUX & PAR FR.
adfol.

ault Marchio de S. Geniez, Gu- *N. nupta* Marchioni de Losse in Petro-
Audomari † 31. Mart. 1685. coriis.

de Navailles uxor tertia *Gabrielis Leonora, nup.* Hen- . . . . . *Gabrielis dicta Domicella de*
haringia Dux Elbovii rico d' Orleans M. de *monialis.* *la Valette.*
Rotelin.

pore ne guttulam quidem ſanguinis in venis arteriisque ejus repertam fuiſſe autor *Mercurii Politi* retulit, ſed illum omnem in inteſtina ſtomachumque ſeſe effudiſſe. Filium quem unicum habuit, Ductoris catervæ *(Brigadier* Gallis audit) gradum jam promeritum, repentina morte in flore ætatis Perpiniani abreptum ſuperſtes deflevit, hocque epitaphio proſecutus eſt:

Ante annos Victor natus miles mea Lauro
tempora cingebam, currúmque ex hoſte trophæis.
Jam mihi multiplices dederat Mars ipſe coronas,
Aula ſuos dudum virtusque parabat honores.
Pax & hymen reducem expectabant, dulcis ovanti
tendebat palmas genitrix thalamùmque dicabat.
Sed votis quàm fallimur: heu mors invida vitam
præcipiti cum falce metit juxta ora Parentis,
nec ſinit amplecti ſors quantum digna doloris.

Neque verò omnem *Montaltiorum* ſtirpem maſculam cum Philippo Navaliæ Duce defeciſſe dixerim, & ſuperſunt ex ea hodieque mares, inter quos familiam ducere accepimus *Marchionem de Montault*, qui demum a. 1682 menſe Auguſto Romanam religionem amplexus eſt, & ſi autori *Mercurii politi* fides, dictum Ducem patruum agnovit, annique ſequentis menſe Octobri *Domicellam de Vaillac* uxorem duxit, filiam, ſi bene conjicio, *Johannis Pauli de Gourdon de Genouillac, Comitis de Vaillac*, Equitis Ordinum regiorum d. 18 Jan. a. 1681 mortui Porro è Novellis anni 1672 didicimus, d. 24 Dec. *Henricum de Sariac de Montault*, primogenitum domus ſuæ & nepotem (haud dubiè è fratre) Navaii Ducis avita ſacra Lutetiæ Pariſiorum coram Archiepiſcopo urbis ejuraſſe; ſimilia a. 1670 menſe Januario narrabantur de *filia ac hærede unica Marchionis de Navailles*, è nepte Forcæi Ducis genita, & *Henrico de Vivans Com. de Pangeac* poſteà nupta, unde colligere licuit *Cyrum Montaltium, Johanna Caumontiæ*, Henrico, Armandi Forcæi Ducis, fratre, natæ, maritum iſto ſub nomine intelligi, quo verò conſanguinitatis gradu is Ducem Navalium attigerit, reſciſcere integrum non fuit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ ARPAJONIÆ.

INter *Rutenorum* regulos non ab uno seculo excelluere *Arpajonii*: hi *maternum* genus ad priscos *Tolosæ Comites*, qui in numero primorum duodecim Franciæ Parium fuere, referunt idque in scutis suis ostentare consueverunt, *cruce Tolosana* primum laterculum implentes, eidémque *gentilitiam tesseram*, quæ *chelyn auream in area rubea* repræsentat, postponentes. Scilicet BERALDO Arpajonii Dynastæ, à quo Genealogia nostra, è *Laroquii Hist. Harcurt. Lib.* XI. excerpta, orditur, uxorem tribuunt *Galliardam* filiam *Beraldi Tolosani Vicecomitis Lautrecci*, qui ex sententia ejusdem autoris filius natu minor *Alphonsi Jordani Comitis Tolosæ* fuit, atque à *Wilhelmo Ferrifectore*, Gallicè *Taillefer*, Comite Tolosæ, qui seculo X. vixit, sanguinem duxit. Is è *Sanctia*, Ramiri Regis Arragoniæ filia genuit *Pontum*, Tolosæ Comitem, patrem ex *Adamoldi Rogeri* Comitis Carcassonæ gnata, *Wilhelmi* & *Raimondi Berengeri*, quibus expeditiones in Palæstinam suscepræ famam conciliarunt; priori uxor *Emma*, Roberto Comite *de Mortain* nata, filiam unicam peperit, *Mathilden*, quæ Wilhelmo Comiti Pictonum & Duci Aquitaniæ nupta, Comitatum Tolosanum sibi vindicare conata est, quem tamen *Raimundus Berengerus* adiit, utpote à fratre in Palæstinam viam affectante sibi venditum; Idem etiam titulo *Comitis Fani Ægydii Ruthenorum & Tripolis* nec non *Ducis Narbonæ* & *Comitis Provinciæ* usus esse legitur. Interfuit expugnationibus Antiochiæ & Hierosolymorum atque ibidem de regia dignitate cum Godofredo Bullionæo contendit, cúmque alterum exercitum Christianorum in Palæstinam duxisset a. 1105 decessit in castro *Pelerin*, quod Tripoli coërcendæ condiderat. E *Gloria* sive *Elvira*, Alphonsi Regis Galliciæ filia susceptisse fertur *Bertrandum* & *Alphonsum Jordanum*. Ille ad parentis exemplum in Orientem profectus Tripolim, Biblium & Pelerinum acquisivit, atque a. 1140 decessit, relicto ex *Adela Burgunda* filio *Ponto*, qui in Palæstina commoratus *Comitis Tripolitani* nomen sumsit, gnatumque post se reliquit *Raimundum*, patrem *Raimundi* cogn. *Junioris*, qui nullis ex *Eschina*, Gualtierii Principis Galilææ vidua, conjuge sua, liberis susceptis decessit, lineamque hanc terminavit. *Alphonsus* Raimondi Berengeri filius natu minor, Constantinopoli natus & *Jordanus*, quod in eo amne baptizatus esset, cognominatus Tolosanum Comitatum tenuit, è *Faida* Gisleberti Comitis Provinciæ filia uxore sua parer factus *Raimundi* Comitis Tolosæ & *Beraldi* Vicecomitis Laurecci, de quo initio dictum est, utpote *Arpajoniorum* per gnatam unicam *Galliardam*, satore. *Raimundo* Tolosæ Comite a. 1194 mortuo & *Constantia* Regis Ludovici Crassi filia, nati sunt *Taillefer Comes de S. Gilles*, Beatricis Delphinæ Viennensis Guigonis IV. filiæ primus consors, sed improlis, *Balduinus Vicecomes de Bruniquel* pater è *Johanna de Rabastens Galliardæ* Sicardo Allemand nuptæ, *Petrus Baro de Salvaignac* & primo loco nominandus, *Raimundus* hujus nominis inter Comites Tolosæ septimus, & quinquies maritus, primò *Ermesindæ de Pellet* Comitissæ *de Mesquel*, Bernardi Dom. *d'Alais* filiæ, postea *Beatricis de Bezjers*, tum *Alienoræ de Lusignan*, Guidone Rege Cypri natæ, inde *Johannæ* Henrici II. R. Angliæ & D.

FAMILIÆ ARPAJ

BARONES AC DU

BERALDUS DOMINUS
Beraldi de Toulouſe Vicecon

Berengerus Dn. d' Arpajon Vicecomes de Lautrec.

Berengerus Dn. d' Arpajon,

Hugo Dn. d' Arpajon, I

Sibylla, nup. Amalrico de Narbonne Bar. de Taleiran.

Berengerus Dom. c
trec, 1380.

Hugo Dn. d' Arpajon 1425. *Johanna de*

Johannes Baro d' Arpajon, Vicec. de Lautrec, teſtam. f. 1460. *Blanca de Chauvigny, Guidonis Dom. de Chaſteauroux, Vicecom. de Broſſe f.*

Berengerus, Amalricus, Hugo. Bernardus.

Johannes II. B. d'Arpajon Vicecom. de Lautrec, improlis.

Guido B. d' Arpajon, Vicecom. de Lautrec, Eques. *Maria d' Aubuſſon Dom. du Monteil au Vicomte, Antonii*

Johannes III. B. d' Arpajon. *Anna de Bourbon Dom. de Mirebeau, Ludovici C. de Rouſſillon & de Ligny f.*

Aloiſia. *Maria.*

Renatus B. d' Arpajon. *Beralda du Prat,* *Carola.* *Maria.* *Anna.* Jacobus d' Arpajon B. de Severac. Guido
Antonii Dom. de Veyrieres f. *Carola de Caſtelpers.*

Antonius † improlis. *Johanna, nup.* Petro du Pé Dom. de Tannerre. *Antonia, uxor* Caroli de Pons. Johannes IV. B. d' Arpajon & de Severac, Vicec. de M
teil. † ſ. l. *Franciſca de Montal, Deodati B. de Roquebru*

Johannes V. B. d' Arpajon & de Severac, Vicecom. de Monteil.
Jacobina de Caſtelnau de Clermont de Lodeve Guidonis fil.

Ludovicus DUX d' Arpajon, M. de Severac, C. de Rhodez, Vicecom. de Monteil, Eq.
ſabetha de Simiane, Bertrandi Com. de Montcha ſ. † 9. Nov. 1657. 3. Catharina Henrica

1. Johannes Ludovicus Franciſcus M. de Severac, † 1672.

1. *Johanna Aloiſia, Abbat. de Villemur.*

ONIÆ SCHEMA.

ICES D' ARPAJON.

D' ARPAJON. *Galliarda,*
mitis de Lautrec filia.

Hugo d' Arpajon Dn. de Calmont.

n, Vicecomes de Lautrec 1316.

Dn. de Calmont.

d' Arpajon, Vicecom. de Lau- Wilhelmus d' Arpajon, *Episcopus Cadurcorum*

le Severac, Guidonis V. Bar. de Severac fil.

Antonius. *Delphina.* Ludovicus. Izens.

Hugo. Tristan. *Franciſca.* *Catharina, nup.* Johanni de Harcourt, Bar. de Bonneſtable
if. 1503. 1453.

Franciſca, nup. Godofredo de Peruſe Dom. d' Eſcars. Bertrandus d' Arpajon. *Aloiſia de Lers Jacobi Dn. d' Albaron f.*

lo. *Anna Dom. de Beaurevel.* *Catharina.* *Philippina.* Antonius d' Arpajon. *Margarita de Levis, Wilhelmi B. de Quelus fil.* *Magdalena.* *Margarita.*

Mon- *un fil.* Carolus B. d' Arpajon & de Severac. *Franciſca de Montal, fratru vidua.* Laurentius B. de Rochefort † improlis 1550.

Samuel B. de Briquiers. *Leonora de Combret, Franciſci Dom. de Peire fil.* Philippus. David.

Ord. Reg. † m. Majo 1679. *1. Clorianda de Themines, Ponti M. de Lauzieres f. 2. Maria Elide Harcourt, Franciſci M. de Beuvron f. 24. Apr. 1659.*

1. Jacobina, monialis Carmelit. 3. Filius anonymus 1660. *3. Catharina Domicella d' Arpajon, n. 1661.*

Nortmanniæ filiæ, Wilhelmi R. Siciliæ viduæ, & denique *Leonoræ*, Alphonsi R Arragoniæ gnatæ, Equarta provenere *Johanna* nupta primò Beraldo *de Baux*, Pr. Arausionensi, postea Petro Bernardo Dom. *d'Anduse*, & *Raimundus* VIII. dictus *Junior* Comes Tolosæ, qui ex uxore prima *Sanctia Arragonica*, Leonoræ novercæ suæ sorore gnatam unicam *Johannam*, ex altera *Elisabetha*, Hugonis Comitis *de la Marche* filia, liberos nullos suscepit. In eo itaque a. 1249 defuncto & Albigensium patrocinio nobilitato Tolosæ Comitum stirps defecit, cùmque *Johanna* etiam, quæ patris successionem adierat, & Alphonso de Francia Regis Ludovici VIII. filio natu minori, nupserat, improlis a. 1271 decessisset, ad regium tandem patrimonium delapsus est Comitatus Tolosanus, & à Rege Johanne Coronæ Francicæ, ceu loqui amant, a. 1360 insertus.

LUDOVICI *Arpajonii* egregiis virtutibus hunc inter primores Galliæ locum gentiles sui debent: is à prima juventa bellicæ gloriæ cupidine ardens, plerorumque magnorum eventuum ac periculorum ævi sui domi forisque pars fuit: cùm Montalbanum a. 1621 prima vice acerrimè à regiis oppugnaretur, legione peditum, quam privato sumptu conscripsit, adducta, ita se gessit, ut strenui & ad quævis discrimina impigri juvenis nomen reportaret, ingentem tamen amicorum officialium & gregariorum suorum jacturam passus. Hinc sequenti anno volo militavit, enituitque ejus virtus in Tonneinsi obsidione, cùm Forcæus filio Mompoliano loci præfecto auxilio cum delecta manu veniens, nocte intempesta castra regia invasisset, magna confestim in utramque aurem dormientium strage edita; tunc enim Arpajonius sua inprimis fortitudine internecionem regiorum averruncavit, torpentesque suo exemplo excitans, & collectis, qui jam fugiebant, pugnam restaurans, victoriam hostibus è manibus eripuit, *primaque* (Gramondi verbis è Lib. XI. Histor.) *ingentis famæ, quam postea promeritus est, fundamenta jecit.* Pari virtute in bellis externis in Pedemontio & Insubria, nec non in Comitatu Burgundiæ & in Belgio, demumque in Catalonia se præbuit, expugnationum Augustæ Trevirorum, Mottæ, Lunevillæ, Salsularum & Elmæ, ingens momentum. Hisce rebus gestis magnus ac clarus factus, major atque clarior haberi cœpit, cùm a. 1645 rumore, qui de Turcarum hostiliadversus Melitenses apparatu percrebuerat, excitus, auxilio illis advolasset, & qua pollebat muniendarum urbium atque omnis militaris machinationis peritia omnia insulæ loca novis propugnaculis communivisset, à Magno Ordinis Magistro Præses Consilii, exercitusque sui summus Dux creatus, prætereaque hoc singulari privilegio honestatus, ut aliquis ex ejus filiis, aut è sanguine suo prognatis Eques fieret inde à cunis expleroque sexto & decimo ætatis anno, solutus omnibus Ordinis formulis, esset Magnus Crucifer, (*Grand' Croix* Galli appellant, quo nomine veniunt Equitum primores, expeditionibus quatuor aliisque requisitis defuncti, è quibus Baillivi ipseque Magnus Magister eligi solent) addita porro facultate, Ordinis insignia cum gentilitiis suis conjungendi. quo nimirum memoria meritorum suorum æterna esset. Dedit de cætero Arpajonius togatæ etiam virtutis specimina in legatione Polonica, cum ad Regem Uladislaum IV. ittorquem Ordinis S. Spiritus ei afferret, missus esset, posteàque electioni Regis Johannis Casimiri interfuisset. Discessit ex hominum vita admodum senex in castro suo *Severac*, jamtum a. 1635 *Eques Ordinum regiorum* creatus, munere Locumtenentis generalis in Septimania functus & titulo *Ducis* a. 1651. auctus, prole mascula nulla post se relicta, sed tantum fœmineæ: quæ è primo ejus matrimonio provenere, monasticam amplexæ sunt, è tertio nata, hæres patris unica, nuper *prima virgo honoraria Serenissimæ Delphinæ* à Rege delecta est, cum eodem tempore mater ejus *Catharina Henrica Harcurtia* Domina honoraria ejusdem Principissæ nominata fuisset.



GENEA-

GENEALOGIA
FAMILIÆ VETVS-VILLEÆ.

VEtus-villeam gentem, antiquitate venerandam, titulis claram, latifundiis divitem atque opulentam, cujus egregia bello & pace tam sub Belgarum Principibus, quam sub Galliæ Regibus merita in rempublicam exstant, *Antonius Sanderus* Canonicus Gandavensis & Iprensis in augusto *Flandriæ illustratæ* opere præ aliis stylo signavit, è quo pleraque huc transscripsisse non erit opinor apud æquos crimini. Ita verò ille in *auctario ad Tomum secundum*: Familia *de la Viefville* originem habet in Atrebatesio, nunc Artesiam vocant. Nomen illi mansit à solo & antiquâ Baronia *de la Viefville*, quæ protenditur in pagis, *d'Ervinegatte*, *d'Inghen*, *de Delettes*, & aliis circà Teroanam olim Morinorum Metropolim, infide & clientelæ partim Regis, partim Advocati Teroanensis, cum uniformi justitia, ut in tabulis feudalibus legitur datis A. 1409, ad octavam Augusti. Meminit & hujus rei particulatim *Oliverius Marcanus* in suis commentariis Gallicis. Primus in ea gente mihi lectus *Isidorus de la Viefville* eques in Morinis celebris. Illi filius fuit *Everardus*, Præpositus *de Sithiu*, quam nunc Audomaropolin indigerant. Post illos longâ serie *Johannes Dominus de la Viefville* memoratur in adolescentia suâ Honorarius adolescens Roberti Francorum Regis. Hic cum A. C. 1023 annulum hasta præripuisset Simoni Harbarquio, ad montem Martyrum, haud procul Parisiis, spectante Galliæ nobilitate, ipsoque Roberto Rege, exinde Rex *tres annulos purpureos* ejus victoriæ indices inserit, jussit *gentilitio* Vetus-villæorum *scuto*, ex *laminis octo aureis cæruleisque alternantibus conflato*. Legitur & in hâc stirpe clarus Eques, *Petrus Baro de la Viefville & Toparcha Desquinegastæ*, *Delettes* &c. qui venit in manum cum *Alide* filia Arnoldi Advocati Teroanensis. Exstat charta de A. 1239. in Prioratu S. Andreæ juxtà Ariam, in qua mentio illius & Arnoldi soceri sui & Wilhelmi *Desquinegastæ*, quem idem Dominus *de la Viefville* hominem ligium suum appellat. Ex hoc porrò conjugio natus fuit *Petrus*, *secundus* ejus nominis, Dominus & Baro *de la Viefville*, Toparcha *Desquinegastæ*, *Inghem*, *Fletremes*, *Verdrecque*, *de Delettes* &c. qui duxit *Nataliam* hæredem *de Blessy*, *Blessel*, *Vpen*, VicecomitemArienscm, in qua finem accepit veterum Vicecomitum Ariæ familia. *Robertus de la Viefville* cognomento *Macer*, unicus fuit Petri & Nataliæ de Blessy filius, ante matrem suam pluribus additus, ducta tamen priùs uxore *Mathilde*, cujus cognomen ignoratur, ex qua habuit PETRUM hujus nominis TERTIUM, patrem è *Johanna de la Rely* JOHANNIS, qui Artesiæ præfuit, atque Eudoni Burgundiæ Duci a. 1340 in pugna Audomarensi ad

FAMILIÆ VETUS

BARONES, MARCHIONES AC

JOHANNES DE LA VIEFV
ctus & Capitaneus genera
Mailly, Johannis Dom. de Ma

Gauninius Baro de la Viefville, Vicecomes d' Aire. *Aleid*
de Heuchin, Dom. de Thiennes, Steenbeke &c.

Petrus IV. Baro de la Viefville occ. 1421. *Eleonora de Roubaix.*

Jolantha, nup. Johanni de Hornes, Dn. de Gaesbeke.

Johannes Dn. de Thiennes.

Cathari
ler, D

Andreas Dn. de

Petrus V. Baro de la Viefville † 1459. *Maria de Pieure, vidua N. Domini de Montcaurel.*

Johanna heres Baronatus de la Viefville, nup. Antonio de Burgundia, Philippi Boni Ducis notho.

Maria, nup. N. Dom. de Montcaurel.

Johannes de la Viefville, Dominus de Co

Johannes de la Viefville, † sine lib. *Catharina de Trepan.*

Petrus de la Viefville, Dom. du Calvet, Cosker, Ferbus, Sunancourt.

Robertus, Marchio de la Viefville, Baro de Rugles & Arzillieres, Dom. de Calvet, Omicourt &c. † 1612. *1. Wilhelmina de Bossu, dicta de Longueval.* *2. Catharina d' O, Francisci fil.*

1. Henrica, nup. Antonio de Joyeuse, B. de S. Lambert.

2. Carolus Marchio, post DUX de la Viefville, B. d' A
d' Omicourt, Givaudan, Chalnet, Pavan & Verri
Bouhier, Vincentii Dom. de Beaumarchais f.

Vincentius M. de la Viefville, occ. in Angl. R. Carolo I. militans.

Carolus Dux de la Viefville, Præfectus Pictonum.
Francisca Maria de Vienne, Renati Com. de Chateauvieux fil. unica
25. Sept. 1649. † 1669.

Renatus Franciscus M. de la Viefville.
Anna Lucia, Antonii Dom. de la Mothe-Houdancourt f. 12. Jan. 1676.

Carolus Emanuel Comes de Vienne.
. . . . *Mitte de Chevrieres, Henrici C. de S. Chaumont f. m. Febr. 1685.*

. . . . . dictus *Abbas* de la Viefville.

S-VILLEÆ TAB. I.

C DUCES DE LA VIEFVILLE.

IVILLE, Petri III. F. Præfe-
alis Atrebatefii. *Maria de*
ledon fil. unica.

Rogerius de la Viefville, Dn. de Delettes, *Johanna*
Dom. de Coskier in Armorica.

rina, nup. Guidoni de Pontail-
Dom. de Talmez.

Matthæus Dn. de Cosker, Fletreves, Verdreques &c.
occ. 1364. *Maria, Alani Dom. de Teillac. f.*

le Cosker. *Jacobina de Sunencourt Dom. de Farbus, Paganif.*

Johannes, Andreæ gemellus, † cœlebs.

Jacobus de la Viefville Dn. de Cosker & Farbus. *Agatha de Liſcu, Johannis Dom. de*
Pleſſis fil.

osker, Farbus &c. *Catharina du Quesnier, Guidonis de Quesnelet f. 1453.*

Sebaſtianus de la Viefville. *Petronilla de S. Vaaſt, Vicec. de Ferbus.*

Catharina de la Taſte, Dom. de Sy, de Montferrant 1539.

Anna, nup. Michaeli d' Aumale,
Dom. de Nampſel.

Maria, moniali.

Carola, nup. Jacobo de Courſeille,
Dom. de S. Hillieres.

Arzilliers & de Nogent, Dom.
igny, 2. Januar. 1653. *Maria*

2. Aloiſia, Abbat. B. Virg. Meldenſis.

IV. filii & III. *gnatæ* in infantia
extincti.

Carolus Franciſcus, *Epiſcop. Redo-*
nenſis 1660, † 1676, d. 20. Jan.

Henricus de la Viefville occ. ad
Stampas 14. Jun. 1652. æt. 25.

Lucretia Franciſca, nup. Ambroſio Duci de
Bournonville, † *m. Jan. 1678.*

dictus *Eques* de la Viefville.

dicta Domicella de la Viefville.

dicta Domicella de Vienne.

dicta Domicella d' Abloys.

fuit contra Robertum de Arteſia Comitem Bellimontis, qui Audomaropolin obſidebat. Abeodem initium *Tabulæ primæ* ductum fuit.

ROGERIUS *de la Viefville* facta a. 1346 cum fratre *Gauvinio* partitione ſortitus eſt terras *Delettes*, *Ingehem*, *Fletreves* & *Verdrecques* in Arteſia. Sequenti anno cum ortum eſſet bellum inter Johannem Montfortii & Carolum Bleſarum Comitem ob Ducatum Britanniæ, miſſus eſt à Margarita, Philippi Audacis Ducis Burgundiæ uxore, in Armoricam regendis copiis auxiliaribus, quas Montfortio ſubmittebat, ibidemque & uxorem & rem & gloriam armis reperit.

PETRUS IV. Baro *de la Viefville* de Ducibus Burgundiæ, Philippo Audace, Johanne Intrepido & Philippo Bono præclarè meritus fuiſſe *Sandero* prædicatur: erat eis à Conſiliis ſtatus & à Cubiculo, regebatque eorum provincias exercitusque. Adfuit Johanni in conflictu Leodienſi & variis expeditionibus contra Aurelianenſes. Per eundem Principem miſſus fuit cum Wilhelmo Bavaro Hannoniæ Comite ad agendum de pace cum Francorum Rege Carolo VI. poſt obitum Ludovici Ducis Aurelianenſis a. 1408. Anno ſequenti miſſus eſt, cum exercitu ad ferendas ſuppetias Gallis contra Genuenſes. Præfectus poſteà ab eodem Duce adoleſcentiæ Philippi filii ſui, ita hanc ſpartam obiit, ut ad regimen ditionum provecti virtutem ac bonitatem ipſius inſtitutioni Burgundia Belgiumque in acceptis ferrent, ipſeque à priſtini officii haud immemori hero ſummo in honore pretioque haberetur. Conſtitutus denique *Gubernator & Capitaneus Generalis Picardiæ*, eo in munere occubuit, cum in pugna ad Fanum Richerii a. 1421 ſtrenuè dimicaret.

MATTHÆUS *Vetusvilla Coskeri* Dominus *Rogeri* patris ſui veſtigia ingreſſus pro Johanne Comite Montfortii ſanguinem vitamque in flore ætatis profudit, cum a. 1364. in prælio, quo etiam Carolus Bleſenſis cecidit, inter confertiſſimos fortiſſimè pugnaret.

PETRUS *Vetusvilla Calveti & Coskeri* Dominus, *Johannis* F. Regi Carolo IX. operam ſuam addixit, à quo inter Equites *Ordinis S. Michaelis* & Cubicularios ſuos allectus, prætereaque turmæ quinquaginta Lanceatorum & oppidis *Mezieres* ac *Linchamp* in Retelenſi pago præfectus eſt. Rexit etiam cohortem centum hominum armatorum ſub Rege Navarræ Antonio, eidemque à conſiliis & cubiculo fuit.

ROBERTUS *Vetusvilla* in aula Regis Caroli IX. educatus, inter ejusdem Cubicularios nobiles locum nactus, patrique in præfectura Meſerienſi ſuffectus eſt. Auctus poſteà Campaniæ legatione & titulo Capitanei inter prætorianas veteres equitum cohortes ſtrenuè in bellis adverſus Proteſtantes egit, meruitque ut ab eodem Rege torque *Ordinis S. Michaelis* decoraretur. Ab Henrico Magno etiam S. *Spiritus* inſignibus ornatus & *Magnus Franciæ Falconarius* creatus, ditioque ipſius Sy dicta in *Marchionatum* ſub titulo *de la Viefville* erecta eſt. A Ludovico XIII. miſſus extraordinaria legatione ad Aquisgranenſes componendis diſſidiis inter Imp. Rudolphum II. & cives exortis, poſtquam ea defunctus in aulam rediiſſet, ſanctiori conſilio adſcriptus fuit; verum non ita multo poſt ſupremum diem obiit.

CAROLUS *Marchio de la Viefville* in facultates & præfecturas patris ſucceſſit, dumque Campaniæ legarionem ea qua par erat fide in Regem obiit, Carolo Gonzagæ Niverni & Retelii Duci, cujus *homo ligius* erat, cauſam irarum adverſum ſe præbuit, Mayeniam eius uxorem Remos cum familia venientem eam eumque gravidam & partui proximam, ingreſſu urbis prohibendo, incerto rerum ob ſuſſum factionibus regnum ſtatu, regioque imperio repulſam excuſans. Id in feloniam tapiens Nivernius feudo illum multatum ibat, & ſuccubiturus erat Vievillius, niſi Rex eauſæ ipſius tutelam ſuſcepiſſet; ea verò occaſione agitatam inter ICtos ſingulari ſtudio fuiſſe quæſtionem, *utrum quod ex fide & obſequio in Regem adverſus Dominum feudalem agitur, feloniam involvat an ſecus? Gramondus Hiſt. Gall. Lib. 2.* refert. Cæterum haud omninò commodis moribus præditum fuiſſe *Carolum Vievillium* idem auctor memorat, his genium ipſius verbis Lib. 13 exprimens: *Effera ei & rudis indoles erat, dicendi procacitas acriore ſale reſperſa paſſim, flexáque in ſatyram: pungere ac mordere quoscunque non habito perſonarum delectu in deliciis habuit, riſum captans ex omni reſponſo, adeò ut niſi ſcires Quæſtorem eſſe, pro momo acciperes.* Quæſtorem vocat ob primam Gallici ærarii procurationem quam a. 1632 adeptus eſt, quamque parum ex ſententia primorum aulæ regnique commodo obiit; ita enim *citatus autor* eodem libro fatur. *Ubi incubuit pecuniæ publicæ avara manus, ſuperbire, audacius proloqui, inſinuare animo Regis parſimoniæ ſtudium, ignarus ſæpe vitio dari magnis regibus, quod privatis pro virtute accipitur: primorum penſiones de publico pendi ſolitæ ſtatim, eo rogante, minuuntur: ſtatim abit in deſuetudinem profuſior donandi uſus quo Reges à privata fortuna diſtingui ſolent: eo factum ut ravo nobilium in aula concurſu, mutaretur regiæ facies. Hæc inter privatis rebus incumbere Vievillius, Bellomercatorisque ſoceri ſui ope, (is gaza & opibus nemini ſecundus erat, & in numerato habebat, unde regnum emi poſſet) jactura publica privatam augere fortunam.* Quamobrem vix exacto anno amotus

amotus ab illo munere fuit, jussusque aula facessere, mox verò Amboſiæ in vincula conjectus, unde paulò poſt in Belgium violata cuſtodia profugit, neque licet per præconem Lutetiæ in jus vocatus fuerit, comparuit, ſed in Belgio usque ad exceſſum Regis Ludovici XIII. ſubſtitit. Poſt illum accepta à novo Rege venia rediit in Galliam, ærariique publici diſpenſationem ſecunda vice a. 1641 obtinuit, ſed ad brevè iterum temporis ſpatium, vix biennio exacto vivis exemptus, poſtquam tamen novo honore titulo ſcilicet *Ducis* ac *Paris* cumulatus fuiſſet, ditionibus ejus *Pavan*, *Nogent* & *Saint Martin d'Ablois* in *Ducatum* ac *Pariatum*, ſed à ſuprema curia nondum confirmatum, erectis. Succeſſit ei in hanc dignitatem filius natu maximus, isque cognominis ac ſuperſtes, qui antehac munere *Equitis honorarii* apud Reginam functus, nunc Pictonibus præeſt, quam præfecturam a. 1664 à Duce Rodumnæ preſio CCCC mille librarum ſibi comparavit. CAROLUS FRANCISCUS ſtudia literarum & religionis ſecutus, initio *Abbas Commendatarius*, ceu loqui amant, B. Virginis *de Savigniac* & *Prior* Belli loci (*Beaulieu*) poſtea *Redonum Præſul* creari meruit, eaque in ſtatione vitæ munus implevit. HENRICUS verò patris fato brevi intervallo antevertit, ad Stampas, cùm oppidum à factioſis occupatum Turenius oppugnaret, glorioſa morte defunctus.

FAMILIÆ VETUSV

DOMINI DE THIENNES, MAMEZ,

JOHANNES DE LA VIEFVILLE
NES & STEENBEQVE, Gentil
ville F. N. *de Bos Dannequin dicta*

Margarita, nup. Johanni Domino de Fosseux.

Sigerus Dn. de Thiennes & Se
Poix Dom. d'Audenarde.

David occ. in pr. ad Nicopolin 1396.

Petrus occ. a. 1415.

Johannes Dn. de Thiennes. *Margarita Domic. de la Vaquerie.*

Lancelotus Dn. de Westrehem † 1458. *Johanna Eustachii Dom. de Bernemicourt fil. ac her.*

Bona Dom. de Thiennes, Steenbeque Blaringhem &c. nup. Jacobo Dom. de Crevecœur 1450.

Johannes Dn. de Fretoy, Westrehem &c. *Margarita de Barlaymont.*

Carolus Dn. de Fretoy. *Jacobina de Greboval, Dom. de Gauchin.*

Maria.

Petronella.

Philippus Dn. de Fretoy. *Margarita de Halewyn Caroli Dom. de Moulin fil. ac her.*

Franciscus Dn. de la Viefville † 1536. *Anna de Neufville.*

Carola, nup. Friderico Dn. de Saveuse.

Franciscus Dn. de la Viefville † 1543. æt. 19.

Anna fratris hæres nupta. Ludovico de Lannoy Dn. de Folleville.

Jacobus † cœlebs.

Johannes Dn. *Nedonchel* C *her.*

Wilhelmus Baro de la Viefville Dom. de Mamez & d'Esquinegatte, † cœlebs 1580.

Florentia fratris hæres nupta Johanni d'Estourmel Dn. de Vendeuille.

Eustachius Pantaleon de la Viefville, Dn. de Steenvoorde, Heutrem, Samerval, Villers-Saint Simon, n. 25. Dec. 1584. † . . . *Claudia de Merode, Philippi Com. de Middelburg f. 1621.*

Anna, nup. Jacobo le Blon del Bar. de Quincy.

Maria, nup. Johanni Dydeghen, Com. de Watou.

ILLEÆ TAB. II.

WATOU & STEENVOORDE.

ILLE DN. DE THIEN-
auvinii Baronis de la Viefville
ia de Fiennes.

& Steenbeque. *Johanna de*

Catharina, nup. Guidoni de Poncailler, Dom. de Talmez.

Malerus Dn. d' Eſtreé-la Blanche, Sains &c. *Johanna de Milly.*

Triſtanus † puer.

Gauvinius de la Viefville. *Catharina de Mamez, Dom. de Watou.*

Ludovicus Dn. de Sains. *Margarita de Chateauvilain-Rincheval.*

Philippus. *Iſabella de Brabantia, Philippi Ducis Brab. notha.*

Antonius *Eques Rhodius.*

Johannes Dn. de Milain † 1471. *N. de Flandria, Johannis Dn. de Drincham fil.*

Bona, nup. Jodoco Dom. de Lalain.

Philippus Dn. de Mamez & Watou. † 1565. *Michaelis d' Auxi, Johannis Dom. de Monceaux f.*

Philippus † cœlebs.

David.

Johannes.

Claudius † [illegible]7.

Dn. de Mamez. *Franciſca de Caroli Dom. de Livin fil. ac*

Philippus Dn. de Watou. *Franciſca de Failly, Joachimi Dn. de Rumilly fil.*

Carolus † impro-lis 1565.

Carola. *Anna.*

Euſtachius Dom. de Watou & de Steenvoorde † 1614. *Michaelis Blondel Dom. de la Chappelle, Jacobi Dom. de Quincy fil. 1578.*

N. de la Viefville † 1633. *Margarita de Cottenes.*

Florentia.

Michaeli, nup. Johanni de Mamez Dom. de Cahem.

Filii duo in cunis denati.

Johannes.

Franciſcus.

Maria.

Anna.

AD TAB. II.

IOHANNES Vetusvilla, *Gauvinii* filius secundogenitus, in divisione hæreditatis à parentibus relictæ, dotales matris terras *Thiennes* nempè & *Steenbeque*, quæ cum alta jurisdictione tenentur in fide curiæ Casletanæ, prætereàque *Calonne* super *Legiam*, *Blaringhem*, *Estree la Blanche* juxta Ariam, *Westrehem* aliaque sortitus est. Ejus filio SIGERO ex uxore *Johanna de Foix* liberos duos supra viginti natos fuisse *Sanderus* memorat, licet illorum tantum, quos tabula nostra recenset, quique septimum numerum implent, nomina ediderit.

IOHANNES *Lancelot* F. Dominus *de Fretoy*, *Westrehem*, *Hericourt*, *Aveny* & *Basincourt* fuit à consiliis & cubiculo Carolo Pugnaci D. Burgundiæ, ejusdemque nomine Tervanam & Fanum Quintini rexit. Idem cæso ad Nancæum Duce, Camerarius fuit Caroli VIII. & Ludovici XII. Galliæ Regum, prætereàque equestris prætorianæ cohortis dux & Prætor Gisortii. Filium habuit unicum, in pueritia defunctum & cum parentibus Gisortii in templo S. Gervasii tumulatum.

CAROLUS, *Johannis* frater, strenuam itidem operam Carolo Burgundiæ Duci navasse celebratur; post cujus fata Regibus Ludovico XI. Carolo VIII. & Ludovico XII. à consiliis sanctioribus & cubiculo fuit, & Namurcensem Comitatum rexit.

FRANCISCUS, Caroli filius secundogenitus terram *de la Viefville* ab Adolpho Burgundo, Antonii, cui illa ab uxore Johanna allata fuit, (quemadmodum è tabula superiore patet) nepote a. 1535 emit, eandem gnata Francisci, postquam fratri in obsidione Bononiæ a. 1545 occiso successisset, in *Lannoviam* familiam transtulit, à qua ad *Silliam* gentem transiit; *filia* enim *Ludovici Lannovii* & *Annæ de la Waefville* natu maxima ac hæres ob defectum marium præcipua *Antonio de Silly, Comiti de Rochepot* in manum convenit; ab eo postea anno scilicet 1579 dominium illud redemit WILHELMUS *de la Viefville* Johannis Domini *de Mamez* filius.

PHILIPPUS *de la Viefville Gauvinii* F. cum uxore *Isabella*, quam legitimorum natalium jure Papa Martinus V. donavit, in Palæstinam iter fecisse legitur. Redux Philippo & Carolo Burgundiæ Ducibus posteaque Maximiliano Archiduci militavit; functusque est suprema Artesiæ præfectura; à Philippo Hispaniarum Rege inter Cubicularios & Consiliarios Status cooptari meruit, nominatus denique *Eques aurei velleris* antequam torquem acciperet, senex admodum Atrebatæ decessit.

EUSTACHIUS *de la Viefville* Wattovii Dominus *Steenvordiam* celebre in Casletana ditione municipium eleganti arce munitum & foro hebdomadali magna immunitate nundinarum instar gaudente beatum ab Hectoris *de Baillenl* liberis a. 1592 emptionis titulo acquisivit. Ad eundem omnis tandem Verusvilleorum in Belgio commorantium familia una cum *primogenitura domus & armorum*, ceu loquiamant, rediit.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ RVPILAVRIÆ.

Rupilauria gentis vetuſtæ & jam olim apud Aquitanos inclutæ originem à priſcis *Fidentiaci* & *Armaniaci* Comitibus, qui ad Duces Gaſconiæ genus ſuum referebant, manaſſe quidam perhibent, hoc Genealogiæ ſeriem ordine nectentes: *Sanctio*, Garſiæ Eneconis Pompelonenſis Regis, filio natu minori, domitori Vaſconum & poſt abdicationem Fortunii fratris ſui natu majoris, à Navarræ proceribus in Regem optato, gnatos duos tribuunt, quorum prior ſorte nativitatis Navarræ regnum tenuit, poſterisque ſuis tranſcripſit, alter *Garſias*, cognomento *Curvus* Gaſconiam ſive Vaſconiam ulteriorem, quæ Garumna fluvio, Oceano, Vaſconia citeriori, Armeniacenſi ac Fidentiacenſi Comitatibus & Dynaſtia Inſulana terminabatur, à patre *Comitis* titulo regendam accepit. Hic ex uxore *Amuna* filios tres procreavit, videlicet *Sanctium*, *Wilhelmum* & *Arnoldum*, atque inter eos Gaſconiam diviſit. *Sanctius* majorem Gaſconiam ſortitus Duces utriusque Vaſconiæ profevit per filium ſecundogenitum Wilhelmum, cui Garſias Pompelonenſis Rex Urracam gnatam ſuam cum dote Citerioris Vaſconiæ nuptui locavit. Idem Wilhelmus Comitatum Burdigalenſem ditioni ſuæ adjecit, ex hæreditate Wilhelmi II. cogn. Boni, poſtremi è ſtirpe ſua Comitis, quem ab hoſtibus captum & in carcerem miſſum adjuverat & è cuſtodia eripuerat, perceptum. Defecit autem ipſius progenies in nepotibus tranſiitque Vaſconiæ & Burdigalæ imperium ad Raimundum Barcinonenſem Comitem, cui Sanctia, Wilhelmi è filio Sanctio neptis in matrimonium data fuit. Reliquis duobus Garſiæ Curvi filiis in dicta partitione Comitatus Fidentiacenſis & Aſtaracenſis obvenere. Ab *Arnoldo* Aſtaraci Comite prodiere etiam Pardiaci Comites, ex Arnaldi II. primi nepotis, filio ſecundogenito Bernardo, cui cognomen Pelagos fuit, prognari, quorumque ſtirps in generatione quarta exaruit; Aſtaracenſis verò linea ad finem usque ſeculi XV. duravit, donec in Johanne III. deficeret, transferente Comitatum Matha filia ipſius primogenita ad Gaſtonem Fuxium Candalam. *Wilhelmus*, Fidentiaci Comes à patre Garſia conſtitutus, filios genuit *Odonem* & *Bernardum*, quorum poſterior Comitum *Armaniaci* ſtirpem condidit, quæ clara proceſſu temporum facta & fatis Bernardi VII. Comeſtabilis Galliæ nec non Jacobi Ducis Nemoroſii nobilitata in Carolo prioris filio natu minore a. 1496 mortuo extincta eſt, ditionibus ejus in fiſcum redactis. Quod denique ad *Odonis*, qui Wilhelmo patri in *Fidentiacenſi* Comitatu ſucceſſit, progeniem attinet, natus eo fuit *Bernardus* pater *Aimerici*, quo genitus *Wilhelmus* cogn. *Aſtanova* & *Raimundus*. Hic Baronum *Monteſquivenſium* è quibus fortaſſis Ludovici Condæi Principis percuſſor pro iis fator conſtitutur, *Wilhelmo* verò gnati tribuuntur *Aimericus* cogn. *Forton* Comes Fidentiaci, cujus poſteritas in nepote ipſius *Azalmo* defecit, Comitatum Geraldo Arminiaci Comite occupante, & *Raimundus*. Hunc à fratre natu majore caſtrum ac oppidum *Roquelaure* è paternis ditionibus accepiſſe, ac ſtirpem cognomen ab eo mutuatam & hucusque propagatam condidiſſe perhibent. Verum enim verò quemadmodum

FAMILIÆ RUPIL

DOMINI AC DUCES

PETRUS II. DN. DE RO
Petri I. N. vixit circa inu
damant.

Bertrandus Dominus de Roquelaur

Bertrandus II. Dn. de Roquelaure. *Bru-* Bernardus d
niſſenda Servaillan Dom. de S. Aubin.

Nauda, nupta N. Dom. de Gouhas. Petrus Dn. de Roquelaure & de S. Aubin. *Marquiſa de Ma*
ſas de Caſtillon.

Johannes II. Dn. de Roquelaure & de S. Aubin. *Cecilia de Goth de Rouill*

Johannes III. Dn. de Roquelaure. *Johanna de Sedillac, Ga-* Geraldus de
ſtonis Dom. de S. Leonard ſ.

Johannes IV. Dn. de Roquelaure, du Longard, & de Gau- Bertrandus *Abbas*
daux. *Antonia de Monlezun.* *Epiſc. Lactor.*

Bertrandus Dn. de Roquelaure &c. 1. *Catharina de Bon*

2. Geraldus Dn. de Roquelaure &c. *Catharina de Bezoles.*

Johannes Dn. de Roquelaure, occ. in pugna Orteſiana.

Antonius Dominus de Roquelaure, Eq. O. R. Mareſc. Fr. † 9. Jun. 1625, æt. 8
Claudii Dom. d' Auradé, ſ. Ægydii de Montal B. de Roquebron vid. 9. Jun. 15
B. de Pordeac ſ. 1611.

1. Johannes Ludovicus Baro de Biran, Veſtiario regio præfectus † cœlebs.

1. *Aloiſia, uxor prima* Antonii II. Ducis de Grammont.

1. *Roſa, nup.* Francisco de Noailles C. d' Ayen.

1. *Catharina Abbat. de Rhe* †

2. *Maria, nup.* Jacobo Eſthver C. de la Vauguyon.

2. Ludovicus M. de Roquelaure † cœlebs.

Sept. 1653, † 1657.

Antonius Gaſto Dux de Roquelaure, M. de Biran & de
vre, de Pontgibaud & d' Aſtarac.
Maria Aloiſia de Laval-Lezay, Vidi B. de Pleſſe ſ. 19.

ILAURIÆ SCHEMA.

CES DE ROQUELAURE.

ROQUELAURE, Johannis I. F.
ninia seculi XIII. *N. Domina d' Au-*

laure, *Johanna, Bertrandi Vicec. de Bruillois f.*

lus de Roquelaure. Wilhelmus Arnoldus de Roquelaure.
Alisa, Dom. de Malsergue.

Amalaricus Dn. de Roquelaure Eques. Maurinus de Roquelaure Capitaneus † 1346. Alemanus de Roquelaure, *Abbas S. Victoris Marsilienſis † 1346.*

de Roquelaure, ſine lib. Bertrandus de Roquelaure Dn. de S. Aubin, improlis.

ba de Bouillac deſignatus *lle.* Franciſcus Dn. de S. Aubin, à quo progenies. Baptiſta.

Bouzet, 2. Margarita d' Ornezan Dauvade.

la. Miramonda, nup. Johanni de Caſſagnet Dn. de Tilladet.

c. 82. *1. Catharina d' Ornezan Joh.* ſſ. 2. *Suſanna de Baſſabat, Beraldi* Bernardus occ. in pr. de Roche-Abeille 1568. *Antonia, nup.* Bertrando le d' Augeiroux-Baupuy C. de Maillé. *Margarita, ux.* Jacobi de Maignaue Dn. de Montagu.

2. Gaſto Johannes Baptiſta, DUX de Roquelaure, Eq. O. R. † 13. Mart. 1683. æt. 75. *Cæſola Martiade Daillon, Timoleonis C. de Lude f. 17. Sept. 1612. † 1662.*

2. Johannes Ludovicus Comes de Roquelaure † ocel.

2. Armandus Baro de Biran occin duello.

2. *Aloiſia, nup.* Alexandro de Levis, M. de Mirepoix.

2. *Catharina Henrica, uxor* Alphonſi de Montluc, M. de Balagny.

2. *Angelica, nup.* Hectori de Narbonne M. de Fimarçon.

2. *Suſanna, † innupta.*

de Puiquillem, Comes de Ga- *Maji 1683.*

Maria Carola, nup. Henrico Carolo de Foix, Duci de Rendan, 1674.


image
not
available

GENEALOGIA FAMILIÆ DVRFORTIÆ

EX Aquitanis *Duracis* etiam sive *Durfortia* gens prodit, cujus origo nobis ignota atque incomperta est, usque adeò ut nec quid incerta traditio de ea ferat, narrare integrum sit. Tesseram quoque ejus originariam ad liquidum perductam non habemus, quibusdam *leonem argenteum in solo rubeo*, aliis *fasciam caeruleam in campo argenteo* vel *aureum in caeruleo*, (nam variatio etiam metallorum colorumque hîc occurrit) eo nomine venditantibus. Geoealogiam, quam tabula exhibet, sæpè sed nunquam pro meritis laudato *Sammarthano* debemus.

FRANCISCUS DURFORTIUS Duracii Dominus in numero fortium virorum fuisse fertur, qui expeditioni in Insubriam, præsentia & captivitate Regis Francisci I. nobilitatæ, interfuerunt, mortique pro ipso occumbere non dubitarunt. Profudit enim ille cum generoso sanguine vitam in aliqua velitatione, biduo antequam de summa rerum ad *Ticinum* pugnaretur.

SYMPHORIANI Duracii excelluntur militaria consilia & fortitudinis specimina, quæ pro aris ac focis acerrimè dimicando edidit: plurima Protestantium, quorum sacra partesque sectabatur, spes in ejus opera sita erat, neque ipse eam destituit, in tempore auxilio eis aliquoties veniendo, ac damna accepta quàm gravissimè vindicando. Enituit inprimis ejus virtus a. 1562 in pugna ad *Targonam*, qua ipso prima cortione ab equitibus suis delectus nihilo secius Monlucio numero etiam superiori dubiam fecit victoriam; posteaque Duracii castri sui, ab hostibus, dum præsidio vacuum esset occupati jacturam Lauserteæ in Cadurcis expugnatione vi facta pensavit. Verùm illic posteaque Caili in Rutenis vindictæ ultra quam fas erat indulgendo irritasse Numen dici potest, eò quod ex eo tempore adversam plerumque sensit fortunam; Marcuæ, quæ Cadurcensis Episcopi arx, captus ab hostibus parum à periculo abfuit, quod tamen tunc exsolutis duobus aureorum millibus redemit, viri nobilis etiam gratia adjutus, qui ejus filiam notham uxorem duxerat, ceu Thuno *Hist. L. XXXII.* memorat. Indeapud Veram Petrocoriorum vicum VI. Id. Sept. prælio quo frater ipsius junior graviter vulneratus fuit, post magnam suorum stragem victus est; rediit tamen victis in præcordia virtus, cum postridiè in receptu Lanmomerii CCC. militibus stiparum obvium habèrent: hos enim ad internecionem cæcidere: *exiguo certè* (ut modo citati Nobilissimi autoris verba addam) *post tantam cladem profectu, sed rariore exemplo virtutis post fugam turbatis militum animis restituta.* Redactis autem clade Verensi in angustias Protestantium in Aquitania rebus, relicta ea *Duracius* Aurelianum ad Andelocum, qui cum copiis Germanorum auxiliaribus recens advenerat, se contulit, eidémque regiis acri oppugnatione urbem prementibus strenuam operam navavit, donec eo ipso die, quo inter Coodæum ac reginam de pace conventum fuit, erat IV. Id. Mart. a. 1563. dum pontem tueretur, saxi fragmento ictus, ex eo vulnere decessit. *Thuan. Lib.* XXXIII.

JOHANNES Durfortius *Francisci* frater, ramum Dominorum *de Ciurac* profevit, hodièque ni fallor florentem; vixere ex eis circa seculi hujus initia *Godofredus* & *Carolus Durfortii* fratres, quorum posterior titulo *Domini & Baronis de Castel-Bayard & de Cusaguet* usus, *Johannam de Lau* uxorem habuit, prior *Dominus & Baro de Ciurac, & Rigault* ex *Margarita de l'Isle* gnatam suscepit *Magdalenam, Dominam & Comitissam de Chastillon, Baronissam de la Lande & de l'Isle en Medac*, Caspari de Courtenay Domino de Bleneau a. 1633 nuptui datam.

JOHANNI Durfortio Duracii Vicecomiti subleste fidei notam *Albignius Hist. Univers. Lib.* 3 & 4 impingit, referens, quod cùm Henrico Navarræ Regi ex ansa ad penates suos elapso sese adjunxisset, ad potiorem in ejus gratia locum, Wilhelmum Altemerum Fervacium supplantando, viam sibi struxerit, missus verò ab illo Lutetiam procurandis negotiis suis, aurem clandestinis callidissimæ reginarum Catharinæ Mediceæ consiliis præbuerit, eidémque ne operam suam condixerit, ideoque reversus ad Navarrum inter ipsius proceres discordiarum atque offensionum semina sparserit, Principem Condæum & Vicecomitem Turenæ inter se commiserit, denique & fratrem suum JA-

FAMILIÆ DURF

DOMINI & DU

MAURITIUS DOMINUS DE DU
Antonia de Clermon.

Johannes Dn. de Du

Hugo Dn. de Duras, Pellegrue, Allemans, 1130

Humbertus Dn. de Duras † ſine lib.

Theodorus de Duras Pellegrue, 1381. Hel

Bernardus de Durasfort Dn. de Duras.

Bernardus II. Dn. de Duras.

Wilhelmina, nup. Jordano V. Dn. del'Isle.

Armandus de Beauvill

Robertus de Durfort Dn. de Duras.
Iſabella de Grely.

Petrus de Durasfort, *Monachus Cluniacenſis.*

Galliardus al. Bertrandus de Durasfort Dn. de Duras. *Regina Goth, Arnoldi Garſiæ, Vicecom. de Lomagne, fil.*

Galliardus de Durasfort II. Dn. de Duras, Blanquefort, Villendraut, Bayonne, Mo
Johanna de Lomagne, Johannis Dom. de Fimarçon f.

Galliardus III. Dn. de Duras &c. Gubernator Calet
Anna de Suffolck, genere Angla.

Jacobus al. Johannes Dn. de Duras, Blanquefort &c.
1. Johanna Angevin Dom. de Roſan, 2. Catherina de Fo

1. Franciſcus Dn. de Duras, occ. 1525. *Catharina de Gontaut, Gaſtonis B. de Biron f.*

1. Bernar
Cleric

Armandus Dom. de Duras † improlis.

Symphorianus Dn. de Duras, occ. Aureliani 15
Barbara de Mesupas, 1538.

Johannes Vicecomes de Duras occ. prope Liburnum in Aquit. † fil. *Margarita de Grammont, Antonii Vicecom. d'Eſtrac fil.*

Jacobus dictus im
Margarita Jac

Guido Aldoncius de Durasfort, M. de Duras, C. de Ro
† 1670. *Eliſabetha de la Tour, Henrici D. de Bouillon*

Jacobus Henricus DUX de Duras, PAR & Mareſcallus Fr.
Margarita Felicitas de Lavis, Caroli M. d'Annonay D. de Ventadour f. 1662.

Fridericus Com. de Roſan.

Guido Aldoncius Com. de Lor
Mareſcallus Fr.
N. *Fremont* 1676.

. . . . dictus . . . . *nupta*
Comes de Duras. . . . . de Mazarin
D. de la Meilleraye. 1686.

ORTIÆ SCHEMA.

CES DE DURAS.

B & d'Allemans, vixit circa a. 1064.

1090. *Maria de Pons.*

Raimundus de Duras Dn. de Monsegur.

ve Durfort Dn. de Duras & de *Judith de Duras.*
de Beauville.

Wilhelmus de Beauville Dn. de Duras & Miremont, 1233.
Johanna de Polignac.

n. de Duras † sine lib. Galliardus Dn. de Duras, Beauville, Miremont, Allemans.
Perrina de Taleiran 1269.

Armandus de Durasfort, Dn. de Duras &c. N. *de Lautrec.*

India, nup. Jordano de l'Isle. *N. uxor prima* Arnoldi Wilhelmi IV. C. de Pardiac.

ur, Allemans & L'espare. Wilhelmus de Durasfort *Episc. Lamberiensis* ab. a. 1363. usque ad a. 1375.

iceadmiralis Angliæ, Senescallus Burdegalensis occ.

Georgius Dn. du Teil, Bassac, cogn. Barbatus. *Margarita de Pendefon 1415.*

1. Johannes de Durasfort Dn. de Ciurac. *Aloisia de Castelbajard.* Johannes Jacobus † improlis

Johanna, nup. N. Comiti de Caunac Dom. de Billeville. N. de Durfort, vulneratus in pr. Verensi 1562.

o Dominus de Rosan postea Marchio de Duras. *Johanna, nup.* Georgio de Foix C. de Rabat. *Margarita, nup.* Helionoro Chabot Dom. de Jarnac.

C. de Montgomery fil.

an, Lorge, & Montgomery Henricus de Durasfort, occ. 1650.

e Ludovicus M. de Blanquefort Com. de Feversham. *nupta* Friderico Carolo de la Rochefoucault Com. de Roye. *Domicella de Duras.*
Maria Sondat, Georgii Vicecom. de Louvoart f. 1676, † Jan. 1677.

COBUM *Durfortium Rosanum* adversus posteriorem inciterit, usque adeò ut ad manus inter eos veniretur, & *Rosanus* cum Turenio, *Duracius* cum Johanne Guntalto Salignaco illius adjutore duello propè Aginnum congrederentur, eo eventu ut Turenius inter pugnandum à sedecim viris, quos Duracius & regina, quæ tum in Aquitania versabatur, subornaverant, incursatus, & vulneribus tantum non confectus fuerit. Honestiorem paulò hujus duelli causam *Thuanus* Hist. Lib. 68 affert, ita fatus: *Cum regina Aginnum venisset, renovata inter Henricum Turrium Turenæ Vicecomitem, qui proximâ cognatione reginam contingebat, ac supremus Navarri legatus erat, & Duracios atrox simultas & cum exitiabili pæne Turenii exitu terminata. Ante triennium amoto à Castri gelosi, quod Labretani principatus oppidum est, præfectura Savilliano, Durfortius Rosanus in ejus locum suffectus fuerat; is metuens ne Savillianus præfecturæ restitueretur, loco discedens Garennio primario centurioni mandaverat, ne quem intra oppidum viribus præpollentem admitteret. Cum Turenius pro imperio, quod illi à Navarro datum erat, portas aperiri misso Renerio juberet, Garennius hoc se responso excusavit: quod ille ad animum revocans obvium postea juxta Aginnum Rosanum de injuria sibi satisfieri postulavit: res inde ad hunc annum extracta, quo Duracius Rosani frater Aginnum ad reginam salutandam venit, ac mox Rosanus cum secutus est, vocatus à Duracio Turenius cum Johanne Guntalto Birono Salignaco ad arenarias in ripa Garumnæ subjectas extra urbem, summo mane descendit. XVI. Kal. April. 1579 & post aliquantulum moram Duracii fratres eodem venere Turenius cum Rosano, Duracius cum Salignaco pugnavit, isque exitus pugnæ fuit, ut Turenius multis vulneribus à tergo & in latus acceptis pro mortuo sit relictus, in qua ille sibi fraudem factam querebatur, quippe cum Rosanus lorica subtus tectus contra quam adfirmaverat veniisset, & ipse à pluribus circumventus atque adeo ab ipso Duracio fuisset: quod & scripto publicavit, de quo consultus H. Montmorantius Danvillæ avunculus, cum Agathæ esset, procerum & aliorum è nobilitate militarium virorum, qui circa eum erant, rogatis sententiis respondit X. Kal. Jun. quando tam indignè Turenius à Duracio ac Rosano fratribus habitus fuisset, licere ei alia quavis via, quam per usurpatam inter nobiles duelli rationem, de percussoribus ac perfidis pœnam reposcere. Reginavem indignissimè tulit, & legibus in fratres fugitivos agi volebat; sed à Turenio exorata juris persecutionem intermisit.*

JACOBO Durfortio *Rosano*, de quo jam dictum est, magna ad facultates suas accessio obtigit per matrimonium cum *Maria Mongomeria*. Hæc *Jacobum de Lorge*, qui à Comitibus Mongomerii in Anglia genus suum repetebat, & ad renovandam originis suæ memoriam Comitatum ejusdem nominis in Normannia situm à Francisco Aureliano Rothelino pretio acquisivit, proavum agnovit: erat ille pater *Gabrielis Comitis Mongomerii*, qui Regem Henricum II. in ludicro certamine imprudens lethali vulnere læsit, & ob id calamitatis publicæ invidia potius quam proprio crimine onerātus, cum post tria lustra anno sciliicet 1574 Domfrontii in Neustria captus & postulante regina Lutetiam ductus fuisset, ad capitale supplicium, affixo ei perduellionis crimine, raptus est, *ut hoc exemplo omnes discant (* hæc Thuani est *verba) soloeasu, non tantum consilio, nocentes effici, quicunque vel imprudentes pernicium Principibus attulerint.* Habuit *Gabriel* in conjugio *Elisabetham de la Touche*, Francisci Dom. *de Roches-Tranchelyon* gnatam, è qua pater factus est multorum liberorum, præcipuè *Jacobi* II. & *Gabrielis* II. Prior nata est *Maria*, quæ Mongomerium Comitatum *Jacobo Durfortio* attulit, ab eodem a. 1610 *Gabrieli* Mariæ patruo, & hodiernorum Comitum Mongomeriæ è *Susanna Bouquerot* uxore sua fatorem, divenditum.

JACOBUM HENRICUM *Duracium* & GUIDONEM ALDONCIUM *Lorgeum* fratres adhuc superstites & militari fama præclarissimos ad amplissima honores quis ignorat? Uterque cohortem custodum corporis regii moderatur: atque a. 1678. scipionem *Mareschalli Franciæ* promeruit. Prior tamen id eximii habet, quod dignitate *Ducis* ac *Paris Franciæ* a. 1668 à Rege sibi collata, nec non præfectura Burgundiæ gaudet. Frater illorum natu minimus LUDOVICUS in Angliam delatus, Duci Eboracensi, qui nunc regnum obtinet, operam suam addixit, quæ incolarum regni indeptus est, muneris processu tempore honoribus ob egregias virtutes & prudentiam militarem, cujus in bello cum Batavis in primis, que in memorabili prælio navali mense Junio anni 1665 commisso, insignia documenta dedit, cumulatus: namque a. 1673 Baronibus Angliæ sub titulo *Lord Duras of Holdenby*, quæ ditio in Northamptonio Comitatu sita est, adscriptus, & socero suo *Georgio Sondes* a. 1676. ad dignitatem *Baronis de Throwley, Vicecomitis de Feversham* provecto, horum etiam axiomatum omnium hæres designatus est, hâncque successionem jam videtur adisse, eò quod *Comes de Feversham* communiter in Novellis nominetur; auctus præterea ab eodem Rege fuit aulicis etiam officiis, quibus quæ locum inter Nobiles qui Regi ordinariè sunt à cubiculis; nuper verò die scilicet 9 Septembris a. 1685 inter Equites Ordinis *Periscelidis* allectus est.

GENEA-

GENEALOGIA FAMILIÆ DALLONICÆ.

Allonierum inclutam ac vetustam in Pictonibus gentem, quæ *crucem argenteam striatam in campo cæruleo* tesseræ loco defert, à RENATO Dallonii dynasta, à quo nostrum etiam schema orditur, *Lurquinus* in *Hist. famil. Harcurt.* deduxit; fuit ille pater filiorum trium, quorum natu maximus Dallonium obtinuit, idque ad posteros suos transmisit, illis verò deficientibus aliorsum via matrimoniali translatum, nuncque, ceu accepimus, in Cossæa familia hæret. A secundo Renati genito *Luda regulî* prodiere, *Domini de la Turpiniere* initio dicti, usque dum JOHANNI ab uxore *Maria Lavalla* Luda (*Lurdum* in vetustis charis nominati *Hadr. Valesius in Notis. Gall.* memorat) ad amnem Lidericum in confinio Cenomanorum & Andicavorum sita, doris loco afferretur. Vixit ille ea tempestate, qua Ludovicus XI. rerum in Gallia potiebatur, multumque apud eum gratia & autoritate valuit, utpote, referente *Cominæo* Lib. VIII. *educatus cum Rege à prima statim adolescentia, & artes, quibus ei placeret, optimè callens; cæterum homo sui privati commodi valdè studiosus, regî tamen multis in rebus non injucundus: ille enim* (utor iterum verbis citati autoris) *sic erat natura, ut sicut temerè ipse aliis fallebat; ita quoque leviter persuasus à multis sæpè ludificaretur.* Dedit autem Ludæus malæ fidei & quantopere utile honesto antehaberet documentum cum Rex post cædem Caroli Burgundiæ Ducis Belgium invasisset & Atrebatium quoque ad deditionem compulisset, certis legibus cum oppidanis pactis, quas parum religiosè fuisse servatas Ludæi præsertim culpa idem ille autor refert: plurimi enim cives & alii honesti homines in ipsius conspectu supplicio fuerunt affecti, facente postea Ludæo setum fuisse auctum XX. aureorum millibus.

JACOBUS *Dallonius Ludæus* Regibus Ludovico XII. & Francisco I. à consiliis & cubiculo, nulli virtute bellica secundus sæculi sui fuisse prædicatur. in Italia prima militiæ rudimenta posuit, atque in Ravennensi prælio, quo frater ipsius FRANCISCUS *Crossæus*, verus item Martis pullus, egregiæ morti occubuit, talem se præbuit, ut spectaculo exemploque omnibus esset, operæque suæ præmium, munus *Senescalli Andium*, cæde Harduini Dom. de Maillé vacuefactum, à Rege acciperet. Ab eo tempore plerisque magnis eventis ac periculis immixtus *Magni Ludæi* nomen promeruit, præcipuè postquam a. 1521 Fonterabiam, cui præfectus erat, adversus Hispanos acerrimè eam per integri anni spatium oppugnantes, defendisset; hic enim usque adeò virtus ipsius ac constantia enituit, ut non tantum omnes hostium conatus irritos redderet, sed etiam extremam necessitatem famemque Saguntinæ similem toleraret, quemadmodum *Laboureius in Addit. ad Castelu. è Brantomio* refert.

JOHANNES Dallonius *Ludæ Comes* Pictones, pagum Aunedonacensem & Aquitaniam egregia fama rexit, neque tamen gloriam filiorum attigit, quanquam & isti haud passibus æquis ad eam grassati sunt: GUIDONE, qui natu maximus inter illos erat, palmam reliquis præripiente.

FAMILIÆ DALL

COMITES AC D

RENATUS DOMINUS DE

Johannes Dominus de Daillon. — Jacobus de Daillon, Dn.

Petrus Dn. de Daillon. — Ægydius Dn.

Johannes Dn. de Daillon. — Jacobus Dn. de Chateauforchere. *Johanna Fresneau.* — 2. Johannes Dn. du LUDE † 1480. 2. *Renata de Fontaine.* — 1. *Maria de La*

Ludovicus Dn. de Daillon. — 2. Jacobus Dn. du Lude † 1532. *Magdalena d'Illiers, Johannis Bar. d'Illiers f. 1491.* — 1. Franciscus Dn. de la C pr. Ravenn. 1512.

Thomas Dn. de Daillon. — Johannes COMES du Lude, Baro d'Illiers † 21. Aug. 1557. *Anna de Batarnay, Francisci B. de Bouchage f.*

Joachimus Dn. de Daillon. — Guido Com. du Lude † 11. Jun. 1585. *Jacobina, Dom. de Pontgibaud, Ludovici Bar. de la Fayette f. 1579.* — Renatus *Episc. Bajoc.* † 31. Dec. 1578. — Franciscus Dn. de Saultr † *ux. Jacobina de Montigny.*

Filia tres, quarum natu maxima Dalloniam Jacobo de la Roche Dom. de Boullaje *attulit.* — Franciscus Com. du Lude, M. d'Illiers, B. de Pont baud † 1619. *Francisca de Schomberg, Caspari C. de N teuil fil.*

Timoleon Com. du Lude. *Maria Feydeau, N. Dom. du Bois-le Vicomte f.* — Rogerus Com. de Pon baud occ. in duello a. 16

Henricus de Daillon, Comes, postea DUX du Lude, M. d' Illiers & de Bouille, B. de Briançon, † 30. Aug. 1685. *1. Eleonora de Bouillé, Renati March. de Bouillé fil. unica 1665. † 22. Jan. 1681. 2. Margarita Aloisia de Bethune, Maximiliani III, Duc. de Sulli f. Armandi de Grammont, C. de Guiche vid. m. Febr. 16*

LONICÆ SCHEMA.

DUCES DU LUDE.

I DAILLON & de la Joumariere.

n.dela Turpiniere. | Philippus de Daillon, Dom. de la Jumeliere.

n.dela Turpiniere. 1. *Johanna de l' Eſpine.* 2. *Margarita de Montberon.*

Laval Vidi Dom. de Lauè fil. 1459. | *Franciſca, nup.* 1. Jacobo Vicecom. de Rohan, 2. Joachimo Gojon Domino de Matignon.

Crotte occ. in | 1. *Aloiſia, uxor ſecunda* Andreæ de Vivonne Dom. dela Chataigneraye. | 2. *Johanna, nup.* Jacobo de Miolans. | 2. *Renata, nup.* 1. Acano de la Moche-Ove, 2. Antonio de Lubbes.

Antonia, uxor tertia Vidi XVI. Com. de Laval. | *Anna, nup.* Ludovico Bar. d' Eſtuſſac.

né | Franciſcus Dn. de Briançon, occ. in obſid. Pictavii 16. Aug. 1569. | *Franciſca, nup.* Jacobo Dom. de Matignon. | *Anna, uxor* Philippi de Voluyre M. de Ruffec. | *Franciſca, nup.* Johanni de Chourſes Dom. de Malicorne. | *Aloiſia, ux.* Bartholomæi de Balſac, Dom. de S. Paul.

ntgi- Nan- | *Anna, nup.* Johanni de Bueil, Com. de Sancerre. | *Diana, ux.* Johannis de Levis, Com. de Charlus. | *Antonia, nup.* Philiberto de la Guiche, Dn. de Chaumont & de la Paliſſe. | *Helena, uxor* Gilberti de Chabannes C. de Saigne.

ntgi- 1626. | Erasmus Bar. de Briançon † impoſit. | *Margarita Hurault Henrici C. de Cheverny f.* | Caſpar *Epiſcop. Aliſtanſ.* † 24. Jul. 1676.

1, fl. Laxi- | *Franciſca, nup.* Ludovico de Bretagne Com. d' Avaugour & de Vertus 1642. † 1644. | *Maria Carola, nup.* Goſtoni Johanni Baptiſtæ Duci de Roquelaure 1653. † 15. Dec. 1657.

Is in contubernio Regis Henrici II. educatus, atque ab ineunte adolescentia militiam secutus an. 1557 in prælio Rentiaco, quo equitum levioris armaturæ vexillum gestavit, strenui bellatoris & impavidi spiritus famam retulit, eandemque Divioduro Mediomatricorum ab Imp. Carolo V. obsesso insigniter auxit. Inde expugnationis Caleti & Gisnæ pars magna fuit, eaque rebus humanis Henrico filiis ejus fidem operamque suam pari industria præstitit, à Carolo IX. ea propter inter Consiliarios suos & Ordinis regii Equites a. 1562 allectus. Recrudescentibus processu temporum Ineestinis ob religionem dissidiis & certis vice in bellum erumpentibus, cum id in Pictonibus potissimum circumferretur, eniruit maximè Ludæi Provinciæ præsidis virtus ac prudentia, ita ut servatæ metropolis decus ipse fratresque ejus videlicet RENATUS *Castellerii Abbas* (is postea ad Episcopatum Lucionensem, indeque ad Bajacensem provectus & à Rege Henrico III. torque Ordinis &, spiritus in prima creatione a. 1578 decoratus fuit) & FRANCISCUS *Santrem*, reportarent, quarto ex illis FRANCISCO nempe *Brionnem* dum ex levi eruptione se ad Carmelitarum propugnaculum reciperet, ictu tormenti in capite accepto, magna familiæ jactura & ingenti oppidanorum luctu, enecto. *Thuan. Lib.* XLIII.

FRANCISCUS *Dallonius Ludæi* Andium Senescallus, Regibus Henricis III. & IV. fortem ac fidelem operam navasse celebratur, eamque regnante Ludovico XIII. existimationem consecutus, ut modestiæ juventuti Gastonis Ducis Aurelianensis è multis deligeretur. Fuit in eo elegans ac parata ingenii festivitas, quam tamen nimia loquendi libertate corrupit: nihil fane dici potest argutius, quam id quod aliquando referente *Bussonio* in *Vita Vitecom. Turenii.* fœminæ cuidam auticæ obviam sibi in palatio regio factæ & velum reginæ allatum se ire dicitanti, ex tempore respondit, nempe: *navigio in auctoris flanti vela haud opus esse*; ad familiare reginæ cum Ancreo Marescallo commercium falsè alludens; Gallicum idioma dictionis æquivocationem venustius ac rotundius exprimit, ita verò se habet: *qu'il ne faloit point de voile à un navire, qui etoit à l'ancre.* Malè verò hanc dicacitatem Ludæo cessisse, utpote ab aula ea propter relegato idem autor commemorat. Id tamen posteà molestius et atque acerbius accidit, quod Ducalis dignitas à Comestabili Luynæo, de quo benè mericus erat, sæpe promissa sibi negaretur: spe enim ista penitus amissa, amisit præ dolore & vitam; hicque finis fuit *viri* (Gramondi verba è Lib. 3. Hist. subjungo) *cui omnium calculis debitus quem ambibat titulus, seu natalis splendor, seu merita, seu immensos sumptus, quos Regem cum aula sua Ludæo semel atque iterum transeuntem exceperat, laute & magnificè.*

TIMOLEON *Dallonius Ludæi* pari ac de parente ejus dictum est, ingenii ad facetias nati solertia præditus, vitam privatam auliæ præstulit, jucundius ac tutius esse ducens procul à Jove & procul à fulmine, licentius oris libertati indulgere, quàm se linguámque potentiorum lubidini gratificari, aut secus faciendo ad Bastiliam vel Graviam tanquam ad scopulos allidere. *Labor. Addit. ad Castelu.*

ROGERUM *Dallonium Pontgibaldum* haud inglorium militiæ *duello* nobilitarunt, quibus primò cum *Francisco Montmorancio Butervilla*, & postea cum *Henrico Talerano Chalesio* conflixit, infausto utrinque eventu. In priore enim, quod in mensem Aprilem a. 1624 incidit, & ad quod ab æde & Synaxi sacra, ab *Agapis*, prout primævi Christiani loqui amabant, avocatus provolavit, gravi vulnere affectus, vixque amicorum opportunè advenientium opera neci ereptus est; in posteriore „verò animam cum sanguine evomuit: nimirum spernebat *Pontgibaldus* (referente *Gramondo* Hist. „Lib. XVI) *Chalesium* ludicris & aulæ ambagibus se exercentem & parùm intentum honori, quem „arma faciunt usque ad injuriam, & pravo naturæ affectu nulla in apertum causa per convitia infe„stabatur in omni loco. Magnum in mortem honestam incitamentum est desperatio: ubi se aulæ „omnis fabulam audit Chalesius; desperatum honorem sine ulari certamine reparat in hunc mo„dum. Rheda vectus Pontibaldum casu fortuito obvium habet; movit bilem præsentia, „rheda erumpit, distringit ferrum, Pontibaldus densioribus ocreis præpeditus stat in vestigio & „venientem excipit; pugnam aspicit circumfusa plebs (qui mos Lutetiæ pessimus) donec Pontibal„dus ferro transfigeretur. Nihil hic de pugna cogitaverat, unde ansa fuit factoribus (quos habuit „multos) vulgandi inæquali certamine cæsum, oblongoque ense transfossum, cui brevior mucro „in cultri modum.

HENRICUS *Dallonius Ludæus* dignitates, meritis majorum suorum negatas; fortunæ ac hodierni Regis beneficio indeptus est: namque & *Officium Coronæ*, ceu vocant, *supremum* scilicet *præfecturam vestimentaria*, & *titulum Ducalem* obtinuit; illam enim a. 1669 à Duce Mazarino pretio acquisivit, postquam eodem tempore intervallo munus primi Nobilis Cubicularii regii Duci Gevræo tandidisset; *Ducis* verò ac *Paris Franciæ* axiomate a. 1675 auctus fuit, secum tamen iterum extincto: mortuus enim nulla è duplici matrimonio prole suscepta, familiæ suæ nomine

titulos decoraque omnia tumulo juncta cum exuviis
suis intulit.

GENEA-

GENEALOGIA FAM. CLAROMONTANÆ.

Claramontana familia, cognomento de Tonnerre ab aliis homonymis distincta, & apud Delphinates illustrissima vetustatis splendore & rerum gestarum fulgore nulli Gallicarum gentium concedit, majora tamen decora & virtutis præmia foris quam domi sortita. Qui enim ex illa Carolum Andinum, Regis Ludovici Sancti, fratrem in regnum Neapolitanum secuti, sedem ibi fixere, hos eorúmque posteros, *Principum*, *Ducum*, *Marchionum* titulis decoratos, opibus accelentelis, aliisque honestamentis, fide ac virtute vitæque impendio & sanguinis auctnramentm partis auctos fuisse, & quod omnia exsuperat *Reginas* genuisse, (namque Ladislans Siciliæ & Ungariæ Rex *Constantiam de Clermont Manfredi Palerni Dynastæ filiam*, Ferdinandus II. Rex Neap. *Isabellam Tristani de Clermont C. de Cupertino* gnatam in matrimonium duxere) Annales memorant. Evidentissimum verò priscæ Claromontanorum fortitudinis documentum est *tessera* qua hodiéque uti solent, ea enim ad similitudinem insignium Ecclesiæ Romanæ *claves duas argenteas in scuto rubeo decussatim positas* refert, & *apicis* loco *tiaram Papalem* ostentat cum lemmate: *Et si omnes* (scilicet te negaverint) *ego non*; Illa verò non tam concessionem sive præmium à Papa Calixto II. SIBALDO II. Domino *de Clermont*, ob summa ejus de se, Ecclesiáque merita datum, & eum priscis insignibus quæ Moutem sole superiore in scuti parte stante illustratum repræsentasse tradunt, commutatam, quàm in memoriam dignitatis Generalis sive Gonfalonierii Ecclesiæ Romanæ, quam SIBALDUS III. *de Clermont* in bello à Carolo Andino in tutelam S. Sedis adversus Manfredum Siciliæ Tyrannum gesto promeruerit, ascitam fuisse, *Laburerius in Addit. ad Castelu.* censet. Cæterùm origo familiæ intra x centurum sinum abdita ignoratur, ita ut vix nomina primorum ex hac gente Heroum, illorum inprimis, qui in utraque Sicilia rem & gloriam armis repererunt, temporis edacitati subducta sint, neque agnationis inter Claromontanos Delphinatenses & Neapolitanos alia probatio superfit, quàm insignium congruentia. Priorum deductionem à SIBALDO I. Claromontii Domino, qui circa a. 1100 vixerit, *Laburerius* orditus est, quem nec non *Guichenonium* genealogia tabulis sequentibus exhibita autores agnoscit.

AINARDUS II. splendore familiæ suæ, meritorúmque magnitudine tantam sibi apud Humbertum Delphinum paravit dignationem, ut is non solum ipsi hæredibusque suis quotquot dynastiam Claromontanam in Viennensi regione sitam, & à qua nomen gentis ortum est, possessuri sunt, officia *Consiliarii nati*, *Ducis exercituum Delphinatus*, *Præfectique supremi domus suæ* conferret, sed etiam Claromontium in Trevidensi tractu, quod diversum ab illo est, in *Vicecomitatum* a. 1340 erigeret; prætereáque investituram harum dignitatum singulari sollemnitate nobilitaret; dando illi annulum ac gladium tum scutum Delphinatensi digmate exornatum, & denique virgam; illis Vicecomitis axioma, isto Ducis militaris, hac verò præfecti domus suæ munera designabat, quemadmodum *Laburerius* refert.

FAMILIÆ CLARON

DOMINI DE CLERMONT, DE SURGE

SIBALDUS DOMINUS D
a. 1100.

Sibaldus II. Dn. de Cle

Wilhelmus Dn. de Clermont & de S. Joire 1130.

Sibaldus III Dn.de Clermont. *Beatrix Dom.de Virieu.*

Amadeus de Clermont Dn. de Hauteriv *Alisa.*

Ainardus Dn.de Clermont, S. Joire, Virlieu &c. *Alisa de Villars, Humberti II. Dom.de Thoiref. 1256.*

Franciscus de Clermo

Godofredus Dn de Clermont &c. *Beatrix de Sabaudia, Ludovici Dom.de Vaudf. 1328.*

Anna, nup. Humberto de Bocsoze III. Dom. de Maubec.

Ainardus II. Baro & Vicecomes de Clermont. *Agatha de Poitiers, Aimari Com. de Valentinois fil.*

Godofredus II. Baro & Vicecomes de Clermont. *Isabella Dom. de Montoisin, Wilhelmi fil. ac her.*

Ainardus de Cler *gero & de Dam*

AINARDUS III. B. & VICECOM. DE CLERMONT. Vid. Tab. seq.

Antonius de Clermont, Dn.de Montoisin.

Carolus de Clermon ron. *Aloisia de Sa*

Jacobus de Clermont Dn. de Vausserre 1494. *Johanna de Poitiers, Caroli II. Dom.de S. Valier f.*

Wilhelmus de Clermont Dn.de Poppet, † ...

Antonia de Clermont.

Margarita, nup. Jacobo de Bussy Dom.d' Eyra.

Claudius de Clermont Dn. de Vausserre. *Claudina de Montbel.*

Aimarus *Prior de Vossens.*

Carola, nup. N. Dn.de Montbreton.

2. Oderus de Clermont † ...

2. *Antonia D* stophoroc leville. 3. H de Maum

Antonia, nup. Marino de Montfalcon, B. de Flaxieu.

Philibertus de Clermont Dn.de Vausserre, de Lyonn res & de Vaulaisant, 1510. *Johanna, de Montfalcon- F. axi*

Sebastiana, nup. Francisco de Grolée, C. de Virville.

Claudina, uxor. Balthasaris mieux.

Dom. de Di

IONTANÆ TAB. I.

RES DAMPIERRE ET DE VAUSSERRE

E CLERMONT vixit circa

nont & de S. Joire 1130.

Godofredus de Clermont fundator Abbatiæ *Hautecombe.*

Wilhelmus de Clermont. *Decanus Viennens.* — Aimarus de Clermont. *Abbas de S. Chef.*

nt Dominus de S. Joire. — Bernardus de Clermont Dom. de la Baſtie.

Pontus de Clermont Dn. de Hauterive, †

Antonius de Clermont, Dn. de la Baſtie.

Franciſcus de Clermont, Dn. de la Baſtie.

ont Dn. de Hauterive & du Paſſage. *Johanna Dom. de Surierre.* — Antonius de Clermont Dn. de la Baſtie. — Jacobus de Clermont, Dn. de S. Pierre de Soucy. *Catharina de Seyſſel.*

Dn. de Vauſſerre & de S. Be- *ra Dom. de Poppet.* — Joachimus de Clermont, DN. DE SURGERES & de DAMPIERRE, *1. Iſabella de Surgeres, Jacobi Dom. de la Flocelliere f. 2. Johanna d' Auſſeurre.*

1. Triſtan de Clermont, Dn. de Surgeres † impro- lis. *Catharina d' Amboiſe.* — 1. Antonius de Clermont Dn. de Surgeres. *1. Johanna d' Amboiſe. 2. Catharina de Levis, Johannis Com. de Villars f.* — 2. Franciſcus de Clermont, B. de Dampierre. *1. Johanna de Montberon, Franciſci Vicecom. d' Aunay f. 2. Iſabelle la Chaudrier.*

Dn. de Surgeres nup. 1. Chri- A rien, 2. Antonio de Bel- nrico de Levis, 4 Johanni nt. — 2. *Aloiſia Dom. de Surgeres, nup.* 1. Johanni d' Aubin, Dom. de Malincorne. 2. Roderico de Fonſeque. — 1. Wilhelmus † ſi. *Johanna Hugte.* — 2. Jacobus B. de Dampierre. *N. de S. Seigne Wilhelmi Dn. de S. Seigne f.* — *Aloiſia, nup.* Johanni de S. Maure Dn. Jonzac. — *Catharina, ux.* Guidonis Dn. de Marueil.

Johanna, nup. Petro de Varax Dom. de Romans, — Claudius de Clermont B. de Dampierre. *Johanna de Vivonne, Andreæ Dom. de la Chaſtaigneraye f.*

Claudia Catharina, Dom. de Dampierre, nup. 1. Johanni Dom. d' Annebaut, 2. Alberto de Gondy D. de Retz, † 1603.

GENEALOGIA FAMILIÆ COLINIÆ.

Coliniorum illustrissima gens nulli in omni Gallia celebritate nominis, vetustate ac splendore originis, & feracitate magnorum ac quasi de cœlo delapsorum virorum concedit. Nimirum *adgenus* quantum attinet, derivari id *à prisc is Ducibus ac Comitibus Burgundiæ*, Johan. Buchetus peculiari Commentario docuit, & veteri charta in tabulario Prioratus *Gigny*, qui in Comitatu Burgundiæ situs est, reperta probavit; licet huic non secus atque aliis, quas firmandæ suæ de Regiæ stirpis origine sententiæ autor ille protulit, fidem derogatum est. Dux Espernonius in libello sub initium hujus operis citato de vera origine tertiæ Regum Galliæ familiæ. A *Manasse* verò *Duce ac Comite Burgundiæ Cabilonti & Augustoduni*, cujus ætas in confinia seculorum IX. & X. incidit, Coliniorum stemma *Buchetus* orditus est, & filios illi tribuit *Walonem* [illegible], *Gislebertum* Comitem Cabilonii & *Comitem Burgundiæ* (peruxorem *Ermengardin*, quæ Richardi Ducis Burgundiæ gnata erat, & ex illo mater facta est *Ledegardis* ac *Adelaidis*, quarum prior Ottoni Duci Burgundiæ, posterior Roberto Veromanduo Com. Tricassium in manus convenere) *Hervæum* Episcopum Augustoduni, & denique *Manassem* II. *Comitem Burgundiæ*. Hoc nati sunt *Hugo* Comes Burgundiæ & Divioni, genitor gnatæ unicæ *Gerbergis* Adalberto II. Duci Lombardiæ & Marchioni Jvreæ nuptæ, *Manasses* III. & *Rudolphus*. Hunc *Vergiæ* clarissimæ stirpis autorem constituunt; *Manasses* III. verò *Colinii* in Burgundia & *Revermontana* regiunculæ *toparcha* fuisse, & genuisse fertur *Manassem* IV. quo ortus *Manasses* V. *Sexti* parens fuit, genitoris ex *Adelaide*, Amadei Com. Maurienn æ filia HUMBERTI, à quo schematum initium duximus. *Insignia* gentis *scuto rubeo, aquilam argenteam, corona, rostro & falculis cæruleis deferente, constant.*

Colinium nomen duobus locis competit, quorum unus *in Burgundia*, alter *in Brixia* situs est. *Prior* nomen genti indidit, *Colonia* quondam dictus, & arce munitissima instructus, postea verò corrupto inter Gallos nomine *Coligny* appellatus, addito ad differentiam alterius cognomento *le vieil*. Hoc dominium cum *Margarita Colinia*, WILHELMI I. filia, in Mondueliam domum transtulisset, Johannes *de Montluel* ex illa natus, STEPHANO II. Colinio titulo donationis restituit. *Colinium* autem, quod *in Brixiensi* regiuncula est, & *Coligny le neuf* nominatur, postquam cum HUGONIS filia natu majore *Beatrice* ad Turriam gentem transisset, novos sæpius dominos nactum est, donec a. 1563 à Caspare Colinio Castellionæo familiæ pristinæ vindicatum iterum fuit.

FAMILIÆ COL

DOMINI DE COLIGN

HUMBERTUS I. DN. DE
mont. Ux. *Beatrix.*

Wilhelmus. Humbertus. Guericus Dn. de Coligny. V

Humbertus II. Dn. de Coligny & d' Andelot 1170. *Ida de V*
sive de Mascon.

Hugo Dn. de Coligny le Neuf † 1205. *Beatrix Delphina, Guigonis IV. C. de Viennois f. Hugonis III. D. Burgund. vid.*

Beatrix, nup. Petro Dom. de Montmoret.

Alisa, uxor Humberti II, Dn. de Thoiré.

Amadeus I. Dn. de Coligny † sine lib.

Wilhelmus.

Beatrix, nup. Alberto III. Dn. de la Tour du Pin.

Maria, uxor Rudolphi I. Com. de Geneve.

Amadeus II. Dn. de Coligny, d'Andelot & de Jasseron. *Alisa de Cusiau.*

Wilhelmus I. Dn. de Coligny. *Beatrix* . . .

Stephanus Dom. d' Andelot † 1318. *Isabella de Forcalquier-Sabran.*

Guido *Prior* & Dn. de Nantun.

Wilhelmina, nup. Wilhelmo Palatino Equiti Dom. de Montdidier.

Margarita Dom. de Coligny & de Cheureau, nup. Guidoni de Montluel.

Johannes I. Dn. d' Andelot. *Johanna Milonis Dom. de la Roche-de Varreau fil. ac hær.*

Beraldus Dom. de Cressia.

Johanna, nup. Humberto I, Dn. de S. Amour.

Stephanus II. Dn. d' Andelot. *Leonora Humberti V. Dom. de Thoire & de Villars f.*

Jacobus *Canon. Lugdun.* † 1372.

Johannes † 1328.

Margarita, nup. Dn. de Coiges

Johannes II. Dn. d'Andelot. *Maria de Vergy, Johannis II. Dom. de Champlite Senescalli Burgundiæ f. 1357.*

Hugoninus. *Lucia de Saix.* † ante a. 1305.

Johannes III. † ante patrem. *Ægydia de Beaujeu.*

Jacomardus Dn. de Coligny & d' Andelot † 1434. *Huguetta de la Baume, Humberti Dn. de Fromentes fil. & hær.*

Antonius *Canon. Lugdun.*

Wilhelmus II. Dn. de Coligny. Vid. 1 ab. seq. II.

Claudius Dn. de Crillard & de Loisia † cælebs 1443.

Stephanus Dn. de Cressia † s. p.

Johannes *Archidiac. Cabi lon.* † 27. Apr. 1460.

Beraldus, *nothus*, † post a. 1391, æt. 120. *Michaelis d' Urre.*

Johanna, notha.

Claudius de Coligny, Dn. de Broissia † improlis.

LINIÆ TAB. I.

NY & D. ANDELOT.

E COLIGNY & de Rever-

Vidus, *Prior Tnimont*. 1150. Dalmatius. Bernardus.

Vienne Wilhelmus. Gualterius Dn. de S. André Sur-Suran.

Humbertus III. Dn. d' Andelot. 1211. Ux. . . . . Evrardus *monachus.* Manasses. Hugo de Coligny Dn. de S. André sur-Suran † sin. lib. Wilhelmus *Canonicus Lugdunens.* 1213. N. *nupta* Guichardo IV. Dn. d' Anthon & de Peroges.

Gualterius Dn. d'Andelot, *mercy.* *Alisa de Com-* Manasses. Wilhelmus, *Abbas* † 1240. Hugo Dn. de Crelia & de Sevria.

Humbertus Dn. d' Andelot. † improlis 1274. *Agnes.* Hugo. Humbertus Dn. de Crelia & de Sevria 1266. Laurentius.

Margarita, nup. Johanni de la Baume Dn. de Fromentes 1304. *Amata, uxor* Beraldi de Joinville Dom. de Mornay. Wilhelmus Dn. de Sevria. Polis Dn. de Crelia.

Johannid' Arbon s 1320. *Isabella, Abbatissa Cabilonii.* *Johanna, monialis.* Amadeus Dominus de Sevria 1324.

Aloisia, nup. Amadeo de Montaigny. *Margarita, nup.* 1. Aimaro de Beauvoir Dom. de la Palu, 2. Johanni de Salin Dn. de Pouper.

Stephanus Dn. de Loysiat improlis. *Ægydia, nup.* 1. Johanni Dom. de S. Amour, 2. Girardo de Thurey Dn. de Noyers. *Wilhelmina Abbat. de Chateau-Chalon 1397.* *Catharina monialis.* *Margarita monialis.*

Antonia, nup. Philiberto d' Andrevet Dom. de Corsant. 1432. *Maria, uxor* Bonifacii de Chalant II. Dom. de Fenix 1434. *Catharina, nup.* Johanni de Chevanes. Johannes, dictus *Bastardus*, d'Andelot, cogn. de Beaupont. *Antonia Morel.*

Wilhelmus de Beauport. Stephanus de Beauport. *Wilhelmina de Sabreveys.* *Johanna, uxor* Johannis d' Espinasse Dom. de Folle.

Franciscus de Beaupont. *Maria nup.* Antonio Dom. du Planet. *Johanna, ux.* Claudii de Cyvria.

scriptum erat, Comitatum *Claromontanum* in *Ducatum* ac *Pariatum* erigente; cum verò parens *Antonius* decedere de illo recusaret, & filius postpaulò in oppugnatione Rupellæ vitam amisisset, diplomata illa effectu suo carucre. Ad hunc enim attinet quod apud *Thuanum* [*Lib. 56*] legitur in hanc sententiam: *Antonius* (scribendum erat Henricus) *Claromontius Talarivo non minus virtute quàm gente in Allobrogibus perillustri clarus, maximum muninnentum oppugnat, quod vi tandem cepit, in eoque tamdiu constitit, donec ex latentis turriculæ fenestella colubrinæ aliquot ictibus diplosis depelleretur, graviter inibi sauciatus, atque ex vulneribus postea decessit, relicto ingenti sui desiderio, quod eo die inter omnes summum virtutis suæ specimen dedisset.*

FRANCISCUS Comes *Claromontii* Aquitaniæ vicaria potestate præfuit, Regisque exercitum terra mariqueinRusciuenſi Comitatu nec non nobilitatem Delphinatensem in Italia magna fama rexit. A. 1662 inter Equites Ordinum Regiorum allectus, eandem ætate gravis in castro suo *Arcy le Franc*, quod in Burgundia situm elegantia & symmetria nulli in Gallia concedere ajunt, quóque maturè tanquam in quietis portum se receperat, supremum diem obiit, octogenario proximus. *Filiorum* ejus *natu maximus ac minimus* fata patris antevertere; ille enim cum *Basseam* Galli expugnatum irent, strenui viri officio functus occubuerat, hic *Melitensi* militiæ addictus paucis abhinc annis *Massiliæ* triremem regiam moderatus decesserat. Tertiogenitus FRANCISCUS studia literarum & religionis secutus ad *Episcopatum Noviodunensem*, Pariatus dignitate conspicuum provehi meruit; *secundus* stirpem propagavit patrique hanc diu superstes, *par filiorum* post se reliquit, quorum *natu major* in bello Belgico juvenis strenui neque ad pericula segnis famam sui peperit in pugna *Senefensi*, acque in obsidionibus *Fani Ghisleni* & *Valentianæ* honorificis vulneribus affectus.

AD TAB. III.

INter Claromontanos è *Montoisonis* linea ortos PHILIBERTUM fortitudo nobilitavit, & numero præstantissimorum belli ducum aggregavit: celebris est inter Gallos clamor militaris, *à la recousse Montoison*, quo Rex Carolus VIII. cùm in prælio ad *Forum Novum* a. 1495 commisso in hostium aciem nimium se intulisset gravique in discrimine versatus esset, *Philibertum* ad opem sibi ferendam advocasse fertur, quoque is officio illo impigrè ac feliciter defunctus, dicti gentilitii loco uti exinde consuevit. Refert *Laburerius* carpi à *Brantomio* negligeriam Historicorum, quod præclaras ejus actiones, quæ multæ fuerint, silentio præterierint, & narrari in ejus commentariis, quod expeditionum dicti Regis & Ludovici XII. magna pars, & insignis victoriæ, quam de Julii II. Papæ exercitu haud procul Ferraria a. 1510 Galli reportarunt, ingens momentum fuerit, paucos verò post dies febri continua oppressus è vita decesserit, à Duce Ferrariæ, cui tristè sui desiderium reliquerat, magnifico funere elatus.

FAMILIÆ CLARON

COMITES DE CLERMONT & DE TONNERRE, VICE

AINARDUS III. BARO & VICECOMES DE CLER
sieux fil. unica. *2. Aliſa de Seuſſel, Antonii Dom. d' A*

1. Georgius † ante a. 1426.

2. Antonius B. & Vicecom de Clermont. *Franciſca*
lard, Johannis Dmi de S. André en Royans f.

Ludovicus B. & Vicecom de Clermont.
Catharina de Montauban.

Claudia, nup. N. Dom. de Cereſte-Forcalquier.

Aloiſia, uxor Antonii Du
de Monrchenu.

Antonius II. B. & Vicec. de Clermont, † 1530. *Franciſca de Poitiers Johannis C. de S. Valier f. 1516.*

Aloiſia, nup. 1. Franciſco de Bellay C. de Tonnerre, 2. Antonio de Cruſſol. D. d' Uſez † 1596.

Catharina Abb. de S. Jean les Thouars,

Margarita Abbat. de Tarascon, & d' Arles

Franciſca, nup. Claudio de la Baume Dn. d' Authun.

Magdalen. Abbatiſſa Clermont.

Claudius de Clermont, † cœlebs.

Anna, ux. Renati de Beauvilliers C. de S. Aignan.

Philiberta, nup. 1 Joh. d'Anecezune, Dn. du Thor, 2. Franciſco Armando Vic. de Polignac.

N. Abbatiſſa ad S. Petrum Lugdun.

Claudius de Clermont, occ. In pr. Moncontur. 1569.

Henricus Com. de DUX & PAR Fl
berti D. Bullion. f. S

Carolus Henricus Comes de Clermont & de Tonnerre,
Catharina d' Eſcoubleau, Franciſci Dom. de Sourdis f.

Franciſcus Com. de Clermont & de Tonnerre † 24. Sept. 1679. *Maria Vignier, Jacobi B. de Riceys f. Urbani de Crequy, Dom. de Riſſe, vid. 1. Oct. 1679.*

Iſabella, nup. Jacobo de Beauveau M. de Riveau.

Magdalena Abbat. de S. Paul.

Maria & Catharina †† *in jure.*

Rogerus M. de Cruſy, †
Iſabella de Pernes, Ludovi

Carolus Henricus M. de Cruſy.

Catharina. Magdalena. Leonzardi. Maria Margarita. Scholaſtica Aloiſia.

monachæ

Ovidius Ludovicus, †

Alexander, *Eques Melit.* †

Franciſcus, *Epiſc. & Com. Nivernen. 1661.*

Jacobus C. de Clermont, † m. Majo 1682. *Caroli La Vieuville & Franciſci M. de Preſſini f. ac hær.*

Carolus Henricus C. de Clermont, occ. ante Buſcam 1647.

Franciſcus Joſephus C. de Clermont & Tonnerre.

dictus *Abbas de Tonnerre.*

Aloiſia dicta Domicella de Clermont Tonner virgo honoraria Delphinæ.

MONTANÆ TAB. II.

ECOMITES DE TALLARD, MARCHIONES DE CRUSY.

R.MONT, Godofredi II.F. *1.Aleisia, Godofredi Dom. de Brefaix f. 1421.*

a de Soffenages Vicecom. de Tal. — Claudius de Clermont DN. DE MONTOISON. Vid. Tab. seq. III.

n. Bernardinus de Clermont, Vicec. de Tallard, Dn. de S. André. *Anna de Husson. Caroli C. de Tonnerre f. 30. Apr. 1496.* — Antonius de Clermont, *Archiepisc. Viennens.* el. 21. Mart. 1498, † 6. Nov. 1507.

a, de. Antonius III. Comes de Clermont, Vicec. de Tallard. *Anna de Poitiers, Joh. C. de S. Valier f. 1516.* — *Gabriel Episc. Vapincens.* 1526. — Julianus Dn. de Thoury. *Claudia de Rohan.* — Theodorus Episc. *Senesens.* 1551, *Viceleg. Avenion.* 1553 — Johannes occ. in pr. Cerisol. 1544. — Laurentius Dom. de Marigny. — Claudius *a filia minor.*

e Clermont Vicec. de Tallard. R. † 1573. *Diana de la Mark, Relicta Jacobi Clivensis D. de Nevers vid.* — *Anna, nup.* Johanni d' Escars Dn. de la Vauguyon 1561. — *Diana, ux.* Flori Ludovici de Vesq Dn. de Mondor. — *Claudia, nup.* 1. Claudio d'Amoncourt, Dn. de Montigny sur Aube, 2. Johanni d' O, Dn. de Manou, 3. Gabrieli du Quesnel, Dom. de Coupigny. — *Francisca, ux.* Jacobi de Crussol D. d' Uzez.

. Vicecomes de Tallard, M. de Crusy, Eq. O.R., cr. 1635. † 1640.

† 1676. *Gabrielis ici C. de Pernes f.* — Carolus Henricus DUX DE LUXEMBOURG per uxorem *Carolam Margaritam Duc. de Luxemb. Leonis d' Albert vid.* ille obiit 8. Jul. 1674, *hac m. Nov. 1680.* — Henricus *Eq. Melit.* occ. ante Joinvillam. — Antonius B. de Chancmoine, *Abbas de S. Martin.*

Gabrielis monialis.

Mariæ, monialis.

Catharinæ Mariæ, nup. Petro de Mussy Dom. de la Tour du Pin, Præf. Parl. Gratianop.

Franciscus, *Eq. Melit.*

Antonius Benedictus *Doctor Sorbon. Episc. Forojul. 1674.* † m. Augusti 1678, æt. 32.

Sebastianus *Eques Melit.*

Henricus Rogerus M. de Clermont.

Magdalenæ Carolæ Bonæ Thereſiæ Ducissæ de Luxemburg nup. Francisco Henrico de Montmorancy C. de Bouteville 17. Mart. 1661.

CASPARIS *Colinii Castellionæi* II. magnitudo multorum voluminum instar exigit, sed operis modus paucis eum narrari jubet. Fuit vel fatente invidia *virtutis Heroica exemplar* supra antiquos duces, quos mirata est Græcia, quos Roma extulit, ne dum quos Gallia habuit; forma excellens, non ea, qua flos commendatur ætatis, sed ex dignitate constanti, & prorsus imperatoria, qualem Nepos Iphicrati tribuit; animo magnus, innocentia eximius, rectitudine mentis præcipuus, potentiæ quæ honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus; dux bello peritissimus, in pace optimus ac prudentissimus, pænè omnium vitiorum expers, nisi numeraretur inter maxima ab illis, quibus ludus est homines religionis ergo circumvenire jugulare, exurere, pro aris ac focis arma cepisse, & vim vi repulisse. Vix puer ingentis animi & propensæ in militiam indolis signa edidit, quorum multa *autor* novissimus sed *anonymus commentarii de vita ejus* recensuit, quæ non sine stupore quisquam legerit, sed hæc scripturæ forma enarranda non recipit. Post excessum parentis sui in avunculi Comestabilis Montmorancii familiam translatus, illic post jacta, Nicolai Beraldi ductu, prima literarum & disciplinarum fundamenta sub Wilhelmi Prunelæi auspiciis adolevit spretisque togæ sacræ honoribus, à dicto Comestabili sibi oblatis, à fratre autem natu majore ambabus, quod ajunt, ulnis arreptis, militiam sectari cœpit. Ejus prima rudimenta in Belgio posuit, castra Henrici Valesii Ducis Aurelianensis, postea Regis, secutus & Francisco Lotharingo Joinvilla (qui deinde Dux Guisius appellatus est) commilitone usus: cum eo enim intimam tunc colebat amicitiam è similitudine morum natam, sed posteà cùm immoderata ambitio se Lotharingorum animis infudisset, in Vatinianum odium degeneratam. Illo verò in bello ut fortitudinis multa specimina, ita & insigne continentiæ documentum dedit, illi, quod in Scipione tantopere vetustas deprædicavit, parallelum, imò hoc superius, quod virginem eximiæ formæ in potestatem suam delapsam *quam amare jam cœperat*, inviolatam amitæ reddidit. Per idem ævi spatium excitus fama præliis de summa rerum Gallos inter ac Hispanos apud Insubres iucundi, petita à Rege Francisco I. venia eò advolavit, qua in pugna, *Cerisolia* dicta, virtus ejus fratrisque Andeloti enituit, ita ut ambo à Francisco Borbonio Anghiano exercitus imperatore in ipso prælii loco *Equestri* honore tunc raro & glorioso unc effuso atque obsoleto condecorarentur. Post tennium anno nempè 1547 à Rege Henrico II. munere *Comitis generalis peditatus Gallici* auctus *Caspar*, eodemque propemodum tempore in *Regiorum equitum* collegium coopratus, ita spartam illam restituendo disciplinam militarem & cœrcendo vagantium militum lasciviam, præsertim execrationum & blasphemiarum licentiam, ornavit, ut admirationi omnibus esset. A. 1552 Claudio Annebaldo in *præfectura maris* surrogari meruit, decretæque ei provinciæ duæ *Campania* & *Insula Francia*, quibus paulò post etiam *Picardia* accessit. Lectus insuper inter Regiorum arcanorum arbitros autor & interpres extitit inducirum eum Cæsare a. 1556 pactarum. Isdem verò non ita multò post instinctu Guisiorum ruptis, cùm in Picardia bellum contra hostes movere jussus esset, *Fano Quintini*, quod jam jam ab istis obsessum iri prævidebat, sese inclusit, idque licet pessimè munitum strenuè defendit, usque dum cæso ad internecionem Gallico exercitu, vi ab Hispanis expugnatum fuisset ipso capto & Antverpiam deducto. Hic febri acutissima correptus, cum paulatim convalesceret, lectione sacri Codicis, aliorúmque librorum purioris religionis dogmata exponentium, à fratre Andeloto sibi submissorum tempus contrivit, tanto eum ardore, ut indeab illo tempore propenderet in sacra Protestantium, quæ deinceps stimulante conjuge Carola Lavalla, præstantissima ac piissima fœmina, penitus amplexus est. Postquam interveniente lytro L. millium aureorum liberatus redditus iterum lam rediisset, factionum in ea grassantium mox pertædere cœpit, proindeque Regis permissu præfectura peditatus jam antea infratrem translata provincias quoque Insulæ Franciæ ac Picardiæ abdicavit, domúmque suam profectus, studio religionis & exercitiis pietatis vacavit. Exempto vivis Rege Henrico II. ad comitia in mensem Augusti an. 1560 Fontibellaquei indicta venit, & postquam de conjuratione Amboisiana sese purgasset, novo Regi Francisco II. libellum supplicem porrexit, quò à Protestantibus cessario persecutionum, quas passi hactenus erant, nec non liberum religionis exercitium petebatur. Postquàm autem nihil his precibus profectum, & tandem regno ad Carolum IX. perlato ad bellum civile deventum esset, licet vehementer ab eo abhorreret Colinius, & Principem Condæum quoad poterat revocaret, spes tamen omnis ac salus Protestantium in ipso potissimùm sita erat: prudentia enim solertiaque sua, & fama, qua per orbem terrarum valebat, res illorum tribus atrocissimis iisdémque infaustis præliis attritas & pænè ad inicias redactas sustentavit, atque ita restauravit, ut stupori omnibus esset, cùm post quartam pugnam pari infelicitate apud *Montconturium* pugnatam, qua extremam plagam Protestantibus infligtam fuisse Regii putabant, non solum reliquias auxiliaris Germanici exercitus, duce suo (is Wolfgangus Palatinus fuerat) orbatas, atque è grege venalium hominum maximam partem constantes, in obsequio suo pecunia, quam illi sitiebant, destitutus continuisset, sed etiam in Aquitaniam & Bearniam usque, indeque per Septimaniam ac Delphinatum novis copiis passim ad se confluentibus auctas, ad Ligeris oras per tot infensissima loca deduxisset, & regni metropoli atque ipsi Regiæ aulæ terrorem incussisset, eidémque necessitatem imposuisset, deflectendi ad consilia pacis, plenæ quidem, ceu brevi apparuit, insidiarum, in quam tamen Colinius pro innato sibi tædio ac odio belli civilis, quod teste *Thuano* [*Lib.* 35] ad perniciem suam usque detestatus est, cum diceret, *sibi potius esse vel morte violenta atque adeò ignominiosa mori, quam rursus ad*

FAMILIÆ CO

DOMINI DE COLIGNY, DE

WILHELMUS II. DN. DE COLIGNY & d'Andelot, Jac
Dom. de Saligny, Comestabilis Siciliæ fil. 1437.

Johannes III. Dn. de Coligny, d' Andelot & de Chatillon sur Loing † 1480. *Leonora, Petri Dn. de Courcelles & de S. Liebaud f. 1464.*

Maria, nup. Antonio Dom. de Chareil.

Jacobus, dictus Lurdinus DN de SALIGNY. Vid. Tab. seq. III.

Jacobus II. Dn. de Coligny occ. in oppugn. Ravenn. 25. Maji 1512. 1. *Anna de Chabannes, Johannis C. de Dammartin f. 1495.* 2. *Blanca de Tournon, Jacobi f. 1505.*

Caspar de Coligny, Dom. de Chatillon Marescal. Fr. † 24 Aug. 1522. *Aloisia Wilhelmi Dom. de Montmorency fi Friderici de Mailly, Dom. de Conty vid. 1514. † 1541.*

Petrus † æt. 18.

Odetus de Coligny, n. 1. Febr. 1516, *Cardinalis de Chatillon* vulgò dictus, *Episc. Bellovac. Archiepisc. Tolos.* Par Fr. † 12. Febr. 1571.

Caspar II. Comes de occ. 24. Aug. 1572. *belle, C. d' Entremo*

1. Henricus † 1552.

1. Caspar † 1568.

1. Odetus † in infantia.

1. Franciscus C. de Coligny, n. 28. Apr. 1557. † 1591. *Margarita d' Estaing, Caroli Dn. de Saguenault f. 1581.*

1. *Aloisia, nup.* 1. Carolo Dom. de Teligny 1575. 2. Wilhelmo Nassovio, Pr. Arausi † 1620.

1. Carolus M. d' Andelot, n. 10. Dec. 1564. † 27. Jan. 1632. *Hadewigis a Chastenay Dn. de Dinteville.*

1. *Renata, innupta.*

Henricus C. de Coligny occ. Ostendæ 10. Sept. 1601.

Caspar III. C. de Coligny, Marescal. Fr. n. 26. Jul. 1584. † 4. Jan. 1646. *Anna de Polignac, Gabrielis Dom. de S. Germain f. 1615.*

Carolus Dn. de Beaupont, ...

Francisca nup. Renato de Tale sac Dom. de Loudriere 160 † 1637.

Mauritius de Coligny † m. Majo 1644.

Caspar IV. Comes de Coligny, designatus DUX de Chatillon sur Loing, n. 9. Jun. 16 † 9. Febr. 1649. *Angelica Isabella de Montmorency, Francisci Dom. de Bouteville*

Henricus Caspar de Coligny, posthumus, Dux de Cha † 25. Oct. 1657.

OLINIÆ TAB. II.

DE CHATILLON ET D' ANDELOT.

...o, Jacomardi F. † circa a. 1463. *Catharina de Saligny, Lurdini*

...uDN. ...qIII. | Renaldus, *monachus Benedictinus.* | Lurdinus † 1466. | Antonius, Dn. de BOHAN Vid. Tab. seq. III. | *Aloisia.*

...† 24 ...ng fi ...41. | *Aloisia, nup.* 1. Ludovico Dn. de la Ferté 1502, 2. Lancelot de du Lac, Dom. de Chemerolles 1524. | *Carola moniali.* | *Anna, nup.* Gilberto des Serpents Dn. de Chitain 1505. | *Pregencia, ux.* Petri Dn. d'Aigreville 1479. † 6. Jun. 1537. | *Maria, nup.* Georgio Dn. de Menthon.

...s de Coligny, Dn. de Chatillon Admiralis Fr. n. 16. Febr. 1517, ...1571. ...remont | *Carola, Vidè XVI, C. de Laval f. 1547. 2. Jacobina de Montmorency Claudii de Besternay Dom. d' Entoing vid. 1571.* | Franciscus de Coligny Dn. d' Andelot, n. 18. Apr. 1521. † 27. Maji 1596. *1. Claudia, Claudii Dom. de Rieux, f. 1547. 2. Anna Johannis VIII. Com. Salmæ f. 1564.*

...Renata, innupta.

2. Jacobina, puellana.

2. Beatrix, nup. Claudio Antonio Bon, B. de Meouillon & de Montauban 30. Nov. 1600.

1. Paulus, dictus Vidus XVIII. C. de LAVAL n. 13. Aug. 1555. † 15. Apr. 1586. *Anna, Christophori M. d' Allegre f. † Sept. 1583.*

1. Franciscus Dn. de Rieux, occ. in pugna ap. Santon. 2. April. 1586. *cum Johanna de la Moote, Dom. de Vaucler.*

1. Margarita, nup. Juliano de Tournemine, Dn. de Montmoreau.

2. Margarita, nup. Julian de Ivy occ. 1586. 7. April.

2. Franciscus Dn. de Salay occ. 1586. 7. April.

2. Benjamin Dom. de Tanlay † 1586.

2. Anna, nup. Jacobo de Chabot. M. de Mirebeau. 1594.

2. Susanna, nup. Wilhelmo III. de Poictiers B. d'Ourè.

...e Talen ...e 1602. | Franciscus M. d' Andelot, *Presbyter Oratorii.* † | Bernardus M. d' Andelot † 1629, improlis. *Gabriela de Pouilly.* | *Maria Margarita, nup.* Petro Ernesto C. Crichingensi 1621. † 1672. | Vidus XX. Com. de Laval occ. in Ungar. 30. Dec. 1605, æt. 22.

...n. 1622 ...ville f. | *Henrica, nup.* 1. Thomæ Hamiltonio C. de Hadington 1643, 2. Caspari de Champagne, C. de la Suse. *à quo separata a. 1653. obiit 10. Mart. 1673.* | *Anna, uxor* Georgii Ducis Wirtenbergiæ & Montispelicardi, ducta 1648, † 23. *Jan. 1689.*

...e Chatillon, n. 11. Jul. 1649.

HISTORIÆ PRÆSENTIS ÆVI ET CURIOSORUM GRATIA CONCINNATÆ AC EDITÆ.

NORIMBERGÆ,
Sumtibus Joh. Andreæ Endteri Filiorum,
ANNO ↀↃ Ↄc LXXXIIX.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

DN. CHRISTOPH. NICOLAI DE GREIFFENCRANZ,

SERENISSIMI DUCIS HOLSATO-GOTTORPIENSIS CONSILIARIO

ET

IN AULA CÆSAREA

ORATORI EXTRAORDINARIO

ELEGANTIUM STUDIORUM VINDICI

FAUTORI SUMMO

HANC

DE VIRIS SIMILI CUM IPSO SPARTA ILLUSTRATIS

COMMENTATIONEM HISTORICO-GENEALOGICAM

DEDICAT

Autor.

I

AVARDINI Marchionis nomen cùm in ore omnis populi, cunctisque Novellarum publicarum foliis in præsenti versetur, gratiam haud prorsus nullam à curiosis me initurum putavi, si quæ de genere ejus atque ortu lecta mihi apud Gallicos scriptores atque excerpta privatos in usus sunt, publici juris facerem, eadem quæ operâ Comitum de *Chiverny & d'Avaux*, quos eadem sparta, qua ille nunc claret, nobilitavit, genealogias ederem. Natus est *Lavardinus* magna & vetere prosapia *Bellomanteriorum*, qui *insignium* loco *plinthidibus XI. argenteis in scuto cæruleo* uti solent, quorumque non minor hoc & superiore seculo in Cenomanis gloria ac dignatio est, atque olim in Armorica fuit. Quis fator tantæ stirpis extiterit, equidem me fugit, id verò constat, ante quatuor propè secula in *tres* eam abiisse *ramos*, videlicet in *Bellomanerium* speciatim sic dictum, *Lavardinum* & *Bessium*. *Primum* ex his anno jamtum 1407. exaruisse, aut potius *ad colum*, ceu loquiamant Galli, *delapsum* esse è schemate patet, adiitque ejus successionem *Dinantia* familia, à qua illa brevi ad *Lavallos* transiit. *Bessia* linea, quam JOHANNES, *Roberti* F. condidit, Vicecomitatum *Besso* ex hæreditate materna sortitus, hoc demum seculo defecit in *Panagio (Toussaints) Bellomanerio Vicec. de Besso*, cui us gnata ac hæres *Helena* in *Cassæam* domum elocata est. Prognati ex hac linea *scuto quadripartito* usi sunt, cujus 1. & 4. areolæ *aureæ cantherios tres nigros* continebant, prisco rum nempè *Vicecomitum de Besso digma*, 2. & 3. *cæruleæ plinthides argenteas Bellomanteriorum*, sed V. tantùm, easque *decussatim locatas* exhibebant.

Lavardinus ramus, licet è solo nativo in alium transplantatus, quodam flore virtutis semper enituit, hodieque viget. Enim verò ROBERTUS, *Johannis* Bellomanerii Toparchæ filius natu minor, dignitate *Mareschalli Britanniæ*, genti suæ familiari, ornatus, cùm in celebri illa de Britanniæ Ducatu inter Johannem Montfortium & Carolum Blæsensem contentione, quæ in acre exarsit bellum, posteriorispartes secutus esset, in prælio apud locum *Roche-derien* a. 1347. in adversariorum potestatem incidit; quæ res WILHELMUM ejus filium impulisse *Laburerio (Addit. ad Castaln. Mem. T. II. p. 632.)* videtur, ut postquàm Montfortius superior evasisset & Ducatu potitus esset, avitis in Armorica sedibus relictis, in Cenomanos domicilium transferret; ubi gnatus ejus JOHANNES res fortunasque suas egregio auxit ac constabilivit matrimonio: uxorem enim accepit filiam unicam *Fulconis Dynastæ*

SCHEMA FAMILIÆ

DOMINI DE BEAUMANOIR,

JOHANNES DYNASTA DE BEAU

Johannes Dn. de Beaumanoir. *Margarita Alani VII. V*
cec. de Rohan f.

Robertus Dn. de Beaumanoir † impro- lis 16. Jul. 1402.

Johanna fratrũ sui heres, nup. Carolo de Dinan B. de Chateaubriand † 1390.

Margarita uxor Johan- nis Dn. du Perier.

Johannes de Beaumanoir Dn
B. de Lavardin & Johanna

Guido de Beaumanoir B. de LAVARDIN & d'Assé le
Dn. de Villebon f.

Johannes de Beaumanoir II. Baro de Lavardin. *Helena de Villeblanche,* *Petri Dn. de Broon f.*

Lanc C

Franciscus de Beaum. B. de Lavardin. *Johanna, Balduin*
Dom. de Tucé, B. de Milleſſe ſil. ac heres.

Carolus de Beaum. B. de Lavardin, occ. 24. Aug. 1572.
rina du Bellay, Martini Dn. de Langey f.

1. Johannes de Beaum. III. Marchio de Lavardin, Mareſcallus Fr. † Nov. 1614. *Catharina de Carmain, Ludovici*
C. de Negrepelliſſe f.

Henricus de Beaum. M. de Lavardin † Maj. 1633. *Margarita de la Baume, Roſtani C.*
de Suze fil.

Johannes de B. Dn. de Tu- ce † ſ. p. *Catharina de Lon-*
geval.

Carolus de B. *Epiſc.* *Cenoman.* † 21. Nov. 1637.

Catharina, nup. Re nato du Pleſſis M de Jarzé.

Henricus de B. II, M. de Lavardin † 1644. 3. Jul. 1. *Catharina Grognet de Vaſſé.* 2. *Margarita Renata, Caroli M. de Roſtaing*
f. 1644.

Philibertus Emanuel de B. *Epiſc. Cenoman.* † 27. Jul. 1671, æt. 74.

Magdalena, ux. Re nati de Froulay C de Teſſé † Dec. 1682.

Claudius de B. Vicec. de S. Jean, † 10. Maji 1676. N.
de Nucheze, Petri Dn. de
Baudiment f. & h.

2. Henricus Carolus de Beaumanoir M. de Lavardin.
1. Franciſca Carola d'Albert, Ludovici Caroli D. de Luy-
nes f. 3. Febr. 1667. 2. Aloiſia Anna, Annæi D. de Noailles
f. 12. Jun. 1680.

. . . . .
nup. Petro Thibaud Dn. de Tullon Sept. 1680.

1. Maria Carola Domicella de Lavar-
din. n. 1668.

1. . . . . *Domic. de Malicorne,* *n. 1670.*

2. . . . . *natus Jul. 1684.*

BELLOMANERIÆ.

MARCHIONES DE LAVARDIN.

ANOIR. *Maria de Dinan, Gudofredi fil.*

Robertus de Beaumanoir. *1. N. de Rochefort. 2. Stephania Vicecomitissa du Besso.*

1. Wilhelmus de Beaumanoir. 2. Johannes de Beaumanoir, à quo Vicecomites du Besso.

e Kalerguen. *Alisa Riboulle, Fulconis Dn. d'Asse le Riboulle, Monteian fil. & her.*

iboulle † 15. Jun. 1426. *Johanna d'Estouteville, Blanchetî*

gus de Beauman. *Abbas Spanienſis.* *Johanna, nup.* 1. Renato Dn. de Champagne, 2. Roberto l'advocat, Dn. del' Angevinaye.

Jacobus de Beaum. † 1501. *Maria uxor* Franciſci de Billy Dn. Courville.

Margarita de Chourses, Johannis Dn. de Malicorne ſ. 2. Catha-

. Magdalena, nup. Oliverio du Fechal Dn. de Poligny. *Marthaux.* Renati de Bouillé C. de Creance. *2. Elisabetha Dn. de Langey nup.* Ludovico de Cordoan Dn. de Mimbré.

Claudius de B. Vicec. de S. Jean. *Renata de la Chapelle Dn. de Varennes.* Claudius de B. Jun. Dn. de Launac, occ. 1612. m. Jul. Martin de B. B. de Milleſſe, occiſ. 1621. m. Jun. Emanuel de B. † juv. Joh. Baptiſta Ludovicus de B. C. d'Anthoigné. *Margarita de la Chevriere, Johannis Dn. de la Roche de Vaux fil.*

udovic9 de B. B. de la Trouſſiere. Joh. Baptiſta de B. *Epiſc. Redonenſis 1677.* Philibertus & Carolo *Equites Melit. † †.* *Magdalena, nup.* 1. Joh. Jacobo M. de Birague, 2. N. Dorry. *Margarita Abbat. de la Perine.* *Renata.* *Henrica monniales.* *Maria.* Carolus de B. C. d'Anthoigné, *Margarita.*

nata d' Aſſé le Riboulle B. de Lavardin, qui in civitate Cenomanorum a. 1412. fato functus GUIDONEM Bellomanerium nepotem ſuum hæredem ex aſſe ſcripſit. Pari felicitate FRANCISCUS, *Guidonis N. Balduini B. de Milleſſe & de Tucé*, aliorumque locorum domini filiam & hæredem unicam, è *Franciſca l'Eſperviet* natam, conjugem nactus eſt.

CAROLUS Bellomanerius Lavardinus, *Franciſci* F. Proteſtantium religionem & partes amplexus, Henrici Navarræ, poſteà & Galliæ, Regis pueritiam aliquandiu moderatus eſt, & Principi Condæo in bello civili ſecundo quatuor Equitum levioris armaturæ, & duas ſclopperariorum turmas, ex clientelis, quibus in Cenomanis pollebat, conſcriptas, adduxit; in feralem proſcriptorum indicem propterea relatus, & in *Sanbartholomæana laniena* vita exutus: in ea quippe, (reference *Thuano* Lib. LII.) *in manus Petri Lupi, Curiæ cognitoris, hominis minimè mali inciderat, qui cùm eum ſervare vellet, ab aulæ emiſſariis juſſus captivum interficere, qua erat ingenii parata & arguta feſtivitate, ſpatium petiit, dum ira ſua non dum excitata efferveſceret, quo dicto feritatem illorum ad tempus eluſit. Sed mox ſuperveniente ab arce nuntio, quaſi à Rege miſſo, hominem in manus ſtipatorum qui eum coram Rege ſiſterent, tradere coactus eſt. Ii verò Lavardinum in itinere primùm pugionum ictibus confoſſum è moletrinarum ponte in fluvium præcipitavêre.*

JOHANNES Bellomanerius Lavardinus, *Caroli* F. ad Romana ſacra reverſus, Regibus Carolo IX. & Henrico III. contra Proteſtantes militavit, cumque loca in Normannia à Comite Mongommerio intercepta recuperatum iret, apud oppidum *S. Lo*, ubi ille captus eſt, grave accepit vulnus. Repulſam verò deinde in præfectura cuſtodum corporis regii, quam ambierat, paſſus, ad Henrici Navarræ Regis partes ſe applicuit, eidemque in omnibus, quæ geſſit, bellis fidem, ſingularem animi præſentiam ac fortitudinem ſuam probavit, adeò ut in Joh. Aumontii locum *tribunatus equitum* dignitate, nec non *præfectura Cenomanorum* ab eo a. 1595. auctus fuerit. Comitatum *Nigropeliſſanum*, ab uxore ſibi allatum, commutavit, & Duci Bullionæo tradidit, accepta viciſſim ab eo ditione *Bellofortia in Vallea*, *Labur*.

CLAUDIUS & MARTINUS Bellomanerii fratres, quorum ille titulo *Dom. de Launac*, hic *Baronû de Milleſſe* diſtinctus fuit, Regi Ludovico XIII. vitam in civilibus impenderunt bellis: prior enim ante *Fanum Engeriacum* in oppugnatione turris, cui *Caniota* nomen, dum ſtrenuè pugnaret, multiplici vulnere in æſtu prælii cecidit; alter autem in obſidione *Faiâ Antonini in Senonibus* Pedemontanæ cohorti præfectus, fortiter in primo cornu dimicans, lethali glande transfixus eſt; *Gram. Hiſt. Gall. Lib. VIII. & XI.*

HENRICUS II. Bellom. Lavardinus ſanguinem vitamque haud ſegnius patriis ſuis, de quibus modò dictum eſt, pro R. Ludovico XIV. profudit, in oppugnatione *Gravelingæ* noctu inter 28. & 29. Junii a. 1649. graviter ſauciatus, ita ut quinto abhinc die expiraret, relicto filio unico è ſecundo toro ſuſcepto, HENRICO CAROLO. Is excultus à prima juventa nobilioribus diſciplinis animo, bellicæ etiam laudis cupidine ad exemplum majorum ſuorum tactus, atque a. 1663. ad bellum Ungaricum profectus eſt, unde impavidi ſpiritus neque ad pericula ſegnis famam in SanGottardino prælio partam reportavit. Domi poſteà atque in aula ea prudentiæ & dexteritatis documenta Regi dedit, ut is poſt mortem Ducis Eſtræi, quo Oratore apud Rom. Pontificem diu uſus erat, ancipitem hanc legationem illi demandaret, quam Lavardinus haud minore fama ſuſcepit, quàm hactenus utcunque ſuſtinere, invito Summo Pontifice, anniſus eſt.

II.

CEVERNII COMES, qui legatione inclaruit extraordinaria, ceu vocant, quam nomine Regis Christianissimi superioribus annis in aula Cæsarea peregit, nunc que in Dania obiit, genus ducit à *Claromontiis*, qui ab insigni in Andibus vico nomen traxere, atque ab aliis ejusdem appellationis cognomento *de Gallerande* dignosci, pro *tessera* verò gentilitia *cantheriis tribus aureis in solo cæruleo* uti solent. Sator eorum JOHANNES fuisse memoratur, qui circa umbilicum seculi XIV, vixit, &, ceu pater ex schemate, abavus fuit LUDOVICI, à quo *Joh. Laburerius* in *Addit. ad Mem. Casteln. T. p. 528.* stemmatis hujus seriem exorsus est, quemque ob nobilitatem generis, & meritorum præstantiam à Renato Andium Duce & Rege Neapol. insignibus *Ordinis Equestris* ab ipso a. 1448. conditi, & *Lunæ* symbolo distincti, inter primos ornatum fuisse refert.

Maxima fortunarum accessio familiæ, de qua agimus, ab affinitate cum illustri *Amboisiorum* gente contracta obvenit: namque LUDOVICUS & RENATUS fratres, *Renati* filii, uxores ex ea benè dotatas acceperunt, & *posterior* quidem *Jacobi Amboisii Dom. de Bussy & de Reynel*, in prælio ad Marignanum a. 1515. cæsi, & mascula prole destituti, gnatam natu majorem, eandemq; hæredem præcipuam cum ditione *Renelliana*, unde posteris ejus titulus natus est; *Ludovicus* autem sororem dicti Jacobi Amboisii *Renatam*. Huic frater sorte nascendi tertius *Georgius Cardinalis Amboisius*, idemque *Archiepiscopus Rotomagensis*, d. 25. Aug. 1550. fatis functus, dominia *Vigny* & *Saxefontaine* legavit, postquam quadriennio abhinc in filium ejus secundogenitum JACOBUM *Claromontium* Baronatus *Bussy*, *la Chappe*, *Cupelly*, *Contisor* aliasque ditiones in Campania sitas per donationem d. 27. April. 1546. factam transtulisset, eidemque fratrem natu minorem JOHANNEM substituisset, ea lege, ut ipsi & posteri eorum masculi nomine ac *digmate Amboisiano*, quod *sex palis auro & minio alternatim tinctis* constat, uterentur. Origo verò Amboisianæ domus oppidò antiqua est, & referturad *Petrum Berriæ Dominum*, qui circa initium seculi XII. claruit: eo natus *Renaldus* Margaritam è prisca Amboisiorum familia oriundam in conjugio habuit, eamque sororem Sulpicii III. Dynastæ Amboisiæ ad Ligerim & Caldomontii, cujus filia *Margarita* domus suæ hæreditatem ad *Johannem Berriæ Dominum* amitinum suum, Renaldi nempè & Margaritæ gnatum, transmisit, qui eapropter gentilitio nomine missò *Amboisianum* adscivit, familiamque, de qua dictum est, protexit, in varios diffusam ramos, qui pedetentim exaruere, donec omnis tandem stirps cum *Francisco Jacobo Amboisio Comite d' Aubijoux*, munere Regii Vicarii in Septimania functo, atque a. 1656. absque sobole vivis exempto, emarcuit.

SCHEMA FAMILIÆ CLAROMO

MARCHIONES DE GALLERANDE, RESNEL, & COM. DE CH

JOHANNES DN. CLERMONT, Eques tix

Johannes II. Dn. de Clermont, Equ

Ludovicus Dn. de Clerm

Euſtachius Dn. de Clermont † 14

Ludovicus Dn. de Clermont Eques 1448. *Maria Males dic*

Renatus Dn. de Clermont & de Gallerande, Vice Admiralis Fr. *1. Petronella, Michaelis Dn. de Toulongeon Claudii Dn. de Traves fil. & har.*

3. Ludovicus Dn. de Clerm. & Gallerande, *Renata d' Amboiſe Dom. de Buſſy & de Saxefontaine, Johannis Dn. de Buſſy f.*

Avoina, ux. Jacobi de Pellevé Dom. de Cullyet d' Aubigny.

Johanna, Abbat. ad S. Trinit. Pictav.

Renatus de Clerm. Dn. de S. GEORGES. *1. Philiberta de Goux, Joh. B. de Rupt f. Joh. de Ray Dn. de Pleurs vid. 2. Franciſca d' Amboiſe M. de Reſnel. Jacobi Dn. de Buſſy f.*

2. Renata † injuv.

Johanna, nupt. Carolo de Coué Dn. de Fontenailles.

Georgius Dn. de Clermont March. de Gallerande *1. Petronella de Blancheſort, Franciſci Dn. de S. Janvrin f. 2. Anna d' Allegre, Antonii du Prat B. de Nantouillet vid. 3. Anna de Savoye Antonii de Clermont, M. de Reſnel vidua.*

Ludovicus de Clermont Dn. de la Selletimptolis.

Jacobus de Clermont dictus de Amboiſe, Dn. de BUSSY & de Saxefontaine. *Catharina de Beauvau, Renati B. de Moigneville f.*

Johannes *Abbas de Ceriſay.*

Johanna Abbat. ad S. Crucin Pictav. †. 1587.

1. Thomas Dom. de S. Georges, B. de Rupt, Supr. de Delain. *Johanna de Periers Jacobi Dn. du Bouchet f.*

2. Ma
Ann
hu
ron
de L
nus.

Georgius II. Dn. de Clermont M. de Galler. *Maria Clutin de Villeparisis.*

Aloiſia, ux. Joſephi d' Oineau Dn. de S. Souline.

Ludovicus de Cler. Amb. Dn. de Buſſy occ. 18. Sept. *1579.*

Georgius de Cl. Amb. Dn. de Buſſy. *Lucretia de Caſtelſannazard, Johannis Dn. de Morley fil.*

Hubertus al. Jacobus de Clermont Amb. Dom. de Moigneville occ. in obſid. Iſſoriaci menſ. Jun. *1577.*

Renata, ux. Johan-C nis Monlucii Dn. de Balagny Pr. Camerac. Mareſc. Fr. † *9. Octobr.* 1595.

Henricus Dn. de Clerm. M. de Gallerande. *1. Aloiſia de Polignac Gabrielis Dn. de S. Germain f. Henrici Pouſſart B. du Gean vid. 2. Carola Hatte Petri Dn. de S. Marc f.*

Maria, uxor Joh. Antonii de S. Simon B. de Courtaumer.

Judith, uxor Centurionis de Pardieu Dn. de Bouteville en Eaux.

Carola, nup. 1. Joh. Chabot Dn. de S. Aulaye. 2. Georgio d' Argenſon Dn. d' Avennes au Maine.

Eliſabetha, ux. Gideonis de Bozelaer & d' Aſperen B. de Languetacq.

Carolus de Cl. Amb. Dn. de Buſſy &c. † 1615. *Johanna de Monluc, Johannis Dn. de Balagny f.*

1. Henricus Dn. de Cl. M. de Galler. n. 6. Jun. 1621.

Georgius de Cl. C. de S. Aignan au Maine, n. 24. Aug. 1622. *N. Gaudon, N. Dn. de la Ralliere fil.*

Ludovicus de Clerm. n. 1626.

Henricus de Clerm. Amb. Dn. de Buſſy, occ. 12. Maji 1627. cœlebs.

Ludovicus de Cl. C. de CHI VERNY n. 1645. . . . . *de Joanne, Jacobi Franciſci Dn. de Saumery f. m. Jun. 1680.*

IONTANÆ DE GALLERANDE.

& MONTGLAT, DNN. DE S. GEORGES & BUSSY, CHIVERNY.

s vixit circa a. 1344. Ux. N. *de Clees, Godofredi fil.*

Eques, 1359. *N. de Mannonay.*

ermont. N. *de Bruron.*

1416. *Johanna de l' Islebourbon.*

lla de Graville, Johannis Dn. de Graville, Montagu &c. fil.

Dn. d' Eſtouteville f. 2. *Johanna* Euſtachius de Clermont B. de Ceſy, † impro. *Maria de Vierville, Franciſci Martel vid.*

t. *Matthæa Canon. Remiremont.* | *Catharina, mon. Belliloci.* | *Renata, monial. Muſſipont.* | Franciſcus de Clerm. Dn. de TRAVES. *Helena Gouffier, Arturi C. d' Eſtampes fil. Ludovici Vindocini Viced. Carnut. vid.* | Claudius de Clerm. dict 9 de Toulongeon. *Petronella de la Chambre.* | Chriſtophorus de Cler. *Abbas de la Corneille.*

Anna, nupta Antonio de Bouffremont Dn. de Liſtenois. | *Adriana Abbat. ad S. Menulphi.* | Antonius de Clerm. d' Amboiſe M. de RESNEL. occ. 24 Aug. 1572. *1. Johanna de Lonquejoue Dn. d' Iſverny.* 2. *Anna de Savoye-Tende, Jacobi de Saluces Dn. de Cardé vid.* | *Franciſca moniali.* | Antonius jun. *Carola de Miremont, Wilhelmi Dom. de Gueux f.* | *Helena Dn. de Traves nup.* Antonio Domino de Grammont. | *Carola, nup.* 1. Jacobo de Vieſie Dn. de Commarin, 2 Amadeo de Grammont Dn. de Mucidá. 3 Claudio de la Croix Vic. de Semoine.

Catharina, nup. Olivario Dn. de Chaſtellux. | Harduinus de Cl. Dn. de S. Georges &c. † 6. Jul. 1633. *Johanna de Harlay Roberti B. de Montglat. f.* † 22. *Febr. 1643.* | *Ambroſia, ux.* Almarici de S. Offange Dn. de la Houſſaye | 1. Ludovicus de Cler. Amb. M. de Reſnel occ. 3 Novem. 1615. *Anna l' Allement Johannis Dn. de Marmaignes f.* | 2. *Martha, ux.* Balthaſari Flotte de Montauban C. de la Roche. | Jacobus de Cler. Amboiſe. | *Franciſca nup.* Alexandro Dom. de Beaujeu.

Helena, nup. † Henrico de Quinquempoix C. de Vignorry. | Franciſcus de Paula de Clerm. M. de MONTGLAT. † 7. April. 1676. *Eliſabeth Huraut Henrici C. de Chiverny fil. & har. m. Feb. 1645.* | Victor de Clerm. Dn. de S. Georges Supr. de Delain, cœlebs. | Ludovicus de Clerm. Amboiſe M. de Reſnel. *Diana de Pontallier Johan. Ludovici B. de Tallemey fil. 1621.* | *Johanna, nup.* Michaeli de Fayolles de Mellet B. de Neufvy.

l- *Anna Maria ob. in juv.* | *Anna Victoria, nup.* N. de Thomaſſin. C. de S. Paul. 2. Sept. 1681. | *Cæcilia Clara Eugenia.* | Bernardus de Cleriadus. Cl. Amb. | Ludovicus. | Franciſcus. | *Magdalena.*

ANTONIOS *Claromontios* fratres germanos, *Renati* filios, Antonius Crojus Princeps Porcea-nus, primæ inter duces Protestantium dignationis, quo fratre uterino utebantur, (namque illorum mater *Francisca Amboſia* nuptiis ſecundis Carolo Crojo Porceano in manum convenit) ad eas dem partes traduxiſſe legitur; & *natu* quidem *minor* ex eis monasticam jam amplexus erat, qua relicta cucullam cum caſſide commutavit, militaribus tamen facetiis nomine *Monachi Buſſiani*, dum vive-ret, appellatus. Major natu *Renellii Marchio* cùm aliis occaſionibus, tum præcipuè in prælio Sandio-nyſiano inter primos Proteſtantium ſtrenuè pugnavit, vitámque deinceps in laniena Pariſienſi amiſ-ſit, à ſobrino ſuo *Ludovico Buſſio* trucidatus, quod *Thuanus Hiſt. Lib. LII.* hunc in modum enar-rat: *Antonius Claromontius M. Renellii, cui de hoc Marchionatu lis cum Ludovico Clarom. Buſſio gentili ſuo erat, in Henrici Navarræ Regis comitatu Lutetiam venerat, quaſi finem liti moleſtæ tandem impoſiturus. Verum alio longè ac putaverat exitu res peracta eſt. Nam in tumultu Pariſienſi cum per ædes ſuis proximas fugeret, tandem in ſobrini, illum veſtigantis, manus incidit, qui cum nulla re magis quàm obſtinem inimicum crudeliter obtruncavit.* Filius Antonii LUDOVICUS *M. Renellii* Regi Ludovico XIII. vitam impen-dit, cùm vergente ad finem anno ſeculi hujus quinto & decimo conjunctionem ſexcentorum equi-tum cum copiis Principis Condæi, qui ea tempeſtate cum regiis diſſidebat, impeditum iret. In nu-mero nepotum aut pronepotum ejus an ille *Renellii Marchio* fuerit, qui noſtræ ætate ante *Came-racum* a. 1677. d. 10. Maji mortem oppetiit, globo è majore tormento emiſſo in pectore ictus, poſt-quam conſpecta procul flamma commilitoni dixiſſet: *Voilà qui eſt pour nous*, divinatione aſſequi non licet.

LUDOVICO *Claromontio Amboſio Buſſio*, qui paulò ante ſobrinum interfeciſſe dictus eſt, animus gladiatorius cognomen *le brave Buſſy* peperit. Æſtuabat enim & pruriebat totus libidine ri-xandi & digladiandi, jurgiaque de lana caprina movendi, atque in aula etiam nullo non contumeliæ genere in proceres & gynæcéum aulicum fiducia pugnacitatis uti ſolebat, ita ut inviſum ſe pariter ac terribilem cunctis redderet. *Franciſco Duci Andino*, R. Henrici III. fratri, addictus, prætereaque *Margaritæ Valeſiæ*, eorum ſorori, quam eximio colebat affectu, pergratus ac egregiè charus, id quod ipſa in commentario de vita ſua haud diſſimulare quivit, apud dictum Regem in invidiam odiumque in-cidit, adeò ut is conjunctionem illam & amoris conſpirationem palàm ſuſpectaret, & conſilia de Buſ-ſio è medio tollendo agitaret, ſubornatis nocte quadam XII. ſtrenuis equitibus, qui è Luparadomum revertentem vita privarent, è quorum manibus ille mira felicitate in columis ſe expedivit, quemad-modum *Laboreriusloco ſupra citato* ſingillatim refert. Abaula acurbe propereà digreſſus, ad comita-tum Andini ſe recepit, dumq; Andegavi arcem toto illo tractu munitiſſimam & urbi populoſæ impo-ſitam teneret, oppidanis & toti provinciæ gravis ob crebras exactiones, quas privatæ utoritate non-conſulto plerumque Andino ipſe faciebat, ſummum omnium odium in ſe concitavit. Tandem verò, *cùm Margaritam de Maridor, Caroli Cambii Monſorelli Comitis* uxorem, deamare & colere haud „ſpretus cœpiſſet, nec, qui Pyrgopolinicum mos eſt, tacitus paſci poſſet, ſed proſumma quæ ei cum he-„ro ſuo juvene erat, familiaritate per literas ei ſignificaſſet, *ſe feram magni venatoris* (ita appellabat „uxorem Monſorelli, quem ea dignitate Andinus paulò ante Buſſii commendatione ornaverat) *in-„dagine cinxiſſe & in plagas conjeciſſe*, ille easdem per jocum fratri Regi Henrico oſtendit, quas hic re-„tinuit, occaſionemque inde arripuit, veteres à Buſſio acceptas injurias ulciſcendi. Itaque Monſo-„rellum, qui tum forte in aula erat, clam ſevocat, & literas Buſſii ei oſtendit addit que, ſe decoris fami-„liæ & eius dignitatis perquàm ſtudioſum noluiſſe rem adeò injurioſam eum celare; cæterùm ſcire „ipſum debere, quid conſilii in tali occaſione ſe capere deceat & oporteat. Nec plura locutus ho-„minem dimittit, qui non ſolùm in juriæ tantæ morſu perculſus, ſed monitis Regis incitatus protinus „domum revolat, ſummo ſilentio, ut Buſſium lateret, aſtuque per uxorem ad Buſſium literas dari „curat, quibus ei horam ad ſecretum Conſtantiæ condicebat. Ea erat arx voluptaria & venationi-„bus opportuna, ad quam cùm Buſſius cum Colladone conſcio ſub veſperam XIV. Kal. Sept. veniſſet, „ab ipſo Monſorello, & aliis loricatis oppreſſus, tamen, quâ erat animi præſentia, quamvis unus con-„tra plures, arrepto ſcabello ſumma vi depugnavit, tandem numero victus, ſpiritu inter certandum deficiente, cùm ſe in foſſam per feneſtram præcipitare vellet, in cancellos ferreos illatus, veſteque in eorum cuſpidem implicita penſilis, à tergo ſeloppetis confectus eſt. Cædem ejus à fratre proximis-„que virilis ſexus negleCtam ſoror RENATA, generoſa fœmina, & ſupra ſexum ambitioſa in ultam „manere impatientiſſimè tulit, eáque propter *Johanni Monlucio Balagnio*, Johannis Monlucii, Valen-„tiæ Epiſcopi, filio naturali, ſe ultorem fore promittenti, nupſit. Hicpoſteà Cameraci cum ſummo „imperio præfectus cùm ab Hiſpanis obſideretur, illa virilis animi fœmina toto obſidionis tempore „nullum non militis officium implevit, in opere cum gynæcéo, in pomœrio ac ruina cum militeaſſi-„dua, tormenta propriis manibus dirigens & ignem plectumque admovens, cuſtodias noctu & inter-„diu in equo circumiens. Cumque cives tumultuantes, urbem à viro hoſti traditam, arcem mox „tradendam cerneret, ambitione amens, exprobrata viro ignavia, quod fortunæ tantæ ſupereſſe „ſuſtineret, inter ſuſpiria ac ſingultus, antequàm arce exiret, quod unquam fore negaverat, VII. „Idus Octobris è vita demigravit, in Principatu mori, quàm privatam vivere optabilius putans. *Thuan. Lib. 68. & 113.*

HENRICUS *Claromontius Amboſius Buſſius*, Caroli filius unicus, cùm in propatrui *Ludovici*

mores

reoresabiret,& pugnacitatis famam aucuparetur,sibi domuique suæ interitum præpropero accersivit facto: erat illi cum *Francisco Rosmadecio Capellæ Comite* privatum dissidium, cui ferro transigendo, excegerat á Guidone Harcurtio Bevrono, cui cum Francisco Montmorancio Butevilleo vetus interedebat simultas eodem modo componenda, ut quandocunq; cum Butevilleo armis esset congressurus, se in partem pugnæ admitteret, nihil dubitans, quin Butevilleus Capellæ Comitem sobrinum suum (mater enim hujus *Francisca Montmorancia* è Butevillei patruo *Francisco Hallota* nata erat, id quod emendando paroramati, in *Tab. 20, Classis secundæ Operis nostri de Excellentibus Galliæ familiis* obrio, ubi dicta *Margarita* Sebastiano Rosmadecio nupta eiusque soror *Jordana Magdalena* ad *Franciscum Hallotam*, nec ad Ludovicum Butevilleum referendæ essent, dixerim) it a adsciturus. Cum denique duello dies locusque dictus esset, neque *Bussius*, à Bevrono ejus certior factus, licet morbo ægre decumbens se retineri passus esset, quo minus & animo suo & promisso Bevrono facto morem gereret, ventum est ad manus in ipsa Galliæ metropoli & platea, quam *regiam* vocant, dumque Bevronus & Butevilleus æquo Marte pugnarent, *Bussius* cum Capellio congressus in prima statim coitione mortalem plagam in vena cava accepit, ex qua concidit, & carpento suo impositus, atque ad ædes Comitis *de Maugiron* devectus, ibidem expiravit, ne verbulum quidem post vulnus acceptum proferre valens: hæreditatem ejus maximam partem mater *Johanna Monlucia* crevit, atque in secundi mariti, qui *Henricus Meximius* erat, familiam transtulit.

SanGeorgiana linea connubiorum felicitate non minus ac Bussia floruit, eorumque ope ditionibus insigniter aucta est: namque RENATO ejus autori, cui a secunda uxore *Renellium* Marchionatum obvenisse dictum est, prior conjux Baronatum *Rupt*, nec non dynastiam *Delain*, in Comitatu Burgundiæ sitam, & *jure Suprematus* conspicuam, attulit; filio ex eo genito HARDUINO *Harlæana* affinitas *Montglatensem* ditionem peperit, à qua gnatus ejus ordine nascendi prior titulum sibi sumsit. Is FRANCISCUS DE PAULA dictus, & vestiario regio quondam præfectus, hæredem familiæ *Huraltiæ* uxorem accepit, à qua cum aliis bonis Comitatus *Cevernensis* ad filium ejus LUDOVICUM devolutus est, quo titulo is nunc utitur, inter *Illustres pedisequos Sereniss. Delphini* à Rege initio cooptatus, ac deinde *Orator ad Imperatorem Leopoldum Augustum* missus, postquam cum virgine *Someria*, cujus parens præfecturaarcis Camburiæ, aquarumque & Sylvarum Franciæ, fungitur, celebrasset; illa verò legatione ex heri sententia perfunctus, eandem apud *Daniæ Regem* provinciam suscipere jussus. *Huraltiam* de cætero familiam, à qua maternum genus, ceu dixi, trahit, cujus quæ hæreditatem maxima ex parte crevit, *Philippus Huraltius Cevenius, Rudolphi & Mariæ de Beaume filius*, illustravit. Is ingenio, prudentia, admirabilique in negociis explicandis solertia ac diligentia prædictus per XXX amplius annos flagrantissima trium Regum Caroli IX, Henrici III, & Henrici IV, gratia floruit, ab iisdem ad amplissimos honores & opes evectus, tandemque suprema Cancellarii dignitate decoratus. Decessit III. Kal. Sextil. a. 1599. in arce sua *Civernia*, in qua natus fuit, quo ab aula diverterat, ut, (quæ ipsiusmet verba fuisse, *Thuanus* memoriæ prodidit,) *ingenui leporis instar in cubili suo moreretur*. Ex *Anna Thuana*, Christophori filia, plures liberos sustulit, videlicet *Henricum Cevernii Comitem*, *Philippum Carnutum Episcopum*, & *Ludovicum Limoroſii Comitem* a quo ex tres itidem *filias* splendidis auctas matrimoniis: *Margaritam*, quæ primò *Vido Lavallo Nigellæ Marchioni*, de in *Annæ Angelurio Givrio*, & tertiùm *Armando Dangeroso Mallio* nupsit; *Annam*, quæ primis nuptiis *Gilberto Tremollio Rojani Marchioni*, secundis *Carolo Rostani Marchioni* elocata est; & denique *Catharinam*, *Virginali Escublæo Capellæ Comiti*, deinde *Antonio Aumontio Nolai Marchioni* nuptam. *Henricus* filiorum natu maximus *Franciscam Cabotiam*, *Helionori Com. Carnii* gnatam duxit, atque ex ea filiam unicam *Elisabetham* in *Claramontiam* domum elocatam genuit; ad secunda verò vota post illius obitum cum *Maria Guillard de la Mariniere* transgressus procreavit præter *Henricum* & *Philippum* in juventa mortuos, *Margaritam Erasmo Dallonio C. Brianssonii*, & *Carolo Aumontio* successive nuptam, nec non *Jacobinam*. Rebus autem humanis Kal. Mart. a. 1648. exemptus stirpem suam finivit. *Insignia* Huraltiæ gentis *crucem referunt cæruleam aurea impressam areole, cujus quatuor angulos singulæ solis radiosi imagines minio tinctæ* implent.

SCHEMA FAMILIA

DOMINI DE ROISSY ET D' IRVAL

ROGERUS DE MESMES, dictus de Dn. de Mesnes. *Uxor incerta.*

Wilhelmus de Mesmes, Eques, Dn. de Mesnes & de Caixchen pro parte.

Arnoldus ensis. 9 Augu

Bertrandus de Mesmes, Eques, Dn. de Caixch

Arnoldus de Mesmes II, Dn. de Caixchen. *Catharina de Lassus, Stephani Dom. de Canens soror.*

Petru

Georgius de Mesmes, Eques, Dn. de Caixchen. *Margarita Ber*

Johannes Jacobus de Mesmes, Eques, Dn. de ROISSY † 19. Sept. 1569, æt. 80. 1. *Nicola Hennequin Domic. des Arches, Christophori Dom. de Dammartin f. Nov. 1550.* 2. *Johanna le Pere, Gerardi Dom. de S. Marc f. † 13. Nov. 1571.*

Domin de R Bear

1. Henricus de Mesmes Eques Dn. de Roissy & Malassise, n. 30. Jan. 1531, † 1. Aug. 1596. *Johanna Hennequin, Edarti Dn. de Boinville f. 12. Apr. 1552.*

Joh. Jacobus de Mesmes Dn. des Arches, Præs. Consil. Magni. *Genesieva Dolu, Johannis Dn. de Malvoisine fil.*

Antonia, d' Elbe l'Espin

Johannes Jacobus de Mesmes, Eques, Dn. de Roissy † 31. Oct. 1642. *Antonia Grossaine Hieronymi Dn. d' Irval, & d' Avaux, Vic. de Bruel & Vendueil fil. ac h. 12. Aug. 1583.*

Judith, nup. Johanni Barillon Dn. de Mancy m. Febr. 1598.

Joh. Jacobus de Mesmes Præs. Can. Comput. *nesia de Castille.*

Dn. des A † improlis

Henricus de Mesmes Eques, Dn. de Roissy, M. de Moigneville & d' Esverly † 19. Dec. 1650, æt. 65. 1. *Johanna de Montlac-Balagny, Caroli Claremont. Amboss. Dn. de Bussy vid. 3. Jun. 1621, † 3. Jan. 1638.* 2. *Maria de la Vallée-Fossez, Gabrielis M. d' Esverly f. Ægydii de Luxignan-S. Gelais, M. de Lansac vid. 30. Dec. 1639.*

Claudi 9 de Mesmes, Eques C. d' AVAUX n. 1595. † 19. Novembr. 1650. æt. 55.

Johanna, nup. Francisco Lambert Dn. d' Herbigny. 1615.

Johanne Dn. d' du Brue dueil † tin, Fra Apr. 16

2. Joh. Jacobus de Mesmes n. Jan. 1643, † in infancia.

Antonia Aloisia, nup. Ludovico Victori de Rochechouart-Mortemar D. de Vivonne 1655.

Johanna Theresia. † *innupta.*

Johannes Jacobus de Mesmes † noctu inter 8. & 9 58. *Macæi Dn. de la Bastiere f.* 1660.

Dn. d' n. 1688. Bertra Ma

de Mesmes, Dom. d'Irval,

de Mesmes, *Abbas de Vaulcroy & de Humbye.*

LIÆ MEMMIÆ.

VAL, COMITES D'AVAUX.

ctus de Cosdun, Eques,
erta.

noldus de Mesmes I. Dn. de Caixchen in diœcesi Ari-
ensi. *Aiglina de Mioſſens, Richardi Bar de Mioſſens fil.*
Auguſt. 1379.

Caixchen. *Johanna de la Barthe.*

Petrus de Mesmes. Jacobus de Mesmes.

rita Bertrandi Dn. de Cauna f. 4. Jun. 1430.

Dominicus de Mesmes factor Dominorum *de Revignan, de la Forêſt & de Patience* in Bearnia.

Petrus de Mesmes, Eques Dom. de Monſtroo, Striran & Montegut. *Gratiana de Beluc.*

Antonia, ux. Franciſci d'Elbene Dom. de l'Eſpine

Margarita, nup. 1. Nicolao Barguin Dn. de Villeſtier. 2. Henrico de Maſparault.

Joh. Gabriel de Mesmes Senat. Pariſ. † Aug. 1612. 1. *Magdalena, Matthæi Chatier f.* 2. *Catharina Caroli Bailly fil.*

Adriana, ux. Nicolai le Sueur.

n. des Arches. mprolis. *Ge-*

Henricus. Philiberus. Claudius. deceſſere improles.

2. Alexander de Mesmes.

Henricus de Mesmes, *Capucinus.*

Johannes Antonius de Mesmes Eq. Dn. d'IRVAL & de Cramayel, B. du Brueil & de Lagery Vic. de Vendueil † 23. Febr. 1673. *Anna Courtin, Franciſci Dn. de Bruſſellef. 27. Apr. 1628. † Dec. 1671.*

Judith, nup. Maximiliano de Belleforiere M. Soyecourt m. Sept. 1618.

Filius.

Dn. d'Ir- n. 1688. æt. *Bertrand Mart.*

Henricus de Mesmes *Abbas de la Vall le Roy.* †.

Antonia monial. Carmelit.

Claudius de Mesmes *Equ. & Commendator Melit.* occ. Romæ 16. Mart. 1681.

Joh. Antonius de Mesmes Com. d'Avaux, Legatus ap. Venetos, poſt Neomagi, denique ap. Batavos, Præpoſ. Ord. Reg.

nupta N de la Roche M. de Fontenille 1683.

III.

AVAUXIO Comiti, Gallico apud Ordines fœderati Belgii Oratori, generosa *Memmiorum* familia felices largita est natales; eminet ea inter illustres togatas Parisiorum sturpes, prætereaque apud Aquitanos nec non divisos orbe Britannos haud infimæ est dignationis: in *Bervicensi* quippe agro, Scotiæ Angliæque confini, reperiuntur adprimè nobiles, qui *Memmium* nomen ac *digma* gerunt, cum illo, quo Parisienses & Aquitani utuntur, prorsus congruens; constat autem id *scuto quadripartito*, cujus prima areola *aureæ lunam falcatam nigram sursum cornua vertentem*, secunda & tertia *argenteæ leopardos duos rubeos gradientes* referunt, quarta denique *aureæ stellam nigram* continet, *cum capite scutario coccineo, nec non cuspide undosa, eaq; cyano tincta.* Primus gentis hujus in Gallia autor *Amaneus Memmius* citatur, quem ineunte seculo XIII. è Scotia in Gallias transmigrasse, & Rupeforti in Aquitania, non procul à Pyrenæo saltu consedisse, domestica fert traditio, idque ipsum *Henricum Memmium*, Henrici Burbonii R. Navarræ Cancellarium, & sedulum originis suæ indagatorem, persuasum habuisse *Laburerius* (*Add. ad Castelu. T. II. p. 348.*) refert; cui tamen magis probabile videtur, Memmiorum genus ex Aquitania oriundum ab aliquo natu minore, qui militiam Anglorum, cùm hi regionem illam tenerent, secutus sit, in Scotiæ confinia transplantatum fuisse, præsertim cùm *Amanei Memmii* ortum ipsum indicet *prænomen*, quod neutiquam Scoticum sit, sed *Vasconicum*, utpote Albreti Dynastis aliisque ejus provinciæ claris viris familiare. Genealogiam stirpis *Blanchardus in Historia Præsidum Parl. Paris.* recensuit, *à Petro Memmii Dynasta* eam exorsus, cujus in veteri libro a. 1279. scripto inter præcipuos Vicecomitatus Marsanensis vasallos mentionem fieri narrat, quemque patrem fuisse conjicit ROGERI, à quo certior deductio manat in schemate exhibita, fratrem verò *Wilhelmi Memmii*, qui Ludovici Sancti *Primus Capellanus* appellatur in veteri ac eleganti *Psalterio*, quod è regia Anglica Bibliotheca acceptum in Memmiana Parisiensi servatur, atque in frontispicio epigraphen habet, qua librum à dicto Rege mortis vicino donatum *Wilhelmo Memmio* fuisse constat.

Postquàm Memmiorum gens ad trecentos ferè annos bellica virtute claruisset, togæ etiam artibus illustrari cœpit in JOHANNE JACOBO, Georgii filio natu maximo: is enim quod septimo mense natus esset, obidque paulo debilior ac infirmior, *in molli & tranquillo Musarum sinu* (verbis *Sammarthani* ex *Elog. Lib. IV.* utor) *à parentibus educatus est; adeò quidem felici progressu, ut* ætatis anno vigesimo insignibus Doctoris ornatus, in Tolosana Academia leges publicè interpretaretur, & *inter collegas suos Philippum Decium & Andream Alciatum aliosque primæ notæ JCtos maxima floreret existimatione & fama. Delectus deinde à Regina Navarræ Catharina Fuxia, qui suam & Henrici impuberis filii causam de regni restitutione in conventu Noviodunensi ageret, ejusdemque perillustris familiæ cætera negotia pro sua singulari solertia procuraret*, Regi Galliæ Francisco I. innotuit, ejusque favorem ac benevolentiam promeruit, adeò *ut is Johann. Ruzæum, præstantem alioqui virum, Advocatione regia submovere, Memmiumque ejus in locum sufficere cogitaret, quod tamen iste pro pietate sua, qua nefas esse ducebat ex aliena jactura ditescere, facilè declinavit*, atque oblatam sibi posteà à Rege præturam Parisiensem (quod muneris Galli *la Lieutenance Civile du Chatelet* vocant) ægrè accepit, quod tantæ molis officio à studiis, quæ in deliciis habe-

habebat, præterea que à patria & Principe suo naturali se abstrahi impatienter ferret. Hujus tamen & rerum Navarræarum causâ longam adhuc in Germania, Helvetia & Hispania peregit legationem, tanto famæ suæ incremento, ut Lutetiam reversus à dicto Rege summis togæ dignitatibus destinaretur: siquidem *Sacri custodia Sigilli* ter ipsi demandata, officiáque tria *Proto-Præsidu* Parlamenti *Tolosani, Burdegalensis & Rothomagensis* delata fuere, quæ omnia repudiavit, atque *in libellorum supplicum præfectura* a. 1544. sibi collata, & *sacro Regii senatu acquievit*. Fixa hoc pacto in Parisiis sede, quicquid sibi in Aquitania & Bearnia è parentum hæreditate obvenerat, fratri suo DOMINICO Seneschallo Marsanensi per transactionem d. 6. April. a. 1527. initam tradidit, auctusque ab uxore prædio *Archesensi*, dominium etiam *Roissy* emptionis titulo acquisivit.

HENRICI *Memmii*, Joh. Jacobi F. vitam præclarè actam *Sammarthani* potius verbis efferre, quàm meis deterere fas est; ita autem ille loco citato: *Henr. Memmius paternis vestigiis insistens ingenium, quod à natura fecundissimum acceperat, per bonas omnes disciplinas adeò diligenter excoluit, ut vix ex ephebis excedens operosum juris docendi laborem in Academia Tolosana susciperet, magnoque auditorum concursu & celebritate præstaret. Accessit inde ad rempublicam, & vicesimo ætatis anno in aulicum Regis Senatum coptatus est. Nec multò post ad ipsam libellorum in Prætorio præfecturam ex patris ejuratione pervenit, eamque alternis cum ipso patre vicibus magna cum dignitate & prudentia sustinuit. Subortum est eo tempestate in Etruria bellum inter Cæsarem & Senenses, qui cùm auxiliares copias ab Henrico II. Rege impetrassent, missus est eò legatus cum exercitu, eique comes adjunctus Henricus hic noster, qui utroque simul Quæstoris & Juridici Castrensis* (Imperatoris etiam aliquando, dum Monlucius abesset, referente Laurerio) *munere perfunctus, ita se gessit, ut Senatus populusq; Senensis ejus insignem industriam & fidem solemni elogio testarentur, eumq; Rex ad aliquot mensis de rebus gravissimis in supremi Pontificis aula legatum agere juberet. His ergò meritis & Cancellarii Navarræ dignitatem ex Caroli Regis commendatione obtinuit, & in sacrum ejus consistorium ascitus est: Michaëli Hospitalio ejus ordinis principi, quamquam disparis ætate adeo gratus & fidelis comes, ut quoties amplissimus ille senex valetudine uteretur minus prospera, nullum ferè lubentius, quàm Memmium in laboris partes vocaret. Quanti autem & ipsi Reges eum fecerint, ostendit illa celebris ad Burbonios Principes legatio, cui unà cum Armando Gontalto Birono sub finem tertii belli civilis anno 1570 ab eodem Rege præfectus est; eo eventu, ut exacerbatos ex dissidii totius repetiti assuetudine animos ad amorem pacis* (ea ob brevem dnrationem, quam ob secutam lanienam San-Bartholomæanam habuit, à Bironi claudicatione & Memmii titulo, *la Paix boiteuse & malassise* vocitata est) *facundia sua revocaret, cùm superiorem in dicendi lepore haberet neminem. Cujus nomine apud Regem successorem, utpote Principem eloquentissimum, maxima ejus gratia fuit, donec invidorum calumniis ab illo distractus excessit ab aula, ut cum amicis & libris, quorum magnam & exquisitam copiam habebat, placidam senectutem exigeret.* Incidisse hunc secessum in initium anni 1582. è diatio vitæ ipsius refert *Laurerius* addens, biennio post catarrhi violentia dextro privatum fuisse oculo, cujus jacturam & symptomata mirabiliter tulerit, donec post annum duodecimum placidè animam redderet, in æde Augustinianorum Lutetiæ sepultus.

JOHANNEM JACOBUM *Memmium, Henrici* filium, honorificæ legationes præclarè obitæ, & dignitas *Decani sacri consistorii*, quam honestissimè sustinuit, nobilitarunt: ejus filius natu maximus HENRICUS Lutetiæ *praturam* cum eodem *sanctiorii consiliarii* munere conjunctam, & denique *Præsidii in Curia insulati* spartam ornavit, mira quadam arte Senatorum animos movendi, ac quò vellet, flectendi pollens, qua eleganti locum præbuit *symbolo*, nempe *lunæ falcatæ*, qualem in Memmiorum scuto vidimus, *supra oceanum assurgentis*, cum lemmate: *Sed atque cietque*. Fato functus postremum munus ad fratrem JOH. ANTONIUM transmisit, qui filium natu maximum JOH. JACOBUM in eadem successorem sortitus est, auctum insuper per soceri sui abdicationem munere *Præpositi & Magistri ceremoniarum Ordinis S. Spiritus*, sed pronuper apoplexia derepentè extinctum, postquàm è colle verfus esset.

Scitum æque ac illud omnibusque numeris absolutum est *emblema*, quo CLAUDII MEMMII COMITIS D' AVAUX famam, legationibus partam, quidam expressurus, *flumen* pinxit *impigrè decurrens*, atque ab extrema insignium gentis hujus areola mutuatum, addita epigraphe: *Nomen sibi fecit eundo*. Scilicet *à primo auspicamento publica lucis* (Prioli verba è Lib. IV. de reb. Gall. mea facio) *præcipua direxit ad famam, quam rara indole statim benignam consecutus est, & inoffenso rectitudinis tenore, ac ingentibus meritis ad ultimum culmen perduxit, per Italiam, Germaniam, ac ultimos hominum Cimbros & Sarmatas, Gothos ac Vandalos prædicatissimis legationibus inclytus; quibus natos ad prælia populos arbitrio suo conciliavit. Ad ultimum in conventu Monasteriensi & Osnabrugensi ea præstitit paci sanciendæ industria solertia & vi animi, ut per eum certè non steterit, quin immenso operi gloriosum corollarium* (Gallos nempè etiam ac Hispanos reconciliando) *imponeretur. Equestrem dignitatem regni primariam, à Regis promisso expectans, interim Præfectura ærarii donatus est, qua claro fortique exemplo se sponte* (nisi mixta potius apud Hollanda est actio) *abdicavit, puris manibus, fordibus invictus, & recti pervicax*, neque ita multò post secessum ex aula rebus humanis exemptus. Panegyristam nactus est *Carolum Ogerium*, poëtam inge-

nio & facundia præcellentem, quo comite in septentrionali legatione usus erat, quique res eo itinere visas ac actas Latino sermone in *Ephemerides*, typis anno 1658. *Lutetiæ* excusas, contulit.

JOH. ANTONIUS *Memmius*, hujus nominis *Secundus*, tituli ac virtutum *Claudii* patrui sui hæres viam, qua ille ad immortalem gratiatus est famam, æquis sequitur passibus. Cooptatus inter *præfectos libellorum supplicum*, mox *legatione apud Venetos* triennii spatio obita inclaruit, à qua exeunte a. 1674. in Galliam reversus, secundo sequentis anni mense à Rege inter *Legatos Plenipotentiarios ad Neomagensem pacificationem* de nominatus ac missus est. Hac ad colophonem perducta Hagam Comitis titulo *Oratorii Extraordinarii* se conferre, ibidemque Regis sui commodis ac rationibus invigilare, jussus, sparsam hanc magna hucusque celebritate sustinuit; num verò morte fratris natu maximi missionem impetraturus, atque in dignitates, quas ille in curia Parisiensi necnon aula gesserat, ex beneficio sibi ante aliquot annos concesso, quod Galli *Survivence* vocant, successurus sit, dies docebit.

VM1
1547622